INSTITUTIONUM THEOLOGICARUM

ANTIQUORUM PATRUM

PARS SECUNDA

VEN. JOSEPHI MARIÆ
CARDINALIS
THOMASII
INSTITUTIONES THEOLOGICÆ
ANTIQUORUM PATRUM
QUÆ APERTO SERMONE EXPONUNT BREVITER THEOLOGIAM
SIVE THEORETICAM SIVE PRACTICAM

PARS SECUNDA

RECENSUIT NOTISQUE AUXIT ANTONIUS FRANCISCUS VEZZOSI C. R.


ROMÆ MDCCLXIX.

EX TYPOGRAPHIA MARCI PALEARINI
PUBLICA AUCTORITATE

IN SECUNDA INSTITUTIONUM PARTE

HABENTUR.

ΤΟΥ ΕΝ



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΕΙΑΣ
ΤΗΣ ΚΥΠΡΟΥ

ΑΓΚΥΡΩΤΟΣ

SANCTI PATRIS NOSTRI

EPIPHANII

EPISCOPI CONSTANTIÆ IN CYPRO

ANCORATUS

EX HISTORIA ECCLESIASTICA SOCRATIS

Lib. V. cap. X.

SED & in aliis urbibus tumultus excitati ſunt, dum Ariani Eccleſiis pellerentur. Hic vero Imperatoris (*THEODOSII*) prudentiam mirari mihi in mentem ſubit. Neque enim paſſus eſt urbes diutius tumultuoſis motibus agitari: ſed pro virili parte huic malo occurrens, brevi elapſo tempore, omnium ſectarum Concilium iterum cogi juſſit: ratus ex mutuo Eiſcoporum inter ſe colloquio futurum, ut una apud omnes eademque ſententia obtineret. Atque hoc Imperatoris inſtitutum, cauſam fuiſſe arbitror eorum quæ tum illi feliciter evenerunt. Iiſdem enim temporibus divina quadam providentia Barbaræ Gentes ſub illius ditionem redactæ ſunt. Inter alios Athanarichus Gothorum Rex cum univerſo populo ſeſe ei dedidit: qui quidem paulo poſt Conſtantinopoli extremum diem obiit. Tunc etiam Imperator Arcadium filium ſuum Auguſtum renuntiavit, Merobaude iterum & Saturnino Conſulibus, die ſeptimo decimo Calendas Februarii. [1] Nec multo poſt uniuſcujuſque ſectæ Epiſcopi undique convocati adfuerunt, iiſdem Conſulibus, menſe Junio. Imperator igitur accito Nectario Epiſcopo (*Conſtantinopolitano Catholico*) ſollicita deliberatione cum eo tractavit, quonam modo chriſtiana religio diſſenſionibus liberari, & Eccleſia ad unitatem revocari poſſet. Aiebatque diſcutiendam eſſe controverſiam quæ Eccleſias ſegregaret, ut amputatis diſcordiarum cauſis, Eccleſiis concordia reſtitueretur. His auditis Nectarius, anxius ac ſolicitus hærebat. Et accerſito Agelio, tunc temporis Novatianorum Epiſcopo, utpote qui cum ipſo in Fide * conſentiret, Imperatoris conſilium ei aperit. Ille cum vir eſſet alioqui pius ac religioſus, ſed qui de Fidei doctrina cominus diſputare haudquaquam valeret, Siſinnium Lectorem ſuum, qui hoc differendi munus obiret, elegit. At Siſinnius vir imprimis diſertus & magno rerum uſu præditus, & qui præter ſacrarum Literarum ſcientiam, Græcorum quoque Philoſophiam egregie callebat, cum probe noſſet, ejuſmodi diſputationibus non modo diſſidia minime ſanari, ve-

* Trinitatis

1 De tota hac hiſtoria, quam Socrates heic obiter inijcit, videantur Pagius ad ann. CCCLXXXIII. numero XIX. Valeſius in præſentem Socratis locum; & qui ad eumdem Socratem alias addidere adnotationes in Editione Cantabrigienſi.

rum etiam hæreses ad majorem contentionem accendi, hoc consilium suggessit Nectario. Quoniam compertum habebat, Veteres studiose cavisse, ne principium existentiæ Filio tribuerent, quippe qui censerent illum Patri coæternum esse: suadet ut Dialecticas quidem concertationes omittat; expositiones autem Veterum in testimonium adducat; utque Imperator singularum sectarum principes interroget, utrum veterum Doctorum qui ante dissidium in Ecclesia floruissent, rationem habendam esse censerent; an vero tanquam a christiana religione alienos eos reiicerent. Nam si illos reiiciunt, audeant igitur eos etiam anathemate damnare. Id vero si facere ausi fuerint, a multitudine vulgi protinus extrudentur. Atque hoc facto manifesta erit veritatis victoria. Quod si priscos Doctores minime repudiabunt, nostrum erit libros Veterum proferre, quorum testimonio sententia nostra confirmetur. Hæc Nectarius eum a Sisinnio audiisset, statim in palatium contendit, & quid sibi suggestum sit consilii, Imperatori significat. Ille consilium avide amplexus, rem ipsam prudenter exequitur. Occultans enim id quod in animo habebat, id unum ex illis sciscitatus est, num rationem aliquam ducerent eorum qui ante ortam dissensionem Doctores Ecclesiæ extitissent; & utrum eos admitterent. Illis minime inficiantibus, seque eos tanquam Magistros impense colere affirmantibus; iterum quæsivit Imperator, utrum illis tanquam idoneis ac fide dignis christianæ doctrinæ Testibus acquiescant. Quæ cum audiissent sectarum Episcopi eorumque Dialectici (erant enim cum illis non pauci ad disputationis certamen instructi) quid acturi essent ambigebant. Etenim singuli in varias distrahebantur sententias: dum alii rectum esse dicerent id quod ab Imperatore proponeretur: alii suis rationibus id nequaquam conducere existimarent. Quippe alii aliter affecti erant erga priscorum libros. Exinde ergo male inter ipsos convenit: dissidebantque non solum ab aliis sectis, verum etiam inter semetipsos ii qui ejusdem sectæ esse videbantur. Concors itaque malitia, non secus ac veterum illorum Gigantum lingua, divisa est, & improbitatis turris eversa. Postquam Imperator multiplicem eorum dispersionem animadvertit, eosque sola disputatione, non autem veterum Patrum expositione fretos esse, ad aliud consilium se convertit. Jussitque ut singulæ sectæ fidei suæ formulam scripto comprehensam ipsi offerent &c.

S. GRE-

SANCTUS GREGORIUS NAZIANZENUS

COGNOMENTO THEOLOGUS.

ORAT. XXXVI.

Οὗτος ἄριστος ἡμῖν Θεολόγος, οὐχ ὡς εὗρε τὸ πᾶν, οὐδὲ γὰρ δέχεται τὸ πᾶν ὁ δεσμὸς, ἀλλ᾽ ὃς ἂν ἄλλου φαντασθῇ πλέον, καὶ πλεῖον ἐν ἑαυτῷ συναγάγῃ τὸ τῆς ἀληθείας ἴνδαλμα ἢ ἀποσκίασμα ἢ ὅτι καὶ ὀνομάσομεν.

Præſtantiſſimus hic apud nos Theologus cenſetur, non qui totum invenerit, nec enim * hoc vinculum poteſt capere totum: ſed qui alio plus mente conceperit, ampliuſque in ſe ipſo collegerit Veritatis ſimulacrum vel adumbrationem, vel quocumque tandem alio vocabulo uti quis malit.

* Ideſt corpus cui copulatus eſt animus. *Elias Cretenſis.*

DE SANCTO EPIPHANIO

S. HIERONYMUS

in Catalogo Script. Eccleſiaſt. cap. CXIV.

EPIPHANIUS Cypri Salaminæ Epiſcopus, ſcripſit adverſum omnes hæreſes libros, & multa alia; quæ ab eruditis propter res, a ſimplicioribus propter verba lectitantur. Supereſt uſque hodie, & in extrema ſenectute varia cudit opera.

Idem in Epiſt. * *XXXVIII. adverſus errores Joannis Hieroſolymitani.*

* al. 61.

Habes Papam Epiphanium, qui te aperte miſſis literis Hæreticum vocat. Certe nec ætate, nec ſcientia, nec vitæ merito, nec totius orbis teſtimonio, major illo es *&c.* Eo tempore, quo totum Orientem (excepto Papa Athanaſio atque Paulino) Arianorum & Eunomianorum hæreſis poſſidebat; quando tu Occidentalibus, & in medio exilio Confeſſoribus non communicabas: ille vel Presbyter Monaſterii ab Eutychio audiebatur, vel poſtea Epiſcopus Cypri a Valente non tangebatur. Tantæ enim venerationis ſemper fuit, ut regnantes Hæretici, ignominiam ſuam putarent, ſi talem virum perſequerentur.

Idem

Idem in lib. II. Apologiæ adversus Rufinum.

Non tibi sufficit passim contra omnes detrectatio, nisi specialiter contra beatum & insignem Ecclesiæ Sacerdotem * styli tui lanceam dirigas? *&c.* Crimini ei dandum est quare Græcam, Syram & Hebræam & Ægyptiacam linguam, ex parte & Latinam noverit?

* Epiphanium.

S. AUGUSTINUS

in Epist. CCXXII. ad Quodvultdeum.

PHILASTRIUS quidam Brixiensis Episcopus, quem cum S. Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi, scripsit hinc librum; nec illas hæreses prætermittens, quæ in populo Judæo fuerunt ante adventum Domini; easque viginti octo commemoravit, & post Domini adventum CXXVIII. Scripsit hinc etiam græce Episcopus Cyprius EPIPHANIUS, in doctrina Catholicæ Fidei laudabiliter diffamatus: sed ipse utriusque temporis hæreses colligens, LXXX. complexus est. Cum ergo ambo id vellent facere quod a me petis, quantum tamen inter se differant de numero interim sectarum, vides: quod utique non evenisset, nisi aliud uni eorum videretur esse hæresis, & aliud alteri. Neque enim putandum est aliquas ignorasse Epiphanium, quas noverat Philastrius, cum Epiphanium longe Philastrio doctiorem invenerimus: ita ut Philastrium potius dicere deberemus latuisse plurimas, si tam plures esset ille complexus, & iste pauciores *&c.* Vide ergo ne forte librum sancti Epiphanii tibi mittere debeam: ipsum enim arbitror Philastrio doctius hinc locutum; qui possit apud Carthaginem in latinam linguam verti facilius atque commodius, ut tu potius præstes nobis, quod quæris a nobis.

Idem in Libro de Hæresibus.

Noster vero Epiphanius Cyprius Episcopus ab hinc non longe humanis rebus exemptus, de octoginta hæresibus loquens sex libros etiam ipse conscripsit, historica narratione memorans omnia, nulla disputatione adversus falsitatem pro veritate decertans. Breves sane sunt hi libelli, & si in unum librum redigantur, nec ipse erit nostris vel aliorum quibusdam libris longitudine comparandus. Hujus brevitatem si fuero in commemorandis hæresibus imitatus, quid a me brevius postulare vel exspectare debeas, non habebis *&c. Et post multa.* Usque ad istos ergo de hæresibus opus suum perduxit supradictus Episcopus Cyprius, apud Græcos inter magnos habitus, & a multis in Catholicæ Fidei sanitate laudatus. Cujus ego in commemorandis Hæreticis non modum, sed ordinem sum secutus *&c.* Proinde ille de octoginta hæresibus, separatis viginti, quas ante Domini adventum exstitisse, sicut ei visum est, computavit, reliquas post

post Domini adſcenſum natas ſexaginta, breviſſimis libris quinque comprehendit, atque omnes ſex libros totius ejuſdem ſui operis fecerit.

MARTYROLOGIUM ROMANUM.

Quarto Idus Maii.

SAlaminæ in Cypro ſancti Epiphanii Epiſcopi, qui multiplici eruditione & ſacrarum literarum ſcientia excellens, vitæ quoque ſanctitate, zelo Catholicæ Fidei, munificentia in pauperes, & virtute miraculorum exſtitit admirandus.

SANCTI PATRIS NOSTRI

EPIPHANII

EPISCOPI CONSTANTIÆ SEU SALAMINIS

IN CYPRO

ANCORATUS

SYNOPSIS ANCORATI

Epiphanii vita. *DIVINUS hic & magnus Pater Epiphanius Eleutheropoli in Palæstina oriundus, ibidem Monachorum pater fuit. Primam vero instituti illius exercitationem in Ægypto suscepit, quo tum secesserat. Ubi ad vicesimum usque ætatis annum remansit: donec ad Eleutheropolitanam regionem reversus Monasterium in ea condidit.* *Ancoratus cur dicatur?* ANCORATUS *vero liber iste nominatur, propterea quod animum de vita ac salute sollicitum instar* ancoræ *moderatur. Nam complures hoc opus fidei partes continet: ut puta de Patris, Filii, ac sancti Spiritus una, eademque substantia: de perfecta Christi Incarnatione: de mortuorum resurrectione: de æterna vita, ac judicio animæ pariter & corporis: tum adversus idola, hæresesque singillatim, ac contra Judæos, cæterosque disputat. Octoginta porro Hæreseon nomina complectitur, ac denique varias de scripturis sacris quæstiones exponit. Scriptus est hic liber ad nonnullos, qui Suedris Pamphyliæ degebant: qui id* *Anno 374.* *per Epistolas postularant, quæ operi ipsi præfixæ sunt. Acta hæc sunt anno nonagesimo Diocletiani: Valentis vero decimo, & Gratiani sexto.*

Epistola scripta e Pamphylia ex oppido Suedris a Tarsino, Matidio, & aliis Presbyteris ad sanctum Epiphanium; quem de fide sciscitati sunt Patris & Filii & Spiritus sancti, aliisque fidei capitibus.

DOmino apud Deum honoratissimo & Episcopo Epiphanio Matidius & Tarsinus novi Presbyteri Catholicæ Ecclesiæ, quæ est in Suedrorum oppido, salutem.

Humani generis hostis Diabolus variis modis permiscere solet omnia, & in rudiorum animis nec dum in sacrosanctæ Trini-

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΕΙΑΣ ΤΗΣ ΚΥΠΡΟΥ

ΑΓΚΥΡΩΤΟΣ

ΠΕΡΙΟΧΗ ΛΟΓΟΥ

Ο ΘΕΙΟΣ οὗτος καὶ μέγας πατὴρ ἡμῶν Ἐπιφάνιος, ἀπὸ Ἐλευθεροπόλεως μὲν ὡρμᾶτο τῆς ἐν Παλαιστίνῃ, ἔνθα καὶ πατὴρ γέγονε Μοναστῶν· τὴν δὲ πρώτην εἰς Αἴγυπτον ἀναχωρήσας, καὶ διατελέσας, ἕως ἐπανόδου ἐν τῷ εἰκοστῷ ἔτει τῆς ἡλικίας αὐτοῦ εἰς τὴν Ἐλευθεροπολιτῶν περιοικίδα, αὖθις ἐπανῆλθεν, οἰκοδομήσας ἐν αὐτῇ Μοναστήριον. ΑΓΚΥΡΩΤΟΣ δὲ κέκληται ὁ λόγος αὐτοῦ, ὅτι ἀγκύρας δίκην τὸν περὶ τῆς ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐρευνῶντα νοῦν ἄγει, διὰ τὸ περισυλληπτικὸν τῆς ἐν αὐτῷ συντάξεως τῶν πολλῶν τῆς πίστεως μερῶν· φημὶ δὴ τὰ περὶ τῆς Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ὁμοουσιότητος, τῆς περὶ τελείας τῆς Χριστοῦ ἐνσάρκου παρουσίας, τὰ περὶ ἀναστάσεως νεκρῶν, καὶ ζωῆς αἰωνίου καὶ κρίσεως σαρκός τε καὶ ψυχῆς ἐπιταυτὸ, καὶ τὰ κατ' εἰδώλων τε, καὶ αἱρέσεων ἐν μέρει, καὶ Ἰουδαίων, καὶ τῶν ἄλλων. περιέχει δὲ καὶ τῶν ὀγδοήκοντα αἱρέσεων τὰ ὀνόματα, καὶ τῆς ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ ἄλλων ζητημάτων τὴν σαφήνειαν. ἐγράφη δὲ τοῖς ἐν Συέδροις τῆς Παμφυλίας, αἰτήσασι δι' ἐπιστολῶν τῶν ἐν τούτῳ προτεταγμένων τῆς τοῦ λόγου πραγματείας. ἐπράχθη δὲ ταῦτα ἐν ἔτει ἐνενηκοστῷ μετὰ ἀπὸ Διοκλητιανοῦ, Οὐάλεντος δὲ δεκάτῳ, Γρατιανοῦ δὲ ἕκτῳ.

Ἐπιστολὴ γραφεῖσα ἀπὸ Παμφυλίας ἐκ πόλεως Σουέδρων, ἐκ τῶν περὶ Ταρσῖνον, καὶ Ματίδιον, καὶ ἄλλους Πρεσβυτέρους, πρὸς τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον, περὶ πίστεως αἰτησάντων Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἄλλων μερῶν τῆς αὐτῆς πίστεως.

Τῷ Κυρίῳ θεοτιμήτῳ Ἐπισκόπῳ Ἐπιφανίῳ, Ματίδιος, καὶ Ταρσῖνος οἱ νέοι Πρεσβύτεροι τῆς ἐν Συέδροις Καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Ποικίλως ὁ ἐχθρὸς τῶν ἀνθρώπων Διάβολος εἴωθε ταράττειν, καὶ τὰ ἴδια ἐπισπείρειν σπέρματα κατὰ τῶν ἁπλουστέρων, καὶ μη-

2. Tim. 2. 19. Trinitatis fide corroboratis suapte semina dispergere: *Fundamentum vero*, uti scriptum est, *immobile perstat & solidum* atque sigilli nota signatum. *Novit enim Dominus eos, qui sunt ipsius.* At Hæretici ad omnia faciles, prætermissa in Jesum blasphemia, aliter in Deum impii sunt, dum & adversus Spiritum sanctum
Psal. 72. 8. linguas suas insolenter acuunt, *& injustitiam contra sublimitatem loquuntur*. Sed etsi infiniti homines commoveantur, nos tamen Domini gratia in sana fide perseveramus, nec ulla re penitus ab recta & sana doctrina descivimus. Quin & multi, qui in errorem abrepti videbantur, Dei gratia convaluerunt, acceptis a beato ac felicis memoriæ Episcopo Athanasio, & ab religiosissimo Collega tuo Procliano literis. Sed quoniam conscelerati dogmatis reliquiæ apud nonnullos adhuc supersunt: easque per vos peritos agricolas in felicem oleam inseri, aut penitus excidi necesse est: ob id pietatem tuam per hanc Epistolam vehementer etiam atque etiam rogamus, ut ad Ecclesiam nostram literas dare non gravetur, ac rectam sanamque fidem uberius explicare: quo & rudiores, atque in fide adhuc hæsitantes sacris tuis literis confirmentur: & inimico Ecclesiæ Diabolo sanctissimis tuis precibus pudor incutiatur. Vale, vir imprimis venerande.

Palladii ejusdem Suedrorum urbis [1] magistratus ad sanctum Epiphanium Epistola, qua idem ab eo postulat.

Domino a Deo plurimum honorato Epiphanio Episcopo Palladius in Domino salutem.

Qui in amplissimo, vastissimoque mari navigant, quandiu secundo vento feruntur, vicinos litoris portus parum admodum curare solent: quod sine magno labore navigium suum transmissuros se esse confidant. Mox autem ut contrarius ac vehemens flatus ingruere cœperit; quo [2] decumani fluctus in sublime tolluntur, & navis ipsa demergitur: tum demum tranquilli cujus-

1 ΤΗΣ αὐτῆς πόλεως Σουέδρων πολιτευομένου.) Ὁ πολιτευόμενος *nonnunquam est* Curialis & Senator, *ut in epist.* ccxc. (nunc temporis in Editione Garneriana cccxviii. pag. 351. tom. iii.) *Basilii, quæ inscripta est* Πολιτευομένοις Κολωνείας, Senatoribus, ac Duumviris. *Ita in Chalced. Syn. Act.* iii. *in Libello Sophronii contra Dioscorum: Ubi queritur Sophronius uxorem sibi ereptam* παρὰ Μακαρίου τοῦ πολιτευομένου τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας. *Verum hoc loco Senatorem, aut ejusmodi aliquid vertere religio fue-*

δέντων εἰς τὴν πίστιν τῆς ἁγίας Τριάδος βεβαιωθέντων. ὁ μέντοι στερεὸς θεμέλιος, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἕστηκεν ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην. Ἔγνω γὰρ Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. οἱ δὲ πάντα δύσχερεῖς αἱρετικοὶ, παρέντες τὴν κατὰ τοῦ Ἰησοῦ βλασφημίαν, ἑτέρως εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβοῦσι, κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν ἰδίαν γλῶσσαν μεγαλύνοντες, καὶ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦντες. ἀλλ' ὅμως καίπερ μυρίων κινηθέντων, αὐτοὶ χάριτι Κυρίου εἰς τὴν ὑγιῆ ἑστήκαμεν πίστιν, ἐν μηδενὶ ὅλως παρακινηθέντες τῆς ὀρθῆς καὶ ὑγιοῦς διδασκαλίας. καὶ πολλοὶ τῶν δοκούντων ἀπατᾶσθαι, ἐπανερρώσθησαν χάριτι Κυρίου, διά τε γραμμάτων τοῦ μνήμης ἀξίου καὶ μακαρίου Ἐπισκόπου Ἀθανασίου, καὶ τοῦ θεοσεβεστάτου συλλειτουργοῦ σου Πραϋλιανοῦ. ἐπειδὴ δὲ λείψανα τῆς κακῆς διδασκαλίας παρά τισιν ἔτι περιλείπεται, καὶ χρὴ ταῦτα δι' ὑμᾶς τῶν ἐμπείρων εἰς καλλιέλαιον ἐγκεντρισθῆναι, ἢ τέλεον ἐκκοπηθῆναι· τούτου χάριν γράφοντες τῇ θεοσεβείᾳ σου, παρακαλοῦμεν καταξιῶσαι τὴν εὐλάβειάν σου γράμματα πρὸς τὴν ἡμετέραν Ἐκκλησίαν διαχαράξαι, καὶ διὰ πλατυτέρου διηγήματος τὴν ὀρθὴν καὶ ὑγιῆ πίστιν ἐκθέσθαι, πρὸς τὸ δυνηθῆναι καὶ τοὺς ἁπλουστέρους, καὶ ἔτι περὶ τὴν πίστιν ἐνδοιάζοντας, βεβαιωθῆναι διὰ τῶν ἱερῶν σου γραμμάτων, καὶ τὸν ἐχθρὸν τῆς Ἐκκλησίας Διάβολον διὰ τῶν ἁγίων προσευχῶν σου καταισχυνθῆναι· ἔρρωσο τιμιώτατε.

Ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ Παλλαδίου, τῆς αὐτῆς πόλεως Συνέδρων [1] πολιτευομένου, καὶ ἀποσταλεῖσα πρὸς τὸν αὐτὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον, αἰτήσαντος καὶ αὐτοῦ περὶ τῶν αὐτῶν.

Τῷ δεσπότῃ μου τῆς ψυχῆς θεοτιμήτῳ Ἐπισκόπῳ Ἐπιφανίῳ Παλλάδιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

ΟΙ τὴν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον διαπλέοντες θάλασσαν, ἕως μὲν γαληνὸν πνεῦμα τὴν ναῦν ἰθύνῃ, μικρὰ τῶν παρακειμένων ταῖς ὄχθαις λιμένων φροντίζουσιν, οἰόμενοι ἀκμητὶ περαιῶσαι τὸ σκάφος. ἐπειδὰν δὲ ἐναντίον καὶ σφοδρὸν ἐμπνεύσῃ πνεῦμα, [2] τὰς τρικυμίας εἰς ὕψος ἐπαῖρον πάντοθεν, καὶ περικλύζον τὴν ναῦν, τότε δὴ τὸν εὔδιον ἐπιποθοῦντες λιμένα, καὶ πᾶσαν τὴν ὑποκειμένην

fuerat, quod ex rescripto Epiphanii Monachum hunc esse cognoram. Nunc occurrit, ex Curiali & Senatore vitæ genus illud amplecti potuisse Palladium. Quare Senatorem aut Curialem appellasse videtur. Petavius.

Hanc doctissimi Petavii opinionem approbavisse constat Tillemontium, quem vide H. E. tom. x. pag. 604.

2 Τὰς τρικυμίας) τρικυμία proprie triplex unda vel fluctus; aut trium undarum in unum collectio. A latinis decumanus sive decimanus fluctus appellatus, quod omnium maximum illum reputaverint.

cujuspiam portus desiderio subjectam oculis terram circumquaque prospiciunt; ad quam si appellere nequiverint; quod unum superest, ad vicinam aliquam insulam si possint sese subducunt, & salutem quacumque ratione possunt expediunt. ad illam igitur accedentes, & ad prominentes in mare scopulos subeuntes, ægre tandem a circumfusis fluctibus atque incommodis emergunt. Idem & nobis, Domine, modo contigit, qui salutari Dei verbo instituti, & a mundi tempestate ac jactatione liberari, atque ad tranquillum, quietumque Christi portum scapham nostram applicare cupientes, nescio quas inanes & absurdas, meo quidem judicio, quæstiones a nonnullis de Spiritu sancto commoveri perspeximus: quem illi negarent cum Divinitate, dominatuque gloria simul affici ac prædicari oportere: sed in ministri, nunciive haberi loco: imo vero humilius aliquid de ipso abjectiusque sentirent. Quibus de causis sic tanquam inconstanti jactatione, ac difficili tempestate fluctuantes, cum neminem hic ad eas dissolvendas quæstiones, ac sanam fidem exponendam idoneum reperire possimus, ad pietatem tuam de hoc negotio referre coacti fuimus: merito ut & illam vocem usurpare possimus: *Præceptor serva nos*. Quamobrem id pro sincera tua ac recta fide a te petimus, quam secunda jam dudum fama & idoneorum virorum testimonia passim celebrant: ut ad quod munus obeundum a Salvatore constitutus es, hanc nostram hortationem humaniter admittere, & quid de Trinitate sit credendum, sacris tuis lucubrationibus uberius velis apertiusque differere: eamque fidei formulam ad nos mittere; ut ejus beneficio confirmati, voti ipsi compotes efficiamur: ac cum illi, qui jam dudum in ea pietate perseverant, voluptatem capere: tum qui aberrant, meliorem ad mentem revocari; ac Deus denique prædicari in omnibus & celebrari possit.

S. EPI-

τὴν ἤπειρον περισκοποῦντες, μηδαμοῦ δὲ ἐνορμήσασθαι δυνηθέντες, λοιπὸν ἐπὶ τὴν πλησίον κειμένην, ἂν οὕτω τύχῃ, νῆσον ἀπαίρουσι, παντὶ τρόπῳ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς πορίζόμενοι· ταύτῃ τε πλησιάσαντες, καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν προβεβλημένων ὑπεισελθόντες ἀκρωτηρίων, μόλις ποτὲ τῶν περιαντλούντων κακῶν ἀπαλλαγῆναι δεδύνηνται. οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τὰ νῦν, ὦ δέσποτα, τὸν σωτήριον τοῦ Θεοῦ λόγον κατηχούμενοι, τῷ ἐν κοσμικῷ σάλῳ ἑαυτοὺς ἀπαλλάξαι βουλόμενοι, καὶ εἰς τὸν ἀσάλευτον τοῦ Χριστοῦ λιμένα τὸ σκάφος ἡμῶν εἰσελάσαι βουλόμενοι, ἐπειδὴ κενάς τινας καὶ ἀλόγους, ὥς γε μοι δοκεῖ, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος κινουμένας ζητήσεις παρά τινων ἐγνώκαμεν, φασκόντων μὴ δεῖν τοῦτο τῇ θεότητι, καὶ τῇ κυριότητι συνδοξάζεσθαι· ἀλλ' ἐν ὑπηρέτου, καὶ Ἀποστόλου τετάχθαι σχήματι, καὶ φαυλοτέρας καὶ ταπεινοτέρας τὰς περὶ αὐτοῦ δόξας διαλαμβάνουσι· διὰ τοῦτο ὥσπερ ἐν ἀστάτῳ σάλῳ, καὶ χαλεπῷ κλύδωνι συσχεθέντες, μηδένα τῶν παρ' ἡμῖν ἱκανὸν εὑρεῖν δυνηθέντες διαλύσοντα τὰ ζητούμενα, καὶ τὴν ὑγιῆ πίστιν ἡμῖν ἐκθέσθαι δυνάμενον, ἐπὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν ἀνενέγκαι τὸ πρᾶγμα ἠπείχθημεν, τὴν φωνὴν ταύτην εἰκότως καὶ αὐτοὶ ἀφιέντες, Ἐπιστάτα σῶσον. δεόμεθα οὖν τῆς ἀνυποκρίτου σου καὶ ὀρθῆς πίστεως, ἣν προλαβοῦσα ἀγαθὴ φήμη, καὶ μάρτυρες ἀξιόπιστοι μαρτυροῦσι, καὶ ἀνακηρύττουσι, καταξιῶσαι εἰς τοῦτο παρὰ τοῦ Σωτῆρος τεταγμένος, ἀνεξικάκως τὴν παράκλησιν ἡμῶν δέξασθαι, καὶ θελῆσαι ἱεροῖς συγγράμμασι διὰ πλατυτέρου καὶ σαφεστέρου διηγήματος τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος ἐκθέσθαι πίστιν, καὶ ταύτην ἡμῖν ἀποστεῖλαι, πρὸς τὸ καὶ ἡμᾶς ἐν ταύτῃ βεβαιωθέντας τυχεῖν τῶν σπουδαζομένων, καὶ τοὺς ἤδη ἐν αὐτῇ ἑστηκότας ἀγαλλιαθῆναι, καὶ τοὺς σφαλλομένους εἰ δυνατὸν, ἰαθῆναι, καὶ τὸν Θεὸν ἐν πᾶσι δοξασθῆναι.

ANTE-

S. EPIPHANII

EPISTOLA

QUA SUPERIORIBUS ILLIS RESPONDET.

Tum universam Fidei doctrinam, quod illi postularant, exponit.

DOMINIS ac reverendis fratribus & Presbyteris Matidio, Tarsino, & Numerio, ac cæteris, qui apud vos sunt, omnibus, nec non & chariſſimis filiis nostris Palladio & Severino: qui & laudabili quodam pietatis ardore flagrant, & beatum atque optandum vitæ genus amplexi sunt cum recta fide, ac perfecta cum Ecclesia consensione conjunctum: quique insuper huic Salvatoris sententiæ morem gerunt: *Si vis perfectus esse, vende quæ habes, & da pauperibus*: Cujusmodi est & illud: *Vendebant bona sua, & deponebant ad pedes Apostolorum*: Tum qui opportuna & optima quæque animis suis conciliant: Epiphanius minimus Episcoporum, & qui mecum sunt fratres, in Domino salutem.

Matth. 19. 21. Act. 4. 37.

I. EQUIDEM vel hoc nomine felicem me, o chariſſimi! jure prædicarim: quod cum nihil in me sit sanctorum, optimorumque, ac divini amoris facibus inflammatorum hominum laudabili instituto dignum, ab his ipsis tamen stimuli mihi subjecti sint, ut ad id, quod utile ac fructuosum est, excitatum animum transferrem. Etenim ingenium illud nostrum, quod abjectum & humile in quiete, otioque versari perpetuo studet, neque sese ultra, quam par est, intendere; cum illud sibi ab Apostolo dictum proposuerit: *Ne extendam me ultra mensuram regulæ, quam nobis Deus præfixit*: eo modo pervenire cogitur. Nam cum vestra hominum divino amore flagrantium, tum aliorum, qui in eadem sententia sunt, hoc est rectam vobiscum fidem amplexi sunt: nec non & Hypatii filii nostri, qui ex Ægy-

2. Cor. 10. 13.

pto

ΑΝΤΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΜΦΘΕΙΣΑ
ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΥΣ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

Ητις καὶ πᾶσαν τῆς περὶ τῆς θείας πίστεως διδασκαλίαν, ἣν ἠπίσταντο ἐν ἑαυτῇ διαλαμβάνει.

ΤΟΙΣ κυρίοις καὶ τιμιωτάτοις μου ἀδελφοῖς καὶ Πρεσβυτέροις, Ματιδίῳ, καὶ Ταρσίνῳ, καὶ Νουμερίῳ, καὶ λοιποῖς πᾶσι τοῖς σὺν ὑμῖν, καὶ τοῖς ποθεινοτάτοις τέκνοις ἡμῶν, Παλλαδίῳ, καὶ Σευηρίνῳ, τοῖς τὸν ἀγαθὸν ζῆλον ἐζηλωκόσι, καὶ τὸν μακάριον καὶ περιπόθητον βίον ἑαυτοῖς ἑλομένοις, ὀρθοδόξου τε πίστεως, καὶ τελείας συγκαταθέσεως, τοῖς τὸ παρὰ τοῦ σωτῆρος εἰρημένον πληροῦσι, τὸ, εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς· καὶ τὸ, ἐπώλουν τὰ ὑπάρχοντα αὐτῶν, καὶ ἐτίθεσαν παρὰ τοὺς πόδας τῶν Αποστόλων· καὶ ὅσα εἰσὶ καίρια καὶ ἀγαθώτατα ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς προστιθεμένοις· Επιφάνιος ὁ ἐλάχιστος τῶν Επισκόπων, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ ἀδελφοὶ, ἐν Κυρίῳ Θεῷ χαίρειν.

ΗΔΗ μὲν οὖν μακαρίσαιμι ἂν ἑαυτὸν, ποθεινότατοι, ὅτι γε μὴ ὄντες ἡμεῖς ἱκανοὶ πρὸς τὴν τῶν ἁγίων, καὶ σπουδαίων, καὶ ζῆλον Θεοῦ ἀνειλημμένων ἐνάρετον πολιτείαν, καταξιούμεθα ὑπὸ τῶν αὐτῶν ὑπονύττεσθαι, τὸν νοῦν διεγείρειν τε, καὶ περιιστᾷν εἰς τὸ χρήσιμον. τὸ γὰρ ἐν ἡμῖν ἀεὶ ταπεινὸν φρόνημα ἡσυχῇ καρτερεῖν σπουδάζον, καὶ μὴ περαιτέρω ἐπεκτείνεσθαι τῶν ἄγαν * σκηπτόντων ἐκεῖνο τὸ παρὰ τῷ Αποστόλῳ εἰρημένον· ἵνα μὴ ἐπεκτείνωμαι ὑπὲρ τὸ μέτρον τοῦ κανόνος, οὗ δέδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρου, ἀφικέσθαι πρὸς τοῦτο νῦν ἀναγκάζεται. πανταχόθεν γὰρ αἱ ψῆφοι πρυτανεύσασαι τοῦ ἐν ὑμῖν θεόθεν ζήλου, τῶν τε ἄλλων ὁμοδόξων, φημὶ δὴ τῶν τὴν ὀρθοδοξίαν ζηλούντων, καὶ Υπατίου δὲ τοῦ τέκνου ἡμῶν, ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίων χώρας πρὸς με διὰ τοῦτο ἥκοντος, πᾶσαν

* Fort. σκεπτῶν.

μὲν

pto ad nos ea de causa profectus est, suffragia, precesque, quæ me quodammodo moderantur ac regunt, segnitiem ut omnem ac tergiversationem deponerem, facile compulerunt: ut sustinere amplius, aut prætermittere non possem, quo minus fidei ad vos formulam conscriberem. Quandoquidem tam a vobis, quam a cæteris fratribus nostris rogatus sum, ut ea, quæ cum salute vestra conjuncta sunt, hoc est solidum fidei, credulitatisque de Patre, Filio, & Spiritu sancto nostræ fundamentum; unaque & cæterorum Christianorum Dogmatum, veluti resurrectionis mortuorum, Incarnationis: Item de vetere, ac novo Testamento, aliisque omnibus, in quibus perfecta salus consistit ac nititur, ex divinarum ac sanctarum literarum auctoritate scriberem. Ego vero auditis ejusmodi precibus: quas non paucas Conops ad me Collega Presbyter, & qui cum eo erant, ac cum alii, tum vos, charissimi filii, nec non & Hypatius filius noster, qui ad me propterea ex Ægypto venit, pertulerant; cum tot in idem suffragia consensisse cernerem, mente animoque commotus reputare mecum ipse cœpi: ac tandem istud mihi prompte & alacriter faciendum esse decrevi: ut pro eo, ac per literas postulastis, ad hanc vobis pro vestro desiderio scribendam epistolam, tenuis licet & imbecillus, sine ulla tergiversatione me conferrem.

II. Ac mihi quidem Domini Deique nostri providentiam vehementer admirari libet, qui pro infinita sua bonitate omnibus in rebus sanctum suum Spiritum iis, qui se ex animo requirerent, impertiri voluit. Neque enim sine divino quodam instinctu vestrum omnium postulationes per literas mihi esse significatas existimo: sed hunc ego animi motum divina vobis afflatum esse gratia judicavi. Neque enim dubium est, quin ii, qui eadem
Matth.16. 16. cum divo Petro, ac consentientia dicere potuerint: *Tu es Christus Filius Dei vivi*, ab ipso Domino manifeste beati prædicandi sint: quemadmodum sanctus ille felix est hisce verbis habitus: *Beatus es Simon Bar Jona*, hoc est, fili Jonæ: Jonas quippe pater illius appellabatur. Porro dictio, *bar*, Hebraice *filium* sonat. Ea vero demum est vita, quam unigenitus Filius discipu-
Jo.10.10. lis suis largitus est dicens: *Ut habeant vitam in se ipsis*: ut scili-
Jo.17.3. cet *cognoscant solum verum Deum, & quem ipse misit Jesum Christum*. Ubi cum dixit *solum verum Deum*, ad unum singularemque Deum nos transtulit: ne mundi hujus elementis serviendum amplius

μὲν ῥαθυμίαν, πάντα δὲ ὄκνον παρεσκευάσατε ἀποθέσθαι, μηκέτι στέγειν, μήτε ἐν δευτέρῳ τίθεσθαι, τὰ περὶ πίστεως γράφειν. ἐπιζητούντων ὑμῶν, καὶ τῶν ἡμετέρων ἀδελφῶν τὰ περὶ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας, ἐκ τῆς θείας καὶ ἁγίας γραφῆς τὸν στερεὸν θεμέλιον τῆς πίστεως περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τῆς ἄλλης ἁπάσης ἐν Χριστῷ σωτηρίας, ἀναστάσεώς τε νεκρῶν λέγω, καὶ ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ μονογενοῦς. καὶ περὶ τῆς ἁγίας διαθήκης, παλαιᾶς τε καὶ καινῆς, καὶ ἄλλων ἁπαξαπλῶς συστάσεων τῆς τελείας σωτηρίας. ἐγὼ γοῦν λαβὼν τὴν τοιαύτην πρότασιν τῶν αἰτήσεων, οὐκ ὀλίγων οὐσῶν παρά τῶν περὶ τὸν ἀδελφὸν Κόνωπα τὸν συμπρεσβύτερον, καὶ τῶν αὐτῷ ἑπομένων, ἄλλων δὲ καὶ τῆς ὑμῶν τιμιότητος, τέκνα ποθεινότατα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ τέκνου ἡμῶν Ὑπατίου ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου πρός με, διὰ τοῦτο ἥκοντος, ὁμοφώνους ψήφους πολλὰς ὁρῶν ὁμοῦ, διηχθεὶς τὴν φρένα, καὶ τὸν λογισμὸν, ἐσκεψάμην· καὶ ἔδοξέ μοι προθύμως ὁρμῆσαι κατὰ τὴν ὑμῶν διὰ γραμμάτων ἀξίωσιν, ἀνενδοιάστως ἐπὶ τὸ γράφειν ταύτην μου τὴν ἐπιστολὴν ἐμὲ τὸν βραχὺν τῷ ὑμετέρῳ πόθῳ.

Καὶ σφόδρα μὲν ἐκπλήττομαι θαυμαστῶς τὴν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν οἰκονομίαν, ὃς εὐδόκησε τῇ ὑπερβολῇ τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος ἐν ἅπασι δοῦναι τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα τοῖς αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ ζητοῦσιν. οὐκ ἀθέως γὰρ ὑμῶν, καὶ τῶν καθ' ὑμᾶς αἰτήσεις τὰς διὰ τῶν γραμμάτων ἡγησάμην, ποθεινότατοι, ἀλλὰ τὴν κίνησιν ἐδοκίμασα ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐν ὑμῖν ὑπάρξασαν. ἐπ' ἀληθείας γὰρ, καὶ εἰδότες συνοιδάτε, καὶ σύμφωνα λέγειν τῷ μακαριωτάτῳ Πέτρῳ, ὅτι σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, σαφῶς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου μακαρισθήσονται, καθὼς καὶ ὁ ἅγιος ἐκεῖνος ἐμακαρίσθη ἀκούων· μακάριος εἶ σὺ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, τουτέστιν υἱὲ Ἰωνᾶ, ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ Ἰωνᾶς ἐκαλεῖτο. τὸ δὲ βὰρ ἑρμηνεύεται ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου, υἱός. καὶ τοῦτο ἦν ἡ ζωὴ, ἣν ἔδωκεν ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λέγων· ἵνα ἔχωσι τὴν ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς, τὸ γινώσκειν τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλεν Ἰησοῦν Χριστόν. ἐν τῷ οὖν εἰπεῖν, Τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, εἰς μοναρχίαν ἡμᾶς ἤγαγεν· ἵνα μηκέτι ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου ὦμεν δεδουλωμένοι, ἵνα μὴ πολυθεΐα ἐν ἡμῖν ἔτι ᾖ,

amplius putaremus: neve Deorum in nobis adhuc multitudo resideret: aut ad illud stupri genus hominum mentes dissiparentur: sed ad unius verique Dei singularitatem sese converterent.
Sap. 14. 12. *Initium quippe fornicationis est exquisitio Idolorum*: ut ait Scriptura. Porro cum dicit: *& quem misisti Jesum Christum*, ecquem tandem Jesum Christum intelligit? Verum utique Deum: Deum, inquam, Christum Jesum: ut de ipso testatur Joannes:
Jo.1.18. *Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse narravit*. Unus itaque Deus est Pater, ac solus verus Deus: non cujusmodi sunt ementiti illi Dii, quos Gentiles quidam Deos arbitrati sunt: cum tamen Dii nullo modo forent. Verum solus est verusque Deus: quandoquidem solus a solo unigenitus, solusque Spiritus sanctus ab illo processerunt. Nam Trinitas in unitate consistit: estque Deus unus, Pater Flius & Spiritus sanctus.

III. Sed eos videlicet, qui Spiritus sancti nondum participes esse meruerunt, ista commovet ac perturbat oratio. *Nemo enim*
1. Cor. 12. 3. *dicere potest Dominus nisi in Spiritu sancto*. Siquidem Jesu nomen etiam Judæi pronunciant: sed nequaquam Dominum arbitrantur. Idem nomen & Ariani proferunt, sed adoptivum duntaxat Deum, non verum affirmant: quoniam Spiritus sancti participes non fuerunt. Etenim nisi quis Spiritum sanctum acceperit, Jesum vere Dominum, vere Deum, aut vere Dei Filium, aut sempiternum vere regem minime esse dicit. Enim vero discant qui in prava illa opinione sunt: unigenitum Dei Filium non omnino de se ipso testificari velle. Ita enim in Euan-
Jo.5.31. gelio loquutus est: *Si testimonium perhibeam de me, testimonium meum nihil est. Alius est qui testimonium perhibet de me*. Quis
Matth. 3. 17. ille alius est? Nempe qui e cælo locutus est: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacuit*. Idem porro, qui dixerat: *Si ego testificer de me, testimonium meum nihil est*, postea dicit: *Et si ego testificer de me, testimonium meum verum est*. Et rursum: *Opera ipsa testimonium prabent, quæ dedit mihi Pater*. Item: *Moyses scripsit de me*. Et: *Moyses de me testatus est*. Quorum prius illud: *Si ego testificer de me, testimonium meum nihil est*, ideo dictum est, ut arrogantium hominum ac sese commendantium vanitatem excluderet; eo quod multi prædicare se ipsos, ac suo testimonio cohonestare solent. At cum dicit: *Etiamsi testificer de me, testimonium meum verum est*; non humanum esse testimonium suum, sed Deum esse qui vere testimonium

καὶ ἐπὶ πορνείαν τοιαύτην ἐπισκορπίζηται τὰ τῶν ἀνθρώπων νοήματα, ἀλλ' ἐπὶ ἑνότητα τοῦ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ. πρώτη γὰρ πορνεία, ἐπίνοια εἰδώλων, φησὶν ἡ γραφή. καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Ἰησοῦν Χριστὸν τίνα; ἀληθινὸν Θεόν. εἰ δὲ Θεὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, ὡς λέγει περὶ αὐτοῦ ὁ Ἰωάννης· ὁ μονογενὴς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, αὐτὸς ἐξηγήσατο. εἷς Θεὸς τοίνυν ὁ Πατὴρ, καὶ μόνος ἀληθινὸς Θεός, καὶ οὐ κατὰ τοὺς ἐψευσμένους Θεούς, οὓς ἐνόμισάν τινες τῶν Ἑλλήνων Θεοὺς, οὐκ ὄντας Θεούς· ἀλλὰ μόνος ἀληθινὸς Θεὸς, ἐπειδὴ μόνος ἐκ μόνου ὁ μονογενὴς, καὶ μόνον τὸ μόνον τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Τριὰς γὰρ ἐν μονάδι, καὶ εἷς Θεὸς, Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα.

Πτύρει δὲ ὁ λόγος τοὺς μὴ καταξιωμένους Πνεύματος ἁγίου. οὐδεὶς γὰρ δύναται εἰπεῖν Κύριος Ἰησοῦς, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. τὸ μὲν γὰρ Ἰησοῦς ὄνομα καὶ Ἰουδαῖοι λέγουσιν, ἀλλ' οὐ Κύριον ἡγοῦνται. καὶ Ἀρειανοὶ λέγουσι τὸ ὄνομα, καὶ [1] Θεὸν θετὸν λέγουσι, καὶ οὐκ ἀληθινὸν, ἐπειδὴ οὐ μετέχουσι Πνεύματος ἁγίου. ἐὰν μὴ γάρ τις δέξηται Πνεῦμα ἅγιον, οὐ λέγει τὸν Ἰησοῦν Κύριον ὄντως, καὶ Θεὸν ὄντως, καὶ Υἱὸν Θεοῦ ὄντως, καὶ βασιλέα ὄντως αἰώνιον. μάθωσι γὰρ οἱ τὴν κακὴν ὑπόληψιν ἐσχηκότες, ὅτι πάντα ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὐ θέλει περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρεῖν. οὕτω γὰρ εἶπεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· ἐὰν μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐδέν ἐστιν. ἄλλος ἐστὶν ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμοῦ. καὶ τίς ἐστιν ἄλλος; ὁ φωνήσας ἐξ οὐρανοῦ, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. οὗτος δὲ ὁ λέγων, ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐδέν ἐστιν. πάλιν λέγει, κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστι. καὶ πάλιν, αὐτὰ τὰ ἔργα μαρτυρεῖ ἃ δέδωκέ μοι ὁ Πατήρ. καὶ πάλιν, Μωϋσῆς ἔγραψε περὶ ἐμοῦ, καὶ Μωϋσῆς μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ· τὸ πρῶτον μὲν, ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐδέν ἐστιν· ἐπειδὴ πολλοὶ δοξάζουσιν ἑαυτοὺς, καὶ μαρτυροῦσι περὶ ἑαυτῶν, ἵνα ἐκκόψῃ τῶν καυχωμένων τὴν καύχησιν, καὶ τῶν ἑαυτοὺς συνιστώντων. ὅταν δὲ εἴπῃ· κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστι, δείκνυσιν ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνη αὐτοῦ ἡ μαρτυρία,

ἀλλὰ

1 Καὶ Θεὸν θετὸν λέγουσι) *Apud Epiphanium vox* θετὸς *sic interdum usurpatur, ut per adoptivum satis exprimi commode nequeat: idemque sit ac fictum, & opinione sola constans. Ita Petavius.*

nium præbeat, oftendit. Verus igitur Deus eft Pater: verus Deus Filius: verus Spiritus fanctus: Dei videlicet fpiritus ac fpiritus veritatis: Trinitas in uno fpiritu numerata. Nam de *Jo.17.3.* Patre Filius ipfe loquitur; *Ut cognofcant te folum verum Deum*. *Jo.13.23.* Eft autem idoneus ille teftis, qui *in illius pectus recubuit*, cum unigenitum Deum illum appellat. Neque vero ad unigenitum Deum addidit, *Deum verum*. fed de Patre, vero Deo fcriptum eft: Filius autem, unigenitus Filius dicitur. Præterea de Patre *Joan.1.* fcriptum eft, lucem effe Deum: de Filio, *Erat lux vera*.

Quæ uni perfonæ dotes attribuuntur, ea ad reliquas pertinent.

IV. Animadverte vero accuratiffimam facrarum literarum diligentiam. Eft enim Pater lux. Nec ad mentionem Patris *lucem veram* adjecit: fed Filio iftud attribuit: neque quifquam pronuntiare aliter poteft. Quis enim adeo infanus ac mente captus eft, inde ut contumeliofæ in Deum opinionis occafionem concipiat, quod in illo loco *veri* vocabulum effe non videat? Nam fi genitus ab illo germanus filius vera lux eft; Filii quoque genitor fine ulla dubitatione vera lux eft: ille inquam, ipfe, qui hunc fine ullo principio ac tempore veram lucem progenuit. Ac quemadmodum nemo tam audax effe debet, ut Patrem veram effe lucem inficietur: & per nos ipfi pietatis caufa quod minime fcriptum eft intelligimus, lucem effe veram, nec de ea re dubitamus, ne in fempiternum ruamus exitium: ita & de Filio fcriptum eft quod Deus fit Filius. Ac licet verus Deus non dicatur, infaniffimi nihilominus effe videamur, fi contumeliofe aliquid idcirco jacere velimus, & Filium verum effe Deum negemus. Satis eft enim uni perfonæ quod cum tota Trinitate conjunctum eft tribui oportere: & ex Patre Filium verum Deum intelligi ac verum fpiritum: cum ex rei veritate idem fignificantia vocabula utrifque nominibus refpondeant; videlicet Patri, verus Deus: Filio, Deus. E contrario vero Filio, lux vera: Patri vero, lux: Ut duabus illis de Divinitate fententiis conjunctis, quod & Pater verus fit Deus, & Filius lux vera: tum quod Pater lux fit, & Filius Deus: ex lucis, Deique vocibus, Divinitatem unam: & ex his, Deus verus, & lux vera unam virtutis fingularitatem fateamur.

Jo.16.7. V. Similiter & de Spiritu fancto: *Si ego abiero, veniet*, in- *Jo.14.6.* quit, *ille fpiritus veritatis*. De fe ipfo vero loquens: *Ego fum*, inquit, *veritas*: De Patre: *Spiritus Patris mei qui loquitur in* *Agg.2.7.* *vobis*. Ac de fpiritu: *Spiritus*, inquit, *meus ftat in medio veftrum*.

ἀλλὰ Θεός ἐστιν ἀληθινὸν τῇ ἑαυτοῦ μαρτυρίᾳ. ἀληθινὸς τοίνυν Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἀληθινὸς Θεὸς ὁ Υἱὸς, ἀληθινὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πνεῦμα Θεοῦ ὂν, καὶ πνεῦμα ἀληθείας, Τριὰς ἐν ἑνὶ πνεύματι ἀριθμουμένη. περὶ γὰρ τοῦ Πατρὸς αὐτὸς ὁ Υἱὸς λέγει, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. ἀξιόπιστος δὲ μάρτυρ ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀναπεσὼν, μονογενῆ Θεὸν αὐτὸν φάσκων. οὐ προσέθετο δὲ τῷ μονογενεῖ Θεῷ, τὸ Θεὸς ἀληθινὸς, ἀλλὰ περὶ Πατρὸς γέγραπται, ἀληθινοῦ Θεοῦ· περὶ Υἱοῦ δὲ, ὅτι μονογενὴς Θεός. τὸ δὲ πάλιν περὶ Πατρὸς, ὅτι φῶς ὁ Θεός· περὶ δὲ Υἱοῦ, ὅτι ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν.

Καὶ ὅρα μοι τὴν τῶν γραφῶν ἀκρίβειαν. ἐστι μὲν γὰρ Πατὴρ φῶς, καὶ οὐ πρόσκειται τῷ περὶ Πατρὸς, φῶς ἀληθινόν. ἐπεὶ δὲ τῷ περὶ Υἱοῦ εἶπε, φῶς ἀληθινὸν, καὶ οὐδεὶς τολμᾷ ἄλλως λέγειν. τίς γὰρ μεμηνὼς, ἢ μᾶλλον φρενοβλαβείαν ἑαυτῷ συνάγων, τολμήσει βλασφημίας ὑπόνοιαν ἑαυτῷ κτήσασθαι, μὴ εὑρὼν ἐπὶ τῷ ῥητῷ, προσκείμενον τὸ ἀληθινὸν; εἰ γὰρ ὁ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος γνήσιος Υἱὸς φῶς ἐστιν ἀληθινὸν, ὁ τοῦ Υἱοῦ γεννήτωρ, ἀναμφιβόλως φῶς ἐστιν ἀληθινὸν αὐτὸς ὁ γεννήσας αὐτὸν ἀνάρχως καὶ ἀχρόνως φῶς ἀληθινόν. καὶ ὥσπερ οὐ τολμητέον ἐπὶ τοῦ Πατρὸς λέγειν, ὅτι οὐκ ἔστι φῶς ἀληθινόν· ἀλλ' ἀφ' ἑαυτῶν, διὰ τὸ εὐσεβὲς νοεῖν οἴδαμεν, κἂν τὸ μὴ ᾖ γεγραμμένον, ὅτι ἐστὶ φῶς ἀληθινὸν, καὶ οὐκ ἀμφιβάλλομεν, ἵνα μὴ ἀπολώμεθα. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ γέγραπται, ὅτι Θεὸς ὁ Υἱός. καὶ κἂν μὴ πρόσκειται τὸ, Θεὸς ἀληθινὸς, μανίαν ἑαυτοῖς ἐπισωρεύομεν, εἰ τολμήσωμεν βλασφημῆσαι, καὶ μὴ εἰπεῖν τὸν Υἱὸν Θεὸν ἀληθινόν. ἀρκεῖ γὰρ ἐπὶ τῷ ἑνὶ τὸν πάντα σύνδεσμον τῆς Τριάδος φέρειν, καὶ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς νοεῖν τὸν Υἱὸν Θεὸν ἀληθινὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα ἀληθινὸν, ἀντιπαρακειμένων τοῖς ἑκατέροις ὀνόμασι τῶν ἰσοῤῥόπων τῆς ἀληθείας· τῷ μὲν Πατρὶ, τὸ Θεὸς ἀληθινὸς, τῷ δὲ Υἱῷ, τὸ Θεός. ἀνάπαλιν δὲ τῷ Υἱῷ, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τῷ δὲ Πατρὶ, τὸ φῶς. ἵνα τὰς δύο δόξας τὰς περὶ θεότητος συζεύξαντες, περὶ Πατρὸς μὲν Θεὸς ἀληθινὸς, περὶ δὲ Υἱοῦ φῶς ἀληθινὸν, καὶ περὶ Πατρὸς τὸ φῶς, καὶ περὶ Υἱοῦ τὸ Θεὸς, ἀπὸ τοῦ φωτὸς, καὶ Θεὸς, τὴν μίαν θεότητα, καὶ ἀπὸ τοῦ Θεὸς ἀληθινὸς, καὶ φῶς ἀληθινὸν, τὴν μίαν ἑνότητα τῆς δυνάμεως ὁμολογήσωμεν.

Ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἐὰν ἐγὼ ἀπέλθω, ἐκεῖνος ἔρχεται, φησὶ, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. καὶ ἔτι περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. καὶ περὶ Πατρὸς, τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς μου τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ Πνεῦμά μου ἐφε-

strum. Ad hæc spiritus, qui inexplicabili quadam ratione agit cum filio, ipsum in solitudinem expellit, ut a Diabolo tentetur: Quin & ipse Dominus: *Spiritus*, inquit, *Domini super*
Matth. 1. 12. *me: propter quod unxit me*. Porro Spiritus sanctus per prophe-
Luc. 4. 18. tas loquens: *Hæc dicit*, inquit, *Dominus omnipotens*, qui in
Amos 4. 13. Prophetis loquitur Dominus; *qui firmat tonitru, & creat spiritum*. Tonitru, inquam, illud, cujus ab hominibus fragor exauditur: *creans*, vero *spiritum*, quo pluvias excitat, quæ terris divinitus immittuntur. Ergo de creatis rebus cum loquitur, his utitur verbis: *Firmans tonitru, & creans spiritum*: hæc enim creata sunt. *annuncians* autem *Christum suum hominibus*; non jam creare, non firmare, sed nunciare hominibus dicitur vere a se genitum, increatum: qui converti, mutarique non potest: qui a sempiterno sempiternus est; qui ab Joanne prædicatus est; quique semper est. Nam *Qui est*, ait Moy-
Exod. 13. 14. ses, *misit me*. At Joannes: *Qui est in sinu Patris, ille narravit*.
Ioann. 1. Itaque & Filius existens dicitur; & Pater existens; existens videlicet ad existentem comparatus, atque ex ipso genitus: qui neque confusus cum Patre, nec esse aliquando cœpit; sed semper cum Patre germanus est: Pater vero semper Filium genuit. Neque enim tempus ullum extitit, quo Pater non fuerit Pater; aut quo Filius Patri soli non fuerit. Nam si tempus fuisset ullum, quo Pater non fuisset; ille esset alterius Patris Filius, antequam Unigeniti Pater existeret. Ita dum in Patrem pios se esse student, prorsus impii sunt. Nam in Deo neque tempus ullum, neque tempestas est; non temporis punctum; non horæ momentum; non oculi nictus; non cogitationis motus ullus est: sed quantum mens tua sese ad Filium comprehendendum ac credendum erigit, una & Patrem animo concipe. Quippe nomen ipsum significandi vim habet; ac quoties Filium appellas; tum cum Filium dicis, Patrem intellige. Nam ex Filio Pater intelligitur: & cum Patrem nominas, Filium significas. Quippe Pater Filii prorsus esse dicitur.

VI. Quando nam igitur audacter id pronunciare potes, Patrem non fuisse Patrem, ut & Filium non fuisse dicas? Quod si nullam dignitatis accessionem affingere audeas Patri: nam Filius ejusdem cum illo substantiæ est: neque additamento ullo, vel gloria, aut incremento opus habet: disce tuas illas in Deum contumelias reprimere, quicumque fidem oppugnas, vel ab ea te

ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν. τὸ δὲ Πνεῦμα ἀῤῥήτως συμπαρὰτὸν τῷ Υἱῷ, ἐκβάλλει αὐτὸν εἰς τὴν ἔρημον πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ Διαβόλου. καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος, Πνεῦμα Κυρίου, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με. τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν Προφήταις λαλοῦν· τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ, ὁ λαλῶν ἐν τοῖς Προφήταις Κύριος, ὁ στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα· βροντὴν μὲν τὴν ἐνηχουμένην ἀνθρώποις· κτίζων δὲ πνεῦμα, εἰς ἐνέργειαν ὑετῶν ἀποστελλομένων ἀπὸ τοῦ Θεοῦ τῇ γῇ. καὶ περὶ μὲν κτισμάτων, οὕτω φησὶ, στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα. ταῦτα γὰρ κτιστὰ ὑπάρχει· [a] ἀπαγγέλλων δὲ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις, οὐκέτι κτίζων, οὐκέτι στερεῶν, ἀλλ' ἀπαγγέλλων αὐτὸν τοῖς ἀνθρώποις, τὸν ἀληθῶς γεννητὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸν ἄκτιστον, τὸν ἄτρεπτον, τὸν ἀναλλοίωτον, τὸν ἀεὶ ὄντα ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος, τὸν διὰ Ἰωάννου κηρυχθέντα ἀεὶ ὄντα. ὁ ὢν γὰρ, φησὶ, ἀπέσταλκέ με, φησὶν ὁ Μωϋσῆς. καὶ ὁ Ἰωάννης, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο· ὢν ἐστὶν ὁ Υἱὸς, ὢν ἐστὶν ὁ Πατὴρ, ὁ ὢν πρὸς τὸν ὄντα ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς, οὐ συναλοιφὴ ὢν τῷ Πατρὶ, οὐκ ἀρξάμενος τοῦ εἶναι· ἀεὶ δὲ γνήσιος σὺν Πατρὶ, ἀεὶ Πατὴρ γεννήσας τὸν Υἱόν. οὐκ ἦν γάρ ποτε καιρὸς, ὅτε ὁ Πατὴρ οὐκ ἦν Πατήρ. οὐκ ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ὁ Υἱὸς οὐχ ὑπῆρχε Πατρὶ τῷ μόνῳ. εἰ γὰρ ἦν καιρὸς ὅτε οὐκ ἦν Πατὴρ, ἄρα αὐτὸς ἦν Υἱὸς ἑτέρου Πατρὸς, πρὸ τοῦ εἶναι τὸν Πατέρα τοῦ μονογενοῦς· καὶ δοκοῦντες εἰς τὸν Πατέρα εὐσεβεῖν, τελείως ἀσεβοῦσιν. ἐν Θεῷ οὐ χρόνος, οὐ καιρὸς, οὐ στιγμὴ χρόνου, οὐκ ἄτομον ὥρας, οὐ ῥιπὴ ὀφθαλμοῦ, οὐ ἀγνοίας μετέωρον ἐνδέχεται· ἀλλ' ὅσον δ' ἀναβῇ σου ἡ διάνοια * Υἱοῦ καταλαμβάνειν καὶ πιστεύειν, νόει ἅμα καὶ Πατέρα. τὸ γὰρ ὄνομά ἐστι σημαντικόν. ὅταν γὰρ Υἱὸν καλέσῃς, Υἱὸν λέγων, νόει Πατέρα· ἀπὸ γὰρ τοῦ Υἱοῦ Πατὴρ νοεῖται. καὶ ὅταν καλέσῃς Πατέρα, σημαίνεις Υἱόν· Πατὴρ γὰρ πάντως Υἱοῦ καλεῖται.

* For. Υἱόν.

Πότε οὖν δύνασαι τολμᾶν, καὶ λέγειν ὅτι οὐκ ἦν Πατὴρ ὁ Πατὴρ, ἵνα καὶ Υἱὸν τολμήσῃς εἰπεῖν μὴ εἶναι; εἰ δὲ οὐ τολμᾷς ἀξίαν προσθεῖναι Πατρί· τὸ γὰρ * Υἱὸν ἐν ταυτότητι ὑπάρχει, καὶ οὐκ ἐπιδέεται προσθήκης, οὐ δόξης, οὐ προκοπῆς, μάθε μὴ βλασφημεῖν ὦ πολεμῶν τὴν πίστιν, μᾶλλον δὲ σεαυτὸν ἀπὸ πίστεως διώκων, ἀλλ' ἀεὶ πίστευε Πατέρα ἀΐδιον ἀληθῶς γεννήσαντα Υἱὸν, τὸν ἀεὶ ὄντως

* Mendosus locus.

a ἀπαγγέλλων δὲ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ optime a Thomasio nostro redditur, *annuncians autem Christum suum hominibus; non jam creare &c.* Apud Petavium legimus, *At vero Christum suum non jam creare &c.* Nostram editionem exigenti ad illam Petavii constabit & alia hujusce capitis v. loca Thomasium expolivisse, emendavisse.

te potius segregas: sed perpetuo crede æternum esse Patrem; a quo Filius sit revera genitus: qui & ipse revera semper est, & ad existentem revera Patrem refertur. Quippe Filius semper est, non confusus cum Patre, nec ipsius frater, sed germanus Filius a Patre genitus, ac natura, non adoptione Filius. Idem & Patri consubstantialis; non SYNOUSIOS, id est, * *simul substantia*; sed HOMOUSIOS, id est, *Consubstantialis*, nempe non extra Patrem genitus, ut nonnulli cavillantur, qui Filium non ex rei veritate esse, sed adoptione censent. Atqui fidei vinculum est *Consubstantialem* fateri. Quo usurpando vocabulo Sabellii robur infringis. Non enim *Consubstantialis* vox singularem hypostasim significat: sed subsistentem esse Patrem, subsistentem Filium, subsistentem Spiritum sanctum esse declarat. Porro qui *Consubstantialem* dicit, ab eadem Divinitate non alienum facit: sed Deum ex Deo Filium, ac Deum Spiritum sanctum eadem Divinitate constantem, non tres Deos exprimit. Etenim cum Filium, Patremque nominamus Deum, duos Deos non dicimus. Siquidem unus nobis est Deus, ut beatus Moses asserit: *Dominus Deus tuus, Dominus unus est*. Quare Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, non Deos appellamus. Nam nulla est multitudo Deorum. Cæterum tribus illis nominibus Divinitas una Patris Filii ac sancti Spiritus exprimitur: non duo Filii; Unigenitus quippe Filius unus est. Ita Spiritus sanctus, Spiritus sanctus est, Deique Spiritus, qui cum Patre & Filio semper est, nec alienus a Deo: sed a Deo existens, *& a Patre procedens*, [1] *& accipiens a Filio*. Ad hæc unigenitus Filius comprehendi non potest: non potest & Spiritus sanctus: qui sic a Deo procedit, ut a Patre & Filio non sit alienus: neque per ipsum Pater & Filius in unum confusi coalescunt: verum Trinitas eadem substantia constans semper existit: ac neque altera præter Divinitatem est substantia: nec altera præter substantiam Divinitas: sed eadem est Divinitas, & ex eadem Divinitate Filius est & Spiritus sanctus.

*vel *socius substantia.*

Consubstantialis vocabuli vis

Deut. 6. 4.

VII. Spi-

1 ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνον, *& a Filio accipiens*. Loquendi modus a divinis Scripturis desumptus, quo veteres Græciæ Patres in re, quæ captum longe superat hominum, utebantur ad illud idem significandum, quod Latini dicebant Spiritum sanctum in divinis & a Filio procedere. Quemadmodum enim æternam illam ineffabilem; ac, uti Scholæ ajunt, immanentem originem tum Filii, tum Spiritus sancti, a Patre, divinarum Scripturarum verbis, quibus uterque dicitur a Patre procedere, exprimebant. Sic, ut simili modo sacris uterentur vocibus ad denotandum & Spiritus sancti a Filio originem; quum divina elo-

ὄντως ὄντα, πρὸς τὸν ὄντως ὄντα Πατέρα. Υἱὸς γὰρ ἀεὶ οὐ συναλοιφὴ ὢν τῷ Πατρὶ, οὐ συνάδελφος, ἀλλ' Υἱὸς γνήσιος ἐκ Πατρὸς γεγεννημένος, φυσικὸς Υἱὸς, οὐ θετός· Υἱὸς ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ· οὐ συνούσιος, ἀλλ' Ὁμοούσιος. τουτέστιν οὐκ ἔξωθεν τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς, ὥς τινες εἰρωνείᾳ φέρονται, θέσει θέλοντες εἶναι τὸν Υἱὸν, καὶ οὐκ ἀληθείᾳ. σύνδεσμος δὲ τῆς πίστεως Ὁμοούσιον λέγειν. ἐὰν γὰρ εἴπῃς τὸ ὁμοούσιον, ἔλυσας Σαβελλίου τὴν δύναμιν. ὅπου γὰρ ὁμοούσιον, μιᾶς ὑποστάσεως ἐστὶ δηλωτικόν· ἀλλὰ καὶ ἐνυπόστατον σημαίνει τὸν Πατέρα, καὶ ἐνυπόστατον τὸν Υἱὸν, καὶ ἐνυπόστατον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ὅταν δὲ τὸ Ὁμοούσιον λέγῃ, οὐκ ἀλλότριον τῆς αὐτῆς θεότητος σημαίνει, ἀλλὰ Θεὸν ἐκ Θεοῦ, τὸν Υἱὸν, καὶ Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς αὐτῆς θεότητος, οὐ τρεῖς Θεούς. οὐδὲ γὰρ ἐὰν εἴπωμεν τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα Θεὸν, δύο Θεοὺς λέγομεν. εἷς γάρ ἐστιν ἡμῶν ὁ Θεὸς, ὡς φησὶν ὁ μακάριος Μωσῆς, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν. οὐ Θεοὺς λέγομεν, Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ οὐ Θεούς· οὐδὲ γὰρ πολυθεΐα ἐν Θεῷ. διὰ δὲ τῶν τριῶν ὀνομάτων ἡ μία θεότης Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· καὶ οὐ δύο Υἱοί, μονογενὴς γὰρ εἷς ὁ Υἱός· τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Πνεῦμα ἅγιον, Πνεῦμα Θεοῦ, ἀεὶ ὂν σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, οὐκ ἀλλότριον Θεοῦ, ἀπὸ δὲ Θεοῦ ὄν, ἀπὸ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, [1] καὶ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνον. ἀλλ' ὁ μὲν Υἱὸς μονογενὴς ἀκατάληπτος, καὶ τὸ Πνεῦμα ἀκατάληπτον, ἐκ Θεοῦ δὲ, οὐκ ἀλλότριον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· οὐδὲ συναλοιφή ἐστι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἀλλὰ Τριὰς ἀεὶ οὖσα τῆς αὐτῆς οὐσίας· οὐχ ἑτέρα ἡ οὐσία παρὰ τὴν θεότητα, οὐδὲ ἑτέρα ἡ θεότης παρὰ τὴν οὐσίαν· ἀλλ' ἡ αὐτὴ θεότης, καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς θεότητος ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

eloquia Spiritus sancti respectu relate ad Filium, vocem procedere non adhibeant; sed illius loco has alias habeant *a Filio accipit*; hisce uti consueverunt, quæ idem cum verbo procedere omnino denotant: quod enim a Filio Spiritus sanctus accipit, illud eidem Spiritui non externum, non extraneum est, sed οὐσιῶδες, hoc est ad naturam omnino spectans. Ex quo sane adparet Patres Græcos inter atque Latinos discrimen de Processione Spiritus sancti a Filio, non in dogmate versari, sed in mera vocum diversitate, quod a nongentis eam annis impie ignorare volunt Græci Schismatici. Quod adeo verum est, ut & ipsi Græci Patres, & noster præsertim S. Epiphanius, ut inferius constabit, in hoc ipso Ancoratus libro, haud raro conceptissime dixerint Spiritum sanctum & a Filio procedere, quando dicere potuissent juxta receptum, usitatumque apud ipsos loquendi morem, Spiritum sanctum a Filio accipere. Utraque illa loquendi, scribendive formula unum idemque significat: quod & non raro iidem Græci exprimebant dicendo Spiritum sanctum a Patre per Filium procedere. De hoc argumento evolvi debent S. Hilarius in secundo Libro de Trinitate, ubi versat quid sibi velit in divinis ab aliquo accipere. Evolvi & Acta Concilii Florentini sub Eugenio IV. Leonis Allatii Græciæ Orthodoxæ libri; atque Petavii Theologicorum Dogmatum liber VII. capite præsertim V.

Jo. 15. 26. & 16. 14. 1. Cor. 2. 10. Matth. 28. 19. VII. Spiritus proinde ſanctus, Spiritus eſt: Filius, Filius: *Spiritus a Patre procedit, & a Filio accipit, Dei profunda perſcrutans*: quæ Filii propria ſunt in mundum prædicans, ſanctos per Trinitatem ſanctificans, appellatione tertius: Pater & Filius & Spiritus ſanctus. *Euntes*, inquit, *baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*. Eſt enim Spiritus quoddam gratiæ ſigillum: Trinitatis vinculum, non alienus a numero, non appellatione diſcrepans, nec tanquam peregrinus a largitionis Eph. 4. 5. communione ſeparandus: *Sed unus Deus, una fides, unus Dominus*, una gratia, una Eccleſia, unum Baptiſma. Trinitas ſemper Trinitas eſt: Cui nihil unquam adiici poteſt, quæque ita numeratur, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus: nec eſt confuſum, aut coaleſcens quidpiam: nec aliquid ineſt ipſi ab unitate propria ſejunctum: adeo ut in perfecta hypoſtaſi perfectus ſit Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus ſanctus: Pater & Filius & Spiritus ſanctus. At vero Spiritus cæleſtibus donis attribuitur. Nam *diviſiones gratiarum ſunt*, idem vero 1. Cor. 12. 4. *Spiritus: & diviſiones miniſteriorum ſunt; idem vero Dominus: & diviſiones operationum ſunt; idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus*. Nunquam excidamus a propoſito: nunquam a veritate deficiamus. Neque vero Deo patrocinium impendimus: ſed religioſe ſentimus, ne forte pereamus: ac loquimur, non quaſi comprehendamus; tanquam enim homines quæ animo percepimus eloquimur. At Divinus honos immenſus eſt, & ſupra mentis noſtræ captum infinitis partibus attollitur: atque ita Divinitas ipſa prædicatur, nihil ut ei gloriæ accedere poſſit, aut decedere: nihil eſt enim in Trinitate creatum, aut in ea poſtea factum. Verum Pater Filium generat; ſed nullum unquam tempus fuit, quo tempore Filius non eſſet. non enim Pater aliquo tempore non eſt appellatus Pater: ſed & Pater perpetuo fuit, & perpetuo Filius; non frater, ſed Filius, ea ratione genitus, quam nulla conſequi poteſt oratio; & incomprehenſibili modo nominatus, cum Patre vero ſemper exiſtens, nec unquam eſſe deſinens. Itaque Pater ingenitus eſt, increatus & incomprehenſus. Filius genitus, ſed increatus & incomprehenſus. Spiritus ſanctus ſemper eſt, non genitus non creatus, non frater, non patruus, non avus, non nepos, ſed ex eadem Patris Filiique ſubſtantia Spi- Jo. 4. 24. ritus ſanctus: *Spiritus enim Deus eſt*.

VIII. Nam

Καὶ τὸ μὲν Πνεῦμα, ἅγιον Πνεῦμα· ὁ δὲ Υἱὸς, Υἱός· τὸ δὲ Πνεῦμα παρὰ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνον, ἐρευνῶν τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, ἀναγγέλλον τὰ τοῦ Υἱοῦ, ἐν κόσμῳ ἁγιάζον ἁγίους διὰ τῆς Τριάδος, τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ· Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. ἀπελθόντες, φησὶ, βαπτίσατε εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. ἐπεὶ σφραγὶς τῆς χάριτος, σύνδεσμος τῆς Τριάδος, οὐκ ἀλλότριον τοῦ ἀριθμοῦ, οὐ διεστὼς τῆς ὀνομασίας, οὐ ξένον τῆς δωρεᾶς· ἀλλ' εἷς Θεὸς, μία πίστις, εἷς Κύριος, ἓν χάρισμα, μία Ἐκκλησία, ἓν βάπτισμα. ἀεὶ γὰρ ἡ Τριὰς, Τριὰς, οὐδέποτε προσθήκην λαμβάνει, οὕτως ἀριθμουμένη, Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· οὐ συναλοιφὴ ἡ Τριάς· οὐ διεστώς τι ἐν αὐτῇ τῆς ἰδίας αὐτῆς μονάδος. ἐν ὑποστάσει δὲ τελειότητος, τέλειος ὁ Πατὴρ, τέλειος ὁ Υἱὸς, τέλειον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, ἅγιον Πνεῦμα. τὸ δὲ ἀνάπαλιν, Πνεῦμα χαρίσμασιν ἐνταττόμενον· διαιρέσεις γὰρ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεός, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. μὴ ἐκπέσωμεν τοῦ προκειμένου, μὴ ἀποστῶμεν τῆς ἀληθείας. ἡμεῖς οὐ συνηγοροῦμεν ὑπὲρ Θεοῦ, ἀλλ' εὐσεβῶς νοοῦμεν, ἵνα μὴ ἀπολώμεθα· καὶ φθεγγόμεθα, οὐχ ὡς καταλαμβάνοντες· ὡς ἄνθρωποι γὰρ φθεγγόμεθα, ἃ κατειλήφαμεν. ἡ γὰρ εἰς Θεὸν τιμὴ, ἄπειρος, καὶ μυριονταπλασίως * περὶ τὸν ἡμέτερον νοῦν δεδόξασται, καὶ ἔστι δεδοξασμένη, μηδὲν προσλαμβάνουσα δόξης, μήτε ἀφαιρουμένη. οὐδὲν γὰρ ἐν Τριάδι κτιστὸν, ἢ ἐπιγενητόν· ἀλλ' ὁ μὲν Πατὴρ τὸν Υἱὸν γεννᾷ· οὐκ ἦν δὲ ποτε χρόνος, ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός. οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν χρόνῳ τινὶ Πατὴρ οὐκ ἐκαλεῖτο· ἀλλὰ ἦν ἀεὶ Πατὴρ, καὶ ἦν ἀεὶ Υἱὸς, οὐ συνάδελφος, ἀλλὰ Υἱὸς γεννηθεὶς ἀνεκδιηγήτως, καὶ ὀνομαζόμενος ἀκαταλήπτως, σὺν Πατρὶ δὲ ὢν ἀεὶ, μηδέποτε διαλείπων τοῦ εἶναι. Πατὴρ οὖν ἀγέννητος καὶ ἄκτιστος καὶ ἀκατάληπτος. Υἱὸς γεννητὸς, ἀλλὰ καὶ ἄκτιστος καὶ ἀκατάληπτος. Πνεῦμα ἅγιον ἀεὶ, οὐ γεννητὸν, οὐ κτιστὸν, οὐ συνάδελφον, οὐ πατράδελφον, οὐ προπάτορον, οὐκ ἔκγονον, ἀλλ' [1] ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, Πνεῦμα ἅγιον. Πνεῦμα γὰρ ὁ Θεός.

* For. παρὰ.

[1] ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, *ex eadem Patris, Filiique substantia*. Ex quo proculdubio sequitur Spiritum sanctum sicut a Patre, ita & a Filio procedere. Consule Petavium citati nuper libri VII. capite IV. num. V.

VIII. Nam unaquæque appellationum istarum singularis est; neque quicquam habet quod secundo significetur. Pater enim Pater est: neque quicquam habet, quod cum ipso ex adverso comparatum sit, aut cum altero Patre copulatum: ne forte duo sint Dii. Filius unigenitus, Deus verus ex Deo vero; non Patris nomen sibi vendicans, nec alienus a Patre, sed unius Patris existens: unigenitus vero, ut singulari sit appellatione Filius: & Deus ex Deo, ut unus Deus Pater & Filius appelletur: & Spiritus sanctus unicus; non Filii nomen, non appellationem Patris usurpans: sed
Joan. 15. & 16. Spiritus sanctus vocatus, nec alienus a Patre. Etenim unigena ipse Filius ita loquitur: *Spiritus Patris*. Item: *Qui a Patre procedit & de meo accipiet*: Ut ne alienus a Patre vel Filio crederetur, sed ejusdem substantiæ ac Divinitatis ejusdem Divinus Spiritus, *Spiritus veritatis, Spiritus Dei, Spiritus Paracletus*: qui quidem singulariter nominatur, nec ex adverso comparatum habet quidquam, neque cum altero adæquatur Spiritu, neque aut Filii nomine, aut Patris appellatione censetur: ne singularia nomina æquivoca reddantur. Inest ergo DEUS in Patre, inest in Filio, inest in Spiritu sancto, qui ex Deo pariter & Deus est: Spiritus enim Dei, ac Spiritus Patris, & Filii Spiritus: non
Spiritus ex Patre, Filioque procedit. compositione aliqua, quemadmodum in nobis anima corpusque conjungitur: sed inter Patrem & Filium medius, [1] ex Patre, Filioque procedens, & appellatione tertius. *Euntes* enim,
Matth. 28. 19. inquit, *baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*. Ac si Pater in nomine suo baptizat, in nomine Dei; perfectumque

1 ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, *ex Patre & ex Filio*, subintellige *procedens*. Cur non dixerit S. Epiphanius hoc in loco, ut & in aliis, quæ nobis inferius occurrent, *ex Patre procedens, & a Filio accipiens*, quemadmodum dixerat superiori in capite vi, & heic paulo superius in præsenti, declarant quæ paucis supra indigitavimus adnotatione nostra ad pag. 25. Argumentum heinc accipe firmissimum, utramque loquendi modum rem eamdem apud Epiphanium significare; quod & de aliis Græcæ Patribus affirmare tuto nos posse exploratum habent viri docti. Græca igitur Ecclesia & agnovit, & professa est perpetuo sancti Spiritus Processionem non solum a Patre, sed & a Filio. Nec movere ea in re quemquam debet, aut ille loquendi usus, quo Græci passim ajebant Filium in divinis ἐκ τοῦ Πατρὸς *ex Patre* procedere; Spiritum vero sanctum *ex Patre* διὰ τοῦ Υἱοῦ, *per Filium*. Aut Theodoriti Capitula s. Cyrillum refutantis; aut s. Joannes Damascenus capite viii. libri de Fide Orthodoxa, aperte statuentium Spiritum sanctum a Filio non esse dicendum; & blasphemum te esse atque impium si illud dicas. Nova non sunt hæc, sed a quatuordecim jam jactata sæculis; a Photio vel maxime agitata, ut aliquam prætenderet caussam, qua videretur, si fas sit, ipsam suosque haud immerito a Romanæ Ecclesiæ communione descivisse. Notum est s. Basilium suo in libro de Spiritu sancto, & quidem primis ab initio capitibus, animadvertisse distinctionem illam vocularum ἐξ οὗ, & δι᾽ οὗ, *ex ipso*, & *per ipsum* in divinis prolationibus indicandis, omnium primum malo animo invexisse malesferiatum illum Aëtium sectæ Anomœorum principem. Ad hæc insuper animadvertisse voculas easdem ἐξ οὗ, & δι᾽

Ἕκαστον δὲ τῶν ὀνομάτων μονώνυμον, μὴ ἔχον δευτέρωσιν. καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ, Πατήρ· καὶ οὐκ ἔχει ἀντιπαράθετον, οὐδὲ ἑτέρῳ Πατρὶ συζευγνύμενον· ἵνα μὴ δύο Θεοί. ὁ Υἱὸς μονογενὴς, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, οὐ Πατρὸς ἔχων ὄνομα, οὐδὲ ἀλλότριον Πατρὸς, ἀλλ' ἑνὸς Πατρὸς ὑπάρχων· μονογενὴς δὲ, ἵνα μονώνυμος ᾖ ὁ Υἱὸς· καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, ἵνα εἷς Θεὸς Πατὴρ καὶ Υἱὸς καλῆται. καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μονογενὲς, οὐχ Υἱοῦ ἔχον ὄνομα, οὐ Πατρὸς τὴν ὀνομασίαν· ἀλλὰ Πνεῦμα ἅγιον ὑπὸ καλούμενον, οὐκ ἀλλότριον Πατρός. αὐτὸς γὰρ ὁ μονογενὴς λέγει, Τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· ἵνα μὴ ἀλλότριον νομισθείη Πατρὸς μηδὲ Υἱοῦ, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς οὐσίας, τῆς αὐτῆς θεότητος, Πνεῦμα θεῖον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τὸ Πνεῦμα τὸ Παράκλητον, μονωνύμως καλούμενον, μὴ ἔχον ἀντιπαράθεσιν, μὴ ἐξισούμενον ἑτέρῳ τινὶ Πνεύματι, μὴ καλούμενον ὀνόματι Υἱοῦ, ἢ ὀνομαζόμενον ὀνομασίᾳ Πατρός· ἵνα μὴ τὰ μονώνυμα ὀνόματα ὁμώνυμα ὑπάρχῃ. πλὴν ὅτι τὸ Θεὸς, ἀλλ' ἐν Πατρὶ· τὸ Θεὸς ἐν Υἱῷ· τὸ Θεὸς ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, * τὸ Θεοῦ καὶ Θεός. Πνεῦμα γὰρ Θεοῦ, καὶ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς, καὶ Πνεῦμα Υἱοῦ. οὐ κατά τινα σύνθεσιν, καθάπερ ἐν ἡμῖν ψυχὴ καὶ σῶμα, ἀλλ' ἐν μέσῳ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, [1] ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ. ἀπελθόντες γὰρ, φησὶ, βαπτίσατε εἰς τὸ ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. εἰ δὲ βαπτίζει ὁ Πατὴρ εἰς ὄνομα ἑαυτοῦ, εἰς ὄνομα Θεοῦ, καὶ

* Fort. τῷ Θεῷ.

πλεία

& διὰ τοῦ, promiscue & nullo discrimine usurpari tum in divinis literis, tum a Patribus ad significandum rem eamdem. Hoc sane animadverso quod Græci passim dicere consueverint Spiritum sanctum a Patre procedere per Filium διὰ τοῦ Υἱοῦ, perinde se habet ac si dixissent Spiritum sanctum a Patre, & Filio procedere. Præterea illud etiam exploratum habemus Patres potissimum Græcos, subtilius fortasse quam opus fuisset, ni adversarios retundendi postulasset necessitas, animo versavisse, Patrem in divinis esse primum principium, ac veluti fontem & originem omnium prolationum: Filium vero quamquam Patri voluntate conjunctissimum, eidem consubstantialem, esse tamen a Patre genitum; & veluti medium inter Patrem & Spiritum S.; a Patre accipere quæcumque habet; quod Spiritum S. emittat. Subtilissimam hanc animadversionem, & Dei Patris dotem, & prærogativam, ut exprimerent, sæpe dicebant potius Spiritum sanctum a Patre per Filium, διὰ τοῦ Υἱοῦ, procedere, quam a Patre & Filio. Quia licet tenerent & profiterentur ipsum & a Filio procedere; tenebant etiam Filium a Patre accipere quod Spiritum emittat; & ideo eam adhibebant locutionem qua denotarent Spiritum sanctum a Patre per Filium procedere. Hæc & alia doctissime ac multis prosequitur laudato in loco s. Basilius. Ea adhibita magni Basilii doctrina facile ab errore purgatur Theodoritus, qui studio partium actus ideo s. Cyrillum redarguit, quasi qui negaverit mox indicatam prærogativam illam, quæ in divinis prolationibus soli Patri convenit, non autem Filio. Purgatur fortasse & Damascenus, de quo videndus qui ipsum accuratis præfationibus, dissertationibus, adnotationibus doctissimis Michael Lequien Dominicanæ Familiæ alumnus in animadversione sua ad laudatum de Fide Orthodoxa locum pag. 141. tomi primi; tum in prima de Dissertationibus Damascenicis.

Spiritus S. Divinitas probatur. que sigillum illud est in Dei nomine in nobis obsignatum: & si Christus in nomine suo baptizat, hoc est in nomine Dei; & perfectum sigillum illud est, quo in nomine Dei nosmet obsignamur ipsi: quis tam erit animo suo hostis & infensus, alienum ut Spiritum a Divinitate pronunciet? Cum enim in nomine* Dei, & in nomine Filii, & in nomine sancti Spiritus unum sit Trinitatis sigillum; consequens est, unam esse Divinitatis in Trinitate virtutem. Quod si unum aliquid Deus est; cætera creata, non Deus: qua tandem ratione duo in unum perfectionis sigillo colligata sunt? Igitur in unum duntaxat regium nomen Patris obsignati sumus; cætera vero regia non sunt: sed adhuc *elementis creaturisque servimus*. Quippe solum Patris nomen salutem afferre non posset hominibus; sed alia duo (ut maledici isti in Deum existimant) sibi adjunxisset elementa, quo ipsius Divinitati aliæ virtutes accederent; ut & obsignatum a seipso servare posset, & quem procreavit, homo peccatorum condonationem ac redemptionem obtineret.

* *For. Patris.*

Gal. 4. 3.

Aureum Epiphanii dictũ: unde constat Hæreticos quibusvis infidelibus esse deteriores. IX. Proh! quam absurda ista commenta sunt: quam detestanda blasphemia! Undenam novum hoc in orbem terrarum est infidelitatis genus, vel perversæ fidei potius introductum? Nam perversa fides infedelitate ipsa deterior est. Siquidem infidelitas, fidei accessione corrigitur: Pravæ fidei desperata emendatio est; quæ ad salutem difficile admodum emergit, nisi cælestis gratia divinitus accesserit. Quare beatus Petrus Apostolus Ananiam sic alloquitur, *Cur tentavit vos Satanas mentiri Spiritui sancto?* Tum addit: *Non mentitus es hominibus; sed Deo.* Igitur DEUS est a Patre Filioque procedens Spiritus, cui mentiti sunt ii qui de pretio subtraxerant. Cui quidem Paulus adstipulatur his verbis: *Vos autem templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis.* Deus igitur est Spiritus, ut ante dixi: ideo *templum Dei* vocantur homines sancti, qui sancto Dei Spiritui domicilium in seipsis præbent: uti princeps Apostolorum testatur: qui felix a Domino prædicari meruit, *eo quod Pater ipsi revelasset.* Huic igitur germanum suum Filium Pater indicat; & beatus idcirco dicitur. At ille ipse rursum Spiritum sanctum patefecit. Sic enim ei, qui inter Apostolos primus esset, consentaneum erat, solidæ inquam illi Petræ; *supra quam est Ecclesia Dei fundata, & portæ inferi non prævalebunt illi.* Quarum *Portarum* nomine hæreses & hæreseon condito-

Act. 5. 3.

Spiritus a Patre Filioque procedit.

1. Cor. 3. 16.

Matth. 16. 17.

Petrus Apostolorum princeps: supra quã fundata est Ecclesia.

τελεία ἡ σφραγὶς ἐν ὀνόματι Θεοῦ ἐσφραγισμένη ἐν ἡμῖν· καὶ βαπτίζει Χριστὸς εἰς ὄνομα ἑαυτοῦ, εἰς ὄνομα Θεοῦ, καὶ τελεία ἡ σφραγὶς ἐν ὀνόματι Θεοῦ ἐσφραγισμένη ἐν ἡμῖν· τίς τολμήσει καταπολεμῆσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, τὸ Πνεῦμα ἀλλότριον τῆς θεότητος λέγων; εἰ γὰρ εἰς ὄνομα * Θεοῦ, καὶ εἰς ὄνομα Υἱοῦ, καὶ εἰς ὄνομα ἁγίου Πνεύματος, μία σφραγὶς τῆς Τριάδος, μία ἄρα δύναμις τῆς θεότητος ἐν Τριάδι. εἰ δὲ τὸ ἓν ἐστὶ Θεὸς, τὰ δὲ ἄλλα κτιστὰ, καὶ οὐ Θεὸς, τίνι λόγῳ συνδέδεται τὰ δύο εἰς τὸ ἓν, τῇ σφραγῖδι τῆς τελειότητος; ἄρα γοῦν εἰς βασιλικὸν ὄνομα ἐσφραγίσθημεν τὸ ἓν τοῦ Πατρὸς, καὶ τὰ ἄλλα οὐ βασιλικὰ, ἀλλ' ἔτι στοιχείοις καὶ κτίσμασι δεδουλώμεθα, καὶ οὐκ ἠδύνατο μόνον τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς σώζειν, ἀλλὰ ἑαυτῷ κτίσας ἄλλα δύο στοιχεῖα κατὰ τὴν τῶν βλασφημούντων ὑπόνοιαν, ἵνα προσλάβῃ ἡ αὐτοῦ θεότης καὶ ἄλλας δυνάμεις, καὶ δυνηθῇ σῶσαι τὸν παρ' αὐτοῦ σφραγιζόμενον, καὶ λύτρωσιν ἁμαρτημάτων λάβῃ ἀφέσεως ὁ παρ' αὐτοῦ κτισθεὶς ἄνθρωπος.

* for. Πατρός.

Φεῦ τῆς τοιαύτης ληρῳδίας· ὢ τῆς τοιαύτης βλασφημίας. πόθεν ὑπεισῆλθε τὸν βίον ἄλλη πάλιν καινὴ ἀπιστία; μᾶλλον δὲ εἴποιμι κακοπιστία. χείρων γὰρ ἡ κακοπιστία τῆς ἀπιστίας. ἡ μὲν γὰρ ἀπιστία πίστιν λαμβάνουσα * διορθώσιται· ἡ δὲ κακοπιστία ἀκατόρθωτος, δυσχερῶς σωζομένη, μή τι ἂν ἄρα τὸ χάρισμα ἄνωθεν ἐπιφοιτήσῃ. φησὶ γοῦν ὁ μακάριος Πέτρος τοῖς περὶ Ἀνανίαν· τί ὅτι ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς ψεύσασθαι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ; καί φησιν· οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ Θεῷ. ἄρα Θεὸς [a] ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ᾧ ἐψεύσαντο οἱ ἀπὸ τοῦ τιμήματος νοσφισάμενοι. ὡς καὶ ὁ Παῦλος συνᾴδει τῷ λόγῳ τούτῳ, λέγων· ὑμεῖς δὲ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. ἄρα οὖν Θεὸς τὸ Πνεῦμα, ὡς προεῖπον. διὸ Ναὸς Θεοῦ κληθήσονται καὶ οἱ ἅγιοι ἄνθρωποι * κατοικήσαντος ἑαυτοῖς τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα· καθὼς μαρτυρεῖ ὁ κορυφαιότατος τῶν Ἀποστόλων, ὁ καταξιωθεὶς μακαρισθῆναι ὑπὸ Κυρίου, ὅτι ὁ Πατὴρ αὐτῷ ἀπεκάλυψε. τοίνυν ὁ Πατὴρ ἀποκαλύπτει τὸν Υἱὸν τὸν ἀληθινὸν αὐτῷ, καὶ μακαρίζεται· καὶ ὁ αὐτὸς πάλιν ἀποκαλύπτει τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα· ἔδει τὸν πρῶτον τῶν Ἀποστόλων τὴν Πέτραν τὴν στερεὰν, ἐφ' ἣν ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ᾠκοδόμηται, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. πύλαι δὲ ᾅδου αἱ αἱρέσεις, καὶ οἱ αἱρεσιάρχαι.

* γρ. διορθώσεται. for. διορθωθήσεται.

* for. κατοικήσαντος ἐν ἑαυτοῖς.

καὶ

a En aliud de processione Spiritus sancti a Patre & Filio S. Epiphanii documentum.

ditores intelliguntur. Omnibus quippe modis in eo ſtabilita fides eſt, qui cæli claves accepit; *& in terra ſolvit & ligat in cælo*. In eo ſiquidem ſubtiliores quælibet fidei quæſtiones repe-
Petri negatio. Matth 26. 33. riuntur. Hic eſt qui tertio negavit, tertioque ſe cum execratione devovit, *antequam gallus caneret*. Nam ut vehementem ſuum erga Dominum ſignificaret affectum, cum aſſeveratione dixerat: *Etiam ſi omnes abnegent, ego non abnegabo*: quantum, inquam, ad humanam conditionem pertinet. Hic eſt qui audito galli cantu flevit; ut vere comprehenſum Dei Filium, non ſpecie tenus oſtenderet: & ut comprehenſum illum traditumque proſequendo lacrymis, verum hominem eſſe monſtraret.
Io. 13. 23. Idem ille ſodalis ejus fuit, qui in *Domini pectore recubuit*. Hic enim quam a Filio hauſerat ac didicerat, ſcientiæ vim poſtea patefecit. At ille iſtud ipſum a Patre conſecutus eſt, ut fidei firmitatem fundaret ac fulciret. Qui poſtea quam a Domino vocatus eſt, nudus iterum in navi in Tiberiadis lacu piſcatus eſt. Tum vero diſcipulus ille quem diligebat Jeſus, cum ita loquen-
Io. 21. 5. tem Salvatorem audiiſſet: *Pueri nunquid pulmenti habetis?* Ac deinde: *Mittite ad dextrum navigii latus, & invenietis*. Quibus ex verbis ſtupore perculſi ſunt: Joannes vero, quem *diligebat JESUS*, Petro dixit, *Dominus eſt*. Homo ille quidem ſecundum carnem revera e Maria genitus; non ſpecie ac ſimulatione tantum: ſed idem tamen Deus ac ſpiritus, e cælo & a Patre
Io. 21. 17. delapſus. A quo Petrus audiit: *Petre paſce agnos meos*, Cui gregis eſt commiſſa cuſtodia: quem Domini ſui virtute fretus præclare gubernat ac regit: qui carnem Domini confitetur, qui quæ a Patre acceperat de Filio veriſſime profitetur: qui Spiritum ejuſque in Divinitate ſplendorem ac dignitatem indi-
Gal. 2. 9. Matth. 18. 16. cat. qui Paulo ac Barnabæ in ſignum ſocietatis dexteram dedit cum Jacobo & Joanne: *Ut in tribus teſtibus verbum omne conſiſtat*.

X. Nihil enim ſine duobus, tribuſque teſtibus firmum eſſe poteſt. Ad hæc enim per figuram quandam adumbrationemque confirmabatur. Nam qui ſub Lege vivunt Patrem duntaxat agnoſcunt, niſi Filii vim ac virtutem accipiant: atque a duobus illis teſtibus Patre corroborantur & Filio: tum vero tertio teſtimonio Spiritum ſanctum obtineant, ac Cherubinorum & Seraphinorum manifeſte illis vocibus oppleantur, qui tertio
Iſa. 6. 3. clamabant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*. Nam neque duabus ſolum

κατὰ πάντα γὰρ τρόπον ἐν αὐτῷ ἐστερεώθη ἡ πίστις, ἐν τῷ λαβόντι τὴν κλεῖν τῶν οὐρανῶν, ἐν τῷ λύοντι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ δέοντι ἐν τῷ οὐρανῷ. ἐν τούτῳ γάρ ἐστι πάντα τὰ ζητούμενα λεπτολογήματα τῆς πίστεως εὑρισκόμενα. οὗτός ἐστιν ὁ τρίτον ἀρνησάμενος, καὶ τρίτον ἀναθεματίσας πρὶν ἢ τὸν ἀλέκτορα φωνῆσαι. τὴν ὑπερβολὴν γὰρ τῆς αὐτοῦ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην ἀγαπήσεως σημαίνων, διϊσχυριζόμενος ἔλεγεν· εἰ καὶ πάντες ἀρνήσονταί σε, ἐγὼ οὐκ ἀρνήσομαι· ὅσον τῷ ἐπ' ἀνθρώπῳ λέγω. οὗτός ἐστιν ὁ κλαύσας ἐπὶ τῇ φωνῇ τοῦ ἀλεκτρυόνος· ἵνα ἀληθῶς ὁμολογήσῃ τὴν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ σύλληψιν οὐ δοκήσει οὖσαν, ἀλλ' ἀληθινήν· ἵνα εἴπῃ αὐτὸν ἀληθινὸν ἄνθρωπον ἐν τῷ κλαίειν ἐπὶ τῇ αὐτοῦ συλλήψει παραδοθέντος· ὁ συγκοινωνὸς τοῦ ἐπὶ τοῦ στήθους ἀνακλιθέντος. ὁ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ Υἱοῦ μανθάνων, καὶ ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ λαμβάνων τῆς γνώσεως τὴν δύναμιν, ἀπεκαλύπτετο· ὁ δὲ παρὰ τοῦ Πατρὸς ὠφελεῖτο, τὴν ἀσφάλειαν τῆς πίστεως θεμελιῶν· ὅς ἐν τῇ νηὶ ἐπὶ τῆς Τιβεριάδος γυμνὸς πάλιν μετὰ τὸ κληθῆναι ἥλιευε· ὁ δὲ μαθητὴς ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ἐπὶ τῷ ῥήματι ὃ εἶπεν ὁ Σωτήρ· παιδία, μή τι προσφάγιον ἔχετε; καί φησι, βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ πλοίου, καὶ εὑρήσετε· ἐπὶ δὲ τῷ γενομένῳ ῥήματι ἐκπλαγέντες, τῷ Πέτρῳ φησὶν ὁ Ἰωάννης ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, ὁ Κύριός ἐστιν. ἄνθρωπος μὲν κατὰ σάρκα ἀπὸ Μαρίας γεννηθεὶς ἐν ἀληθείᾳ οὐ μὴν δοκήσει, Θεὸς δὲ πνεῦμα ὢν ἀπὸ τῶν ἐπουρανίων ἐκ Πατρὸς ἐλθών· ὁ ἀκούων παρὰ τοῦ αὐτοῦ· Πέτρε, ποίμαινε τὰ ἀρνία μου. ὁ πεπιστευμένος τὴν ποίμνην· ὁ καλῶς ὁδηγῶν ἐν τῇ δυνάμει τοῦ ἰδίου δεσπότου· ὁ ὁμολογῶν περὶ σαρκός· ὁ ἀληθινῶς τὰ Πατρὸς ἀπαγγέλλων περὶ Υἱοῦ, ὁ τὸ Πνεῦμα σημαίνων, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν ἐν θεότητι· ὁ δεξιὰν διαδοὺς τῷ Παύλῳ καὶ Βαρνάβᾳ κοινωνίας σὺν Ἰακώβῳ καὶ Ἰωάννῃ, ἵνα διὰ τριῶν μαρτύρων σταθῇ πᾶν ῥῆμα.

ΟΥδὲν γὰρ ἄνευ τῶν δύο καὶ τριῶν μαρτύρων δύναται εἶναι. εἰς αὐτὰ γὰρ ἐβεβαιοῦτο δι' αἰνίγματος τῶν ἐν τῷ νόμῳ, μόνον Πατέρα ἐπιγνόντων, εἰ μή τι λάβωσι δύναμιν Υἱοῦ, καὶ διὰ τῶν μαρτύρων Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐνδυναμωθῶσι, διὰ δὲ τῆς τρίτης μαρτυρίας λάβωσι Πνεῦμα ἅγιον, καὶ πληρωθῶσι φανερῶς τῶν φωνῶν τῶν Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, κραζόντων τὸ τρίτον τὸ Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος· οὐ γὰρ [a] διὰ δύο φωνῶν ἡ δοξολογία ἐν οὐρανῷ

[a] Voculam διὰ, quæ fortasse exciderat, eo in loco ex editis libris supplevimus.

ſolum vocibus divinæ in cælo gloriæ prædicatio conſtat: neque quarto ſancta illa nec aſpectabilia, ſed ſpiritalia vociferantur [1] animalia: neque aut quarto, aut ſemel duntaxat exclamant; ſed tres, ac ſingulares voces edunt: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*. Non dicunt, *Sancti, Sancti*, ut ei quod ſingulare eſt, multiplicem appellationem tribuant: neque trium numerum diſſimulent: ſed ita ter *Sanctum* prædicant, & uno ſingularique modo ſermonem pronunciant, ne multiplices Deos nominare videantur. Etenim unus eſt Deus Pater in Filio, Filius in Patre cum Spiritu ſancto. Propterea ſanctus unus eſt in ſanctis conquieſcens Pater verus & ſubſiſtens, Filius verus & ſubſiſtens, Spiritus ſanctus verus & ſubſiſtens; tres numero, ſed una Divinitas, una ſubſtantia, una gloria, unus Deus. Deum cum nominas, una & Trinitatem animo comprehendis. Spiritum ſanctum conſequutus es? una & Patris & Dei Filii virtutem obtinuiſti. Patrem prædicaſti? cum eo pariter & Filium & Spiritum ſanctum ſine ulla confuſione ſignificaſti. Pater quippe, Pater eſt: Filius; eſt Filius: Spiritus ſanctus, Spiritus ſanctus eſt: neque Trinitas ipſa ab unitate & identitate divellitur. Pater, quatenus Pater eſt, honoratur: honoratur & Filius, quatenus Filius: honoratur denique Spiritus ſanctus, quatenus verus eſt Deique Spiritus. Atque hoc eſt, quod Unigenitus aſſerit: *Qui honorat Patrem, honorat & Filium*. Nam hoc ipſo quod Patrem nominas, Filium ſignificas, & Filium honoras. At qui Filium honorat, honorat & Patrem. cum enim Filium nominas, hoc ipſo Patrem honoras; dum Chriſtum Patre nihilo inferiorem affirmas.

Jo. 5. 23.

XI. Etenim ſi apud nos mortales communis quidam iſte ſenſus eſt, ut filios parentibus nihilo inferiores, aut ab eorum dignitate minime removendos putemus: quoniam quæ filiis imponitur ignominia, in parentes redundat: quanto magis Deus & Pater, Filii dignitatem nullo modo inferiore loco eſſe patietur? Quiſquis igitur verum ac germanum Dei Filium infra Paternam gloriam amandandum putat, infamia illum non honore afficit & in ſumma ignoratione verſatur. Quamobrem uti Chriſtus Patrem ſuum indicans teſtatur: *Nemo novit Patrem niſi Filius; & nemo novit Filium niſi Pater*. Ego vero nec iſtud pronunciare dubitem: Nemo Spiritum novit niſi Pater, & Filius, a quo procedit, *& a quo accipit*. Quanam vero fronte alienum a Deo Spiritum audent aſſerere, qui furore ac veſania potius quam

Filius & Spiritus S. æquali cũ Patre honore digni.

Matth. 11. 27.

πλεῖται, οὐδὲ τέταρτον ἐπιφωνοῦσι τὰ αὐτὰ ἅγια καὶ ἀόρατα[1] πνευματικὰ ζῶα, οὐδὲ τετάρτην φωνὴν ἀποδιδῶσιν τὰ αὐτά, οὐδεμίαν μόνην· ἀλλὰ τρεῖς φωνὰς ἑνικάς, τὸ Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος· καὶ οὐ λέγουσιν, Ἅγιοι, ἅγιοι, ἵνα τὸ ἐθνικὸν πολυώνυμον ἀποφήνωσι. μηδὲ τῶν τριῶν τὸν ἀριθμὸν ἀποκρύψωσιν· ἀλλὰ τρεῖς μὲν διδόασι τὴν ἁγιαστείαν, μονοειδῶς δὲ καὶ ἑνικῶς ἀποφθέγγονται τὸν λόγον, ἵνα μὴ πολυθείαν ὀνομάσωσιν. εἷς γάρ ἐστι Θεὸς Πατὴρ ἐν Υἱῷ, Υἱὸς ἐν Πατρὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι. καὶ διὰ τοῦτο ἅγιος ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, Πατὴρ ἀληθινὸς ἐνυπόστατος, καὶ Υἱὸς ἀληθινὸς ἐνυπόστατος, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἀληθινὸν ἐνυπόστατον, τρία ὄντα, μία θεότης, μία οὐσία, μία δοξολογία, εἷς Θεός. ὠνόμασας Θεόν, συμπεριείληφας τῇ διανοίᾳ τὴν Τριάδα. ἔχεις Πνεῦμα ἅγιον, κατηξίωσαι τῆς δυνάμεως τῆς Πατρῴας καὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· ἐδόξασας τὸν Πατέρα, ἐσήμανας τὸν Υἱόν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλὰ μὴ κατὰ συναλοιφήν. ἔστι γὰρ ὁ Πατήρ, Πατήρ· ἔστιν ὁ Υἱός, Υἱός· ἔστι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἅγιον Πνεῦμα. ἀλλ᾽ οὐκ ἠλλοτριωμένη ἡ Τριὰς τῆς ἑνότητος καὶ τῆς ταυτότητος. τιμᾶται δὲ ὁ Πατήρ, καθὸ Πατήρ ἐστι· τιμᾶται ὁ Υἱός, καθὸ Υἱός ἐστι· τιμᾶται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὸ Πνεῦμα ἀληθές, καὶ πνεῦμα Θεοῦ. οὕτω λέγει ὁ μονογενής. ὁ τιμῶν τὸν Πατέρα, τιμᾷ τὸν Υἱόν. αὐτὸ γὰρ λέγειν τὸν Πατέρα, Υἱὸν σημαίνεις, καὶ Υἱὸν τιμᾷς. καὶ ὁ Υἱὸν τιμῶν, τιμᾷ τὸν Πατέρα. αὐτὸ γὰρ ὀνομάζειν σε τὸν Υἱόν, τιμᾷς τὸν Πατέρα, οὐκ ἐλάττονα τὸν Χριστὸν φάσκων τοῦ Πατρός.

ΕΙ γὰρ ἐν ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις ἔπεστι τὸ τοιοῦτον φρόνημα, καὶ οὐχ ἥσσονας τοὺς υἱοὺς βουλόμεθα, οὐδὲ ἠλαττωμένους παρὰ τὴν τῶν πατέρων τιμήν· ἡ γὰρ εἰς τοὺς υἱοὺς ἀτιμία εἰς τοὺς πατέρας ἀναλογεῖται. πόσῳ μᾶλλον ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ, οὐκ ἂν βουληθείη ποτὲ ἐλαττωθῆναι τὸν αὐτοῦ Υἱόν; ὁ τοίνυν τὸν ἀληθῶς ὄντα τοῦ Πατρὸς Υἱὸν ἀποδέοντα τῆς τοῦ Πατρὸς δόξης ὑπολαμβάνων, μᾶλλον ἀτιμάζει, ἀντὶ τιμῆς ἀγνοίᾳ φερόμενος. ὡς οὖν ἀποκαλύπτει τὸν Πατέρα φάσκων· οὐδεὶς οἶδε τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱός, καὶ οὐδεὶς οἶδε τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατήρ· τολμῶ λέγειν, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὶς οἶδεν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ, καὶ ὁ Υἱός, παρ᾽ οὗ ἐκπορεύεται, καὶ παρ᾽ οὗ λαμβάνει. πῶς δὲ ἀλλότριον Θεοῦ τὸ Πνεῦμα λέγειν τολμῶσιν, οἱ μανίᾳ μᾶλλον κατεχόμενοι, οὐκ ἀληθείᾳ; καὶ οὐ μανθάνουσι

τὸν

[1] πνευματικὰ ζῶα spiritalia dicere animalia necessitas est, nulla; viventia spiritalia dicere recte possumus.

quam veritate ducuntur, neque fide digni ac sanctissimi Apostoli Pauli verissimam illam sententiam intelligunt? Pauli, in-
Matth. 16. 19. quam, cui Apostolorum princeps Petrus: *cui regni claves com-*
Gal. 2. 9. *missæ sunt*, dexteram dedisse legitur: qui hanc de cælo vocem
Act. 9. 4. exaudiit: *Saule, Saule, quid me persequeris?* qui audire me-
2. Cor. 12. 4. ruit *arcana verba, quæ non licet homini loqui*: qui ita denique
1. Cor. 2. 11. scripsit: *Nemo novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso habitat*. Quo exemplo adumbrare superiora illa ac cælestia voluit, ne humanum exemplum ad Deum transferret: sed exemplo illo cælestia ac suprema ex parte aliqua declararet. Nam creatæ res omnes si in unum locum conferantur; Angeli, inquam, & Archangeli, Cherubim, & Seraphim, cum cælesti omni exercitu, iisque quæ terra ac cælo continentur, terrenis videlicet ac cælestibus, & quæ sub terra sunt, necnon & sideribus ac stellis, siccis item & humidis, atque omnibus denique quæ in cælo terraque sunt, Dominum suum exprimere, aut exemplari suo assimilari nequeunt. Etenim homini ut ima-
Gen. 1. 27. go sit, ex quadam gratia largitur; uti scriptum est: *Fecit Deus hominem; ad imaginem Dei fecit illum*. Nam Dei beneficio homo quilibet imaginem habet Dei. Nemo vero cum Domino suo adæquari potest. nam aliud oculis videri non potest; aliud aspectabile est: unum immortale est; morti aliud obnoxium: alterum sapientiæ fons est, omniaque in seipso perfecta complectitur; homo beneficium ex parte consecutus longe perfectissimis inferior est: nisi forte pro cujusque dignitate per cælestia dona perfectionem Deus velit unicuique tribuere.

1. Cor. 2. 11. XII. Verum exemplo utens idem Apostolus: *Nemo*, inquit, *novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso habitat. Ita nec quæ Dei sunt quisquam novit*. Non dixit; *Nisi Spiritus Dei qui habitat in ipso*: sed *Spiritus Dei*, duntaxat; ne quis compositum & variis ex partibus conflatum esse Deum putaret. Sed; *Nisi*, inquit, *Spiritus Dei. Nam Dei Spiritus omnia perscrutatur; etiam profunda Dei*. Non igitur alienus est a Deo Spiritus, qui *profunda scrutatur*. Etenim cum nos scriptura re-
Eccles. 3. 22. prehendat his verbis: *Quæ præcepta tibi sunt, hæc cogita; neque arcanis & occultis tibi opus est: & altiora te ne quæsieris, ac profundiora te ne inquiras*: utrumnam Spiritum sanctum dicemus curiositate potius, quam quod hoc illi natura conveniat, Dei profunda scrutari? Etenim ubinam tandem Dei profunda ille scru-

τὴν ἀληθινὴν φωνὴν τοῦ ἀξιοπίστου καὶ ἁγίου Παύλου τοῦ Ἀποστόλου, ᾧ δεξιὰν ἔδωκεν ὁ κορυφαιότατος τῶν Ἀποστόλων Πέτρος, ὁ καταξιωμένος ἔχειν τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας, τοῦ ἀκούσαντος ἀπ' οὐρανῶν· Σαοὺλ, Σαοὺλ, τί με διώκεις; τοῦ καταξιωμένου ἀκοῦσαι ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι· τοῦ λέγοντος· οὐδεὶς οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ κατοικοῦν ἐν αὐτῷ. ἀπὸ τοῦ παραδείγματος τὰ ἄνω βουλόμενος φράζειν, ἵνα μὴ τὸ τοῦ ἀνθρώπου παράδειγμα εἰς τὸν Θεὸν ἀπεικάσῃ, ἀλλὰ τῷ παραδείγματι μέρος τῶν ἄνω ἀποκαλύψῃ. ὅλη γὰρ ἡ κτίσις συναχθεῖσα Ἀγγέλων καὶ Ἀρχαγγέλων, Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, σὺν στρατιᾷ ἐπουρανίῳ, οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, ἐπιγείων καὶ οὐρανίων, καὶ καταχθονίων, φωστήρων τε καὶ ἀστέρων, ξηρῶν τε καὶ ὑγρῶν, καὶ πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς, οὐ δύναται ἐνδείξασθαι, οὔτε ὑποδείγματι ἀφομοιωθῆναι τῷ ἑαυτῶν δεσπότῃ. κατὰ χάριν γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ τὴν εἰκόνα χαρίζεται, λέγων· ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. χαρίσματι γὰρ ἔχει τὴν εἰκόνα πᾶς ἄνθρωπος. οὐδεὶς δὲ τῷ ἑαυτοῦ δεσπότῃ ἀπεικασθήσεται. τὸ μὲν γὰρ ἀόρατον, τὸ δὲ ὁρατόν. τὸ μὲν ἀθάνατον, τὸ δὲ θανάτου δεκτικόν. καὶ τὸ μὲν πάσης σοφίας πηγὴ, καὶ πάντα ἔχον ἐν ἑαυτῷ τετελειωμένα· ὁ δὲ ἄνθρωπος χάρισμα ἔχων ἀπὸ μέρους, λειπόμενός ἐστι τῶν τελειοτάτων, εἰ μὴ θέλει ὁ Θεὸς παρασχεῖν κατ' ἀξίαν τοῖς κομιζομένοις τὴν διὰ χαρίσματος τελειότητα.

Ὅμως ὑποδείγματι κεχρημένος ὁ αὐτὸς ἅγιος Ἀπόστολος· οὐδεὶς, φησὶ, οἶδεν ἄνθρωπος τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ κατοικοῦν ἐν αὐτῷ· οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς ἔγνω. καὶ οὐκ εἶπεν· εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ κατοικοῦν ἐν αὐτῷ, ἀλλά· τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, μόνον· ἵνα μή τις σύνθετον καὶ συγκείμενον νοήσῃ τὸ θεῖον, εἰ μὴ, φησὶ, τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ· τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ πάντα ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. οὐκ ἀλλότριον τοίνυν τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἐρευνῶν βάθη. εἰ γὰρ ἡμᾶς μέμφεται τὸ θεῖον γράμμα λέγων· ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοοῦ, καὶ οὐ χρεία ἐστί σοι τῶν κρυπτῶν, καὶ ὑψηλότερά σου μὴ ζήτει, καὶ βαθύτερά σου μὴ ἐξέταζε· ἆρα εἴπωμεν καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅτι μᾶλλον περιεργίᾳ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον γνησιότητι ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ; πῶς γὰρ ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ; διὰ ποίαν αἰτίαν;

λέγει

scrutatus? aut quam ob causam? dic, homo stolidissime. An ut curiosus inquirit? an sic tanquam alienorum explorator? an ut sua fastidiens? Absit. Verum quoniam sancti Spiritum sanctum in seipsis excipere merentur, tum cum in sanctis habitare cœperit, hoc ipsis tribuit, ut profunda Dei perscrutari possint; ut ex penitiori videlicet pectore celebrent: quemadmodum David ipse testatur: *De profundis clamavi ad te Domine:* atque ut id infinita quadam amplitudine faciant, non exiliter ac jejune, quemadmodum qui Arianæ factioni ac cæteris hæresibus adhærescunt: Cujusmodi sunt tam undecim illæ sectæ, quæ post legem per Moysen traditam ante Christi Domini Incarnationem variis sunt ex divortiis exortæ: quam sexaginta aliæ post Incarnationem editæ; præter illas quæ Legem antecesserunt, quæ sunt numero quinque: His accedunt Græcorum quatuor. Ut in universum novem sint Legem antegressæ; ac simul collectæ omnes cum matribus suis octoginta conficiant: quarum hæ matres sunt numero quinque hunc in modum: Barbarismus, Scythismus, Hellenismus, Judaismus, Samaritismus. Ex his Hellenismus quatuor sectas peperit, Pythagoreorum, Platonicorum, Stoicorum, Epicureorum. Ex Lege vero ante Christi Incarnationem undecim: Ex Judaismo septem: Scribarum, Pharisæorum, Sadducæorum, Essæorum, Nazaræorum, Heremobaptistarum, Herodianorum: Ex Samaritismo quatuor, Gorthenorum, Sebuæorum, Essenorum, Dositheorum. Omnes simul undecim a Lege ex Judæis & Samaritis exortæ.

Explicatur locus illePauli. *Ps. 129.* *Hæreses enumerantur.*

XIII. Universæ igitur ante adventum Christi, & ad ipsum usque sumpto ab Adamo initio viginti sunt. Post adventum vero Christi usque ad Valentinianum, Valentem, & Gratianum, omnes hæreses, quæ falso Christi nomen usurparunt, sexaginta sunt, quæ hoc modo numerantur. Simoniani, Menandriani, Saturniliali, Basilidiani, Nicolaitæ, Gnostici qui & Stratiotici & Phibionitæ, & a nonnullis Secundianitæ, alias Socratitæ, alias Zachæi, item Coddiani appellantur ac Borboritæ; Carpocratitæ, Cerinthiani qui & Merinthiani, Nazoræi, Ebionæi, Valentini, Secundiani; quibus adjungitur Epiphanes & Isidorus: Ptolemæonitæ, Marcosii, Colorbasii, Heracleonitæ, Ophitæ, Cajani, Sethiani, Archontici, Cerdoniani, Marcionistæ, Lucianistæ, Appelleiani, Severiani, Tatiani, Encratitæ, Cataphryges qui & Montanistæ & Tascodrun-

λέγει ὦ ἄνθρωπε· ὡς περιεργαζόμενον; ὡς ἀλλοτριεπίσκοπον; ὡς μὴ ἰδίων ἐπιθυμοῦν; μὴ γένοιτο. ἀλλ' ἐπειδὴ καταξιοῦνται οἱ ἅγιοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ἑαυτοῖς κατοικίζειν, ἐπὰν ἐν τοῖς ἁγίοις γίνηται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, χαρίζεται αὐτοῖς ἐρευνᾷν τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, εἰς τὸ βαθέως δοξάζειν. ὡς καὶ Δαβὶδ τοῦτο ὁμολογεῖ· ἐκ βαθέων γὰρ, φησὶ, ἐκέκραξά σοι Κύριε. καὶ ἀπειρομεγέθως, καὶ μὴ σμικρῶς τε ἁπλῶς· καθάπερ οἱ τῆς Ἀρείου αἱρέσεως, καὶ ἔξωθεν πᾶσαι. καὶ ἐξότε νόμος διὰ Μωσέως ἐδόθη, αἱ μετ' αὐτὸν χυθεῖσαι αἱρέσεις πρὸ τῆς Χριστοῦ ἐνσάρκου παρουσίας ἕνδεκα, καὶ μετὰ τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν ἄλλαι ἑξήκοντα, χωρὶς τῶν πρὸ τοῦ νόμου, καὶ πασῶν τούτων πέντε, καὶ τῶν ἄλλων τεσσάρων Ἑλληνικῶν αἱρέσεων· αἵ τινές εἰσι πρὸ νόμου ἐννέα· ὁμοῦ δὲ ἅπασαι σὺν ταῖς ἑαυτῶν μητράσι * τῷ ἀριθμῷ [1] ὀγδοήκοντα. ὧν εἰσι μητέρες μὲν πέντε οὕτως· Βαρβαρισμὸς, Σκυθισμὸς, Ἑλληνισμὸς, Ἰουδαϊσμὸς, Σαμαρειτισμός. ἐκ τούτων, ἐξ Ἑλληνισμοῦ μὲν αἱρέσεις τέσσαρες, Πυθαγορείων, Πλατωνικῶν, Στωϊκῶν, Ἐπικουρείων. Ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου πρὸ Χριστοῦ παρουσίας τῆς ἐνσάρκου ἕνδεκα· ἐκ μὲν Ἰουδαίων ἑπτὰ, Γραμματέων, Φαρισαίων, Σαδδουκαίων, Ἐσσαίων, Νασαραίων, Ἡμεροβαπτιστῶν, Ἡρωδιανῶν. ἐκ δὲ Σαμαρειτῶν τέσσαρες, Γορθηνῶν, Σεβουαίων, Ἐσσηνῶν, Δοσιθέων· ὁμοῦ ἕνδεκα ἀπὸ νόμου ἐξ Ἰουδαίων καὶ Σαμαρειτῶν φύσασαι.

* For. τὸν ἀριθμόν.

Πᾶσαι οὖν αἱ πρὸ ἐνσάρκου τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἀπὸ Ἀδὰμ ἀρξάμεναι, καὶ μέχρις αὐτῆς, εἴκοσίν εἰσι· μετὰ δὲ τὴν ἔνσαρκον τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν ἕως βασιλείας Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Οὐάλεντος, καὶ Γρατιανοῦ, πᾶσαι αἱ αἱρέσεις αἱ ψευδῶς ἐπιφημίσασαι τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα ἑαυταῖς, ἑξήκοντά εἰσιν, οὕτως ἀριθμούμεναι. Σιμωνιανοὶ, Μενανδριανοὶ, Σατορνῖλοι, Βασιλειδιανοὶ, Νικολαῖται, Γνωστικοὶ, οἱ καὶ Στρατιωτικοὶ καὶ Φιβιωνῖται, παρὰ δέ τισι Σεκουνδιανῖται, παρ' ἄλλοις δὲ Σωκρατῖται, παρ' ἑτέροις δὲ Ζακχαῖοι, παρὰ δέ τισι Κοδδιανοὶ λεγόμενοι καὶ Βορβορῖται, Καρποκρατῖται, Κηρινθιανοὶ οἱ καὶ Μηρινθιανοὶ, Ναζωραῖοι, Ἐβιωναῖοι, Οὐαλεντῖνοι, Σεκουνδιανοὶ, οἷς συνάπτεται Ἐπιφάνιος καὶ Ἰσίδωρος, Πτολεμαϊονῖται, * Μαρκόσιοι, Κολορβάσιοι, Ἡρακλεωνῖται, Ὀφῖται, Καϊανοὶ, Σηθιανοὶ, Ἀρχοντικοὶ, Κερδωνιανοὶ, Μαρκιωνισταὶ, Λουκιανισταὶ, Ἀπελληϊανοὶ, Σευηριανοὶ, Τατιανοὶ, Ἐγκρατῖται, * Καταφρυγας οἱ καὶ Μοντανισταὶ καὶ Τασκοδρουγῖται, Πεπουζιανοὶ οἱ

* γρ. Μαρκήσιοι. for. Μαρκῶσιοι.

* γρ. Κατάφρυγες.

καὶ

1 De illis omnibus distincte & fusius agit Epiphanius in libris suis tribus, quibus Panarii indidit nomen: agit & in Panarii summa, sive Anacephaleosi; & ideo de iisdem redibit nobis aliquid opportune e re nostra adnotandi occasio.

drungitæ, Pepuſiani qui & Priſcilliani & Quintilliani: quibus accenſentur Artotyritæ, Teſſareſcædecatitæ, qui Paſcha ſtata ac fixa anni die celebrant. Alogi qui Euangelium & Apocalypſim Joannis reſpuunt, Adamiani, Sampſæi qui & Helceſæi, Theodotiani, Melchiſedeciani, Bardeſianiſtæ, Noetiani, Valeſii, Cathari qui & Novatiani aut etiam Montenſes, nam ita Romæ vocantur: Angelici, Apoſtolici, ſive Renunciatores, Sabelliani, Origeniſtæ qui turpia faciunt, Origeniſtæ ab Origene Adamantio, Pauli Samoſatenſis ſectatores, Manichæi qui & Acuanitæ, Hieracitæ: Meletiani qui in Ægypto ſchiſma conflarunt; Ariani qui & Ariomanitæ; Audiani qui ſchiſma non hæreſin faciunt; Photiniani, Marcelliani, Semiarii, Pneumatomachi, qui in ſanctum Dei Spiritum contumelias jaciunt: Aeriani, Aetiani qui & Anomœi, quibus adjungitur Eunomius imo potius Anomius: Dimoeritæ qui non perfectam Chriſti Incarnationem confitentur, & Apollinariſtæ: tum qui ſanctam Mariam ſemper Virginem, poſtquam Salvatorem genuit, cum Joſepho conſuetudinem habuiſſe dicunt, quos Antidicomarianitas appellamus: qui in Mariæ nomen collyridem offerunt, & vocantur Collyridiani: Maſſaliani, quibus adjunguntur Martyriani e Gentilibus, & Euphemitæ, & Sataniani.

XIV. Denique tot hæreſeon nomina connumerare, ac nefaria illarum ſcelera narrare piget: Ut inter cætera duo illa ſchiſmata, tam Meletianorum in Ægypto: qui ob eos, qui in perſecutione lapſi, & a noſtris in ſuum ordinem ac ſtatum poſt pœnitentiam recepti fuerant, ſeipſos avulſerunt, neque tamen in hæreſi verſantur: Tum Audianorum in Meſopotamia, qui & ipſi ſchiſma faciunt: nec alienam fidem profitentur; ſed de eo, quod ad imaginem Dei factus homo dicitur, pertinaciter contendunt. neque vero propter ullum fidei dogma reluctantes ſeipſos ſegregant: neque aliam ullam ob cauſam, præter affectatam quandam juſtitiæ perfectionem; quod cum Epiſcopis ac Presbyteris, qui aurum argentumque poſſident, communionem habere nolunt; deinde quod Paſcha eodem quo Judæi tempore celebrant: ob idque ſeſe ab Eccleſia ſeparant, & ab orthodoxæ Eccleſiæ conjunctione diviſi ſunt. Quippe qui Spiritum ſanctum non acceperunt, Dei profunda non didicerunt, atque in iſtiuſmodi hæreſes diſſipati ſunt & ſchiſmata, quæ ex cavillandi libidine & occaſione prodierunt. etenim relicta veritate varias

καὶ Πρισκιλλιανοὶ καὶ Κυϊντιλλιανοὶ, οἷς συνάπτονται Αρτοτυρῖται, Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, οἱ τὸ Πάσχα μίαν ἡμέραν τοῦ ἔτους ποιοῦντες· Ἄλογοι οἱ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν Ἰωάννου μὴ δεχόμενοι, Ἀδαμιανοὶ, Σαμψαῖοι, οἱ καὶ Ἐλκεσαῖοι, Θεοδοτιανοὶ, Μελχισεδεκιανοὶ, Βαρδησιανισταὶ, Νοητιανοὶ, Οὐαλήσιοι, Καθαροὶ οἱ καὶ Ναυατιανοὶ οἱ καὶ Μοντήσιοι ὡς ἐν Ῥώμῃ καλοῦνται, Ἀγγελικοὶ, Ἀποστολικοὶ, Ἀποτακτῖται, Σαβελλιανοὶ, Ὠριγενιασταὶ οἱ καὶ αἰσχροποιοὶ, Ὠριγενισταὶ οἱ τοῦ Ἀδαμαντίου, οἱ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, Μανιχαῖοι οἱ καὶ Ἀκοανῖται, Ἱερακῖται, Μελητιανοὶ οἱ κατ' Αἴγυπτον σχίσμα ὄντες, Ἀρειανοὶ οἱ καὶ Ἀρειομανῖται, Αὐδιανοὶ τὸ σχίσμα, ἀλλ' οὐχ αἵρεσις, Φωτινιανοὶ, Μαρκελλιανοὶ, Ἡμιάρειοι, Πνευματομάχοι οἱ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ βλασφημοῦντες, Ἀεριανοὶ, Ἀέτιοι οἱ καὶ Ἀνόμοιοι, οἷς συνάπτεται Εὐνόμιος, μᾶλλον δὲ ὁ ἄνομος· Διμοιρῖται οἱ μὴ τελείαν Χριστοῦ τὴν ἐνανθρώπησιν ὁμολογοῦντες, Ἀπολινάρειοι· οἱ δὲ τὴν ἁγίαν Μαρίαν τὴν ἀειπάρθενον λέγοντες μετὰ τὸ τὸν σωτῆρα γεγεννηκέναι τῷ Ἰωσὴφ συνῆφθαι, οὓς τινας ἐκαλέσαμεν Ἀντιδικομαριανίτας· καὶ οἱ εἰς ὄνομα αὐτῆς κολλυρίδα προσφέροντες, οἳ καλοῦνται Κολλυριανοί· Μεσαλιανοὶ, οἷς συνάπτονται Μαρτυριανοὶ ἀπὸ Ἑλλήνων, καὶ Εὐφημῖται, καὶ Σατανιανοί.

Καὶ ἁπλῶς περιεκάκησα καὶ περικακῶ τοσούτων αἱρέσεων ὀνόματα εἰς ἀριθμὸν φέρειν, καὶ τὰς ἀθεμίτους αὐτῶν πράξεις διηγεῖσθαι. καὶ περὶ τῶν δύο σχισμάτων, τῶν τε κατ' Αἴγυπτον, φημὶ, προειρημένων Μελητιανῶν, τῶν διὰ τὴν ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ γενομένην τινὰ πτῶσιν, παρὰ δὲ τῶν ἡμετέρων διεχθέντων ἐν τοῖς αὐτῶν κλήροις μετὰ μετάνοιαν, ἑαυτοὺς σχισάντων, οὐ μὴν δὲ ἐν αἱρέσει ὄντων· καὶ τῶν κατὰ τὴν Μεσοποταμίαν προειρημένων, ὡσαύτως Αὐδιανῶν, τῶν καὶ σχισματικῶν ὄντων, ἀλλ' οὐκ ἀλλοτρίαν πίστιν ἐχόντων, μόνον ἰδιωτικῶς περὶ τὸ κατ' εἰκόνα φιλονεικούντων, οὐ διὰ πίστιν ἀφρηνιαζόντων, καὶ ἑαυτοὺς ἀφοριζόντων, οὐδὲ διά τι ἕτερον, ἀλλὰ κατὰ ἐθελοακρότητα δικαιοσύνης δῆθεν, διὰ τὸ μὴ συγκοινωνεῖν Ἐπισκόποις καὶ Πρεσβυτέροις, τοῖς χρυσὸν καὶ ἄργυρον κεκτημένοις, καὶ διὰ τὸ ποιεῖν τὸ Πάσχα ἐν ᾧ καιρῷ Ἰουδαῖοι ποιοῦσι, καὶ σχίζοντες ἑαυτοὺς τούτων χάριν, καὶ ἀπαλλοτριοῦντες τῆς ἑνώσεως τῆς ὀρθοδόξου Ἐκκλησίας. οἱ γὰρ μὴ λαβόντες Πνεῦμα ἅγιον, οὐκ ἔπαθον τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς ταύτας περιεκλάσθησαν τὰς αἱρέσεις, καὶ εἰς τὰς τῶν σχισμάτων [1] διὰ προφάσεως ἐρεσχελίας· καταλείψαντες γὰρ τὴν ἀλήθειαν, ἐπὶ πολλὰς τρίβους ἐβάδισαν, ἄλλοτε

[1] διὰ προφάσεως ἐρεσχελίας. Cavillandi libidine & occasione prodiisse ad suam usque aetatem hæreses atque schismata, scripsit hoc in loco Epiphanius. Illud idem jure & merito dicere

varias tenuere semitas, aliter alio tempore cogitantes. At ve-
1 Cor. 2. 12. ro sanctus Apostolus cur istud dixerit nobis ita declarat: *Nos
autem Spiritum Dei accepimus, ut cognoscamus quæ a Deo donata
sunt nobis, quæ & loquimur non disciplina comparatis ullis sapientiæ
verbis; sed docente Spiritu sancto tradita, spiritualibus spiritua-
lia conferentes &c.* Igitur Dei Spiritus a Deo non est alienus: alio-
qui *Dei profunda* quomodo *scrutaretur*? Tu vero inanis gloriolæ
cupide, qui tecum ipse pugnas, quid tandem nobis afferes?
quid ei qui bello vexari non potest, sponte bellum denuntias?
Act. 9. 5. quid inexpugnabilem oppugnas? *Durum tibi est calcitrare contra
stimulum*: Tibimet ipsi, non verbo offensionem paris. Te
ipsum, inquam, non Spiritum circunvenis: teque ipsum a
Dei gratia, non Filium a Patre, aut Spiritum sanctum a Patre
Filioque sejungis.

Objectio quorundam refellitur. XV. Forte illud pro ingenii tui calliditate & acumine nobis
obiicies: hoc enim de stolidis nonnullis audire memini; qui
Dei & Salvatoris nostri veritatem in contumeliam vertentes,
istud in medium afferrent: Dei quidem profunda scrutari Spiri-
tum, sed minime consequi: quod ejusmodi vocabulum ei sen-
tentiæ minime fuerit adjunctum: quin illud unum dicat Apo-
stolus: *Dei profunda scrutatur*, neque scriptum sit, *Assequitur*.
O inauditam stultitiam! Num enim, hominum insanissime,
post *scrutandi* verbum, *assequendi* vox necessario subjungenda
fuit? Nam si stolidæ tuæ opinioni tribuenda fides est, res erit
mutila, nisi vocabulum illud addatur. Nunc autem nulla tibi
est relicta tergiversatio. Nam scriptura pio ac religioso homini
veritatem ex omni parte confirmat. Etenim de omnipotente
Prov. 20. 27. Deo, ita scriptum est: *Deus probans renes, & ventris secreta
perscrutans*. Quod si renes probat; nonne hoc ipsum quod pro-
bat, cognoscit? an vero omnem in probando cognitionem po-
sitam esse declaravit? Nam cum dicit, *Investigans ventris secre-
ta*, non adjunxit, *assequens*. Utrumnam igitur quod huic sen-
tentiæ, *assequendi* vox illigata non fuerit, exitium mihimetipsi
consciscam, & ad sententiam illud ex tua, stolidissime morta-
lium,

dicere possumus & de illis, quæ sunt deinceps ad præsens usque tempus exortæ. Qui ejusmodi scandala movent, plerumque pravis desideriis, inordinatis affectibus, partium studio, exagitati adversus catholicam exacuuntur Ecclesiam. Constat quibus exordiis, ac veluti sementibus debeatur defectio Joannis illius Wicklef, Joannis Hus; quibus Lutherana, quibus Anglicana. Quæritant deinde quas proferre possint secessionis caussas; non enim sine caussa

ἄλλως καὶ ἄλλα διανοούμενοι. φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς ἅγιος Ἀπόστολος, δηλῶν ἡμῖν δι' ἣν αἰτίαν τοῦτο εἶπεν· ἡμεῖς δὲ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐλάβομεν ὅπως γνῶμεν τὰ ἐκ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν, ἃ καὶ λαλοῦμεν οὐκ ἐν διδακτοῖς σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες, καὶ τὰ ἑξῆς. τὸ Πνεῦμα τοίνυν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀλλότριον Θεοῦ. εἰ γὰρ ἀλλότριον Θεοῦ ἐστι, πῶς τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ ἐρευνᾷ; ἀλλὰ τί ἐρεῖς μοι, ὦ κενόδοξε,· ὁ πολεμῶν σεαυτόν, ἵνα μὴ εἴπω τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ; τί γὰρ κενόδοξε, πολεμεῖς τὸν ἀκαταπολέμητον; τί μάχῃ τῷ ἀκαταμαχήτῳ; σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. σεαυτὸν σκανδαλίζεις, καὶ οὐ τὸν λόγον. σαυτὸν ἁλίσκεις, καὶ οὐ τὸ Πνεῦμα. σαυτὸν ἀπαλλοτριοῖς ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ οὐ τὸν Υἱὸν ἀπὸ Πατρὸς, οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ.

Πάντως γὰρ λέγεις κατὰ δεινότητα· ἤκουσα γὰρ ἤδη καί τινας ματαιόφρονας, τὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀλήθειαν μετατιθέντας εἰς βλασφημίας, καὶ λέγοντας· Ἐρευνᾷ μὲν τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οὐ καταλαμβάνει, διὰ τὸ μὴ προσκεῖσθαι τῷ ῥητῷ τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλὰ μόνον εἰπεῖν τὸν Ἀπόστολον· ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ πρόσκειται τὸ, καταλαμβάνει. ὦ πολλῆς ἠλιθιότητος· χρεία γὰρ ἦν, ὦ θεήλατε, μετὰ τὸ εἰπεῖν ἐρευνᾷ, εἰπεῖν τὸ καταλαμβάνει; κατὰ γὰρ τὴν σὴν ἀφυΐαν, χωλὸν ἂν ηὑρίσκετο τὸ πρᾶγμα * προστιθεμένης τῆς λέξεως· νῦν δὲ οὐχ ὑπολείπεταί σοι πρόφασις· πανταχόθεν γὰρ ἡ γραφὴ συνάγει τῷ εὐλαβιστάτῳ ἀνδρὶ τὴν ἀλήθειαν. περὶ γὰρ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ γέγραπται οὕτως· ὅτι ὁ Θεὸς δοκιμάζων νεφροὺς, καὶ ἐρευνῶν ταμιεῖα κοιλίας. εἰ δὲ δοκιμάζει νεφροὺς, ἆρα οὐκ οἶδεν, ὅτι δοκιμάζει; ἢ τὸ πᾶν τῆς γνώσεως ἐν τῷ δοκιμάζειν ἀπεφήνατο; ἐρευνῶν δὲ ταμιεῖα κοιλίας, πάλιν οὐ πρόσκειται τὸ καταλαμβάνων. ἆρα ἐὰν μὴ πρόσκειται τῷ ῥητῷ τὸ καταλαμβάνει, θάνατον ἐμαυτῷ προξενήσω, παραπλέξας τῷ ῥητῷ τὸ, οὐ καταλαμβάνει, κατὰ τὸν σὸν λόγον, ὦ

* For. μὴ προσ.

caussa insanientium more agi se videri volunt. Et quandoquidem veritas nonnisi subdola ratione impeti potest, ad cavillationes se convertunt. Mirum heinc quanta licentia, quamque intoleranda, temere, audacter, impudenter debacchari soleant: dogmata undique submovere pertentant: & quum ea satis firma inveniant, aut impie reiiciunt; aut, ut simplicioribus fucum faciant, & illa reprehendere, destruere videantur, miscent quadrata rotundis, dogmata non distinguunt ab iis, quæ ad disciplinam, ad mores, ad ceremonias, ad ritus spectant: Et quod hæc pro temporum atque locorum diversitate diversa aliquando fuerint, & esse valeant, inconstantis circa fidem religionis animi nos catholicos postulant, nos damnant, dum ipsis animi volubilitate & inconstantia nil familiarius. An hæc, & ejusmodi alia temere exaggerentur, an potius vera sint, Ecclesiæ demonstrat historia. In ea profecto adparet, quibus artibus Pelagius, Nestorius, Eutyches; quibus Monothelitæ, Iconomachi, quibus Photius, Calvinus, hæreses induxerint suas, inductas constabiliverint.

lium, opinione adiiciendum putabo? Eodem itaque modo & de Spiritu sancto dictum est quod *perscrutetur*: neque necesse fuit addere quod *investigaret*. Nam in eadem voce demonstrat inesse in Spiritu sancto, Dei ac profundorum ipsius notitiam. Ac licet *assequi* non dicat, tu idem tamen intelligito, nec animam tuam in perniciem coniicito. Nam quemadmodum de Patre nefas est dicere Perscrutari illum nec assequi, propterea quod hominem ille condidit cum Filio & Spiritu sancto: nam perpetuo Trinitas, Trinitas est, nec ullam unquam accessionem admittit: ita & de Spiritu sancto animo tuo concipere debes. Nam cum dicit hominem ab illo esse fabricatum: *In*
Gen. 1. *principio*, inquit, *creavit Deus cœlum & terram*, vocem Patris indicat, quæ ad procreandum invitat, atque istud omnino vocabulum, *Faciamus*, ad Filium & Spiritum sanctum referri
Psal. 32. 6. pronunciare non dubitem. Sic enim loquitur: *Verbo Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus illorum*. Ergo cum Patre Verbum simul universa producit; producit item & Spiritus sanctus. Quare qui hominem produxit omnipotens Deus, ea scilicet quæ sunt hominis minime cognoscit, cum ventris promptuaria scrutatur? Verum summam illam Dei cognitionem his verbis utens scriptura subjungit: ne quis inter nos peccata committens latere se Deum putet posse. Ipse enim novit hominem, & quæ sunt hominis.

XVI. Quocirca Pater promptuaria ventris inquirit & cognoscit: Spiritus vero profunda Dei & inquirit & cognoscit. quippe sanctis Divina mysteria patefacit, ac Deum ex imo pectore celebrare docet, ejusdemque incomprehensibilem naturam suis ipse declarat. Itaque non est alienus a Deo Spiritus. Non enim de An-
Marc. 13. 32. gelis dixit, Dei illos profunda scrutari, nec de Archangelis: *Etenim nullus diem novit nec horam*, ait Dei Filius, *neque Angeli cœli, neque Filius, nisi Pater*. Sed stulti ac Spiritu sancto destituti, [1] num
Jo. 5. 26. est aliquid in Patre, quod in Filii Divinitate non sit? Ut enim *Pater vitam habet in seipso: sic & Filius vitam habet in seipso.* Item: *Omnia quæ Patris mei sunt, mea sunt*, ait idem sanctissimum Dei Verbum. Quænam vero tandem Patris sunt, prætterquam ista? An Deum esse Patri convenit? etiam & Filio convenit. Vita propria Patris est? est & Filii. Lucem esse, Patri tribuitur? tribuitur & Filio. Immortalem esse propria Patris conditio est? est videlicet & Filii. Similiter incomprehensibile tam Patri quam

ἀνόητε; οὕτως οὖν καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου εἴρηται, ὅτι ἐρευνᾷ, καὶ οὐ χρεία ἦν εἰπεῖν, ὅτι καὶ καταλαμβάνει, ἐπ' αὐτοῦ λόγου δηλοῖ, ὅτι ἐστιν ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν βαθέων τοῦ Θεοῦ. κἂν * σοι μὴ εἴπῃ, καταλαμβάνει· τὸ αὐτό μοι νόησον, καὶ μὴ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπόλλυε. ὡς γὰρ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς οὐ τολμητέον λέγειν τὸ ἐρευνᾷ καὶ οὐ καταλαμβάνει· αὐτὸς γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἔκτισε σὺν Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι· ἀεὶ γὰρ ἡ Τριὰς Τριάς, καὶ οὐδέποτε προσθήκην λαμβάνει. οὕτω δὴ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος νοητέον. ὅταν γὰρ εἴπῃ, ὅτι ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, σημαίνει Πατρὸς φωνήν, συγκαλοῦσαν εἰς δημιουργίαν· καὶ τὸ ποιήσωμεν λέγων, εἴποιμι ἂν περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. οὕτω γὰρ λέγει· τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. συνδημιουργεῖ τοίνυν ὁ Λόγος τῷ Πατρί· συνδημιουργεῖ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. ὁ τοίνυν ποιήσας τὸν ἄνθρωπον παντοκράτωρ Θεός, οὐκ οἶδε τὰ τοῦ ἀνθρώπου, ἐρευνῶν ταμιεῖα κοιλίας; ἀλλὰ τὸ πλεῖστον τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως ὁ λόγος ἐπιφέρει τοῦτο λέγων, ἵνα μή τις τῶν ἐν ἡμῖν ἁμαρτανόντων νομίσῃ ἔτι ἀπὸ Θεοῦ κεκρύφθαι. αὐτὸς γὰρ οἶδε τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὰ τοῦ ἀνθρώπου.

* Fort. κἂν γε.

Tres illi pueri Trinitatem agnoverunt mum mendacium ista jactare. Sancti Spiritus, inquiunt, nomen pronunciare nesciebant, utpote Judæi; ac nihilo magis Filium, quod Judæi essent, cognoverant. Sed infidelium istorum perfidiam satis ipsa scripturæ verba coarguunt: *Erat*, inquit, *quarti facies, tamquam facies Filii Dei*. Ecce tibi Filii Dei nomen; adeoque nec [1] ignoratus ille fuerit. Etiam ante fornacem illam Daniel Spiritu sancto repletus exclamavit: *Mundus ego sum a sanguine illius. Et reversi sunt ad judicium: judicavitque seniores*, impellente Spiritu sancto. Proinde Filium jam tum noverant, necnon & Patrem, ac Spiritum sanctum. Neque [2] ex ignorantia, sed securitatis, cautionisque gratia nominatim illos appellare noluerunt: *Benedicite*, inquiunt, *omnia opera Domini Domino*. & non dicunt: Benedic Fili Dei Domino: vel, Benedic sancte Spiritus Domino: sed, *Benedicite omnia opera Domini Domino*. Ac ne quis forte accasionum, argumentorumque captor objiciat: nec Cherubim quidem aut Seraphim esse nominatos; unde consequens videri, ut ne ipsa quidem opera sint Dei; Divinus ideo sermo tanto ante cautionem adhibere, & ex omni parte munire instituit, cum callidorum istorum ac captiosorum tam sibi ipsis, quam puerorum nomine perniciosam calumniam prævideret. Nam laudationem suam trifariam sancti illi pueri geminarunt, qui creata factaque omnia ad Dei prædicationem in medium attulerunt: Ac primum: *Benedictus es*, inquiunt, *Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile ac gloriosum nomen tuum in sæcula*. Tum quibusdam interjectis: *Benedictus es qui sedes super Cherubim*. Deinde: *Benedictus es qui sedes in throno gloriæ regni tui*: &, *Benedictus es qui intueris abyssos, sedes super Cherubim*: Ut cum *Thronum* dixit, Seraphim intelligeres & Cherubim: ac tam ex Cherubimorum, quam ex abyssorum, & consecrati throni, ac cæterorum omnium nominibus, & ex eorum quæ nominantur, omnium numero cognoscas, inter opera recensenda illa esse, & numerari cum aliis oportere. Nam cum ad Deum prædicandum omnia illa provocassent, statim ista subjiciunt: *Benedicite omnia opera Domini Domino*: nimirum ut Gabriel & Michael Patrem & Filium collaudent ac Spiritum sanctum.

Dan. 3. 25.

Dan. 13. 46.

Cur Filii & Spiritus sancti nulla fit ab illis facta mentio.

XXVI. Porro venerabiles Angeli triumphale in cælo carmen concinunt, una cum Seraphimis & Cherubimis Trinitatem

eadem

πλάσαι, καὶ εἰπεῖν· οὐκ ᾔδεισαν εἰπεῖν ὄνομα ἁγίου Πνεύματος, Ἰουδαῖοι γὰρ ἦσαν· καὶ οὐδὲ Υἱὸν ᾔδεισαν, Ἰουδαῖοι ὄντες. εὐθὺς δὲ οἱ λόγοι ἐλέγχουσι τῶν κακοδόξων τὴν ἀπιστίαν. φησὶ γάρ· καὶ ἦν τὸ πρόσωπον τοῦ τετάρτου, ὡς πρόσωπον Υἱοῦ Θεοῦ. ἰδοὺ ὄνομα Υἱοῦ Θεοῦ· [1] ἄρα οὐκ ἔστιν ἄγνοια περὶ τούτου. καὶ πρὸ τοῦ χρόνου τῆς καμίνου, ὅτι ἐπλήσθη Δανιὴλ Πνεύματος ἁγίου, καὶ εἶπε· καθαρὸς ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματος αὐτῆς, καὶ ἐπέστρεψαν εἰς τὸ κριτήριον· καὶ ἤλεγχε τοὺς πρεσβυτέρους Πνεύματι ἁγίῳ ἐμφορούμενος· ἄρα οὖν ᾔδεισαν τὸν Υἱὸν, καὶ ᾔδεισαν τὸν Πατέρα, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· [2] καὶ οὐκ ἀγνοίας χάριν οὐκ εἶπον τὰ ὀνόματα, ἀλλ' ἀσφαλείας ἕνεκα. εὐλογεῖτε γὰρ πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον. καὶ οὐκ εἶπον· εὐλόγει Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τὸν Κύριον· οὐδ', εὐλόγει ἅγιον Πνεῦμα τὸν Κύριον· ἀλλ', εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον· καὶ μή τις τῶν προφάσεις ἑαυτοῖς θηρωμένων εἴπῃ· ὅτι οὐκ εἶπον Χερουβὶμ ἢ Σεραφὶμ, λοιπὸν οὐδὲ ταῦτα ἐστιν ἔργα τοῦ Θεοῦ. προέλαβε γὰρ ὁ θεῖος λόγος ἀσφαλίσασθαι τῶν τὰς μηχανὰς ἑαυτοῖς ἐπινοούντων, προγινώσκων τὴν εἰς αὐτοὺς καὶ τοὺς παῖδας λύμην. τελείως γὰρ τὸν ὕμνον ἐδιπλασίασαν οἱ ἅγιοι παῖδες, οἱ αὐτοὶ τὰ κτιστὰ καὶ ποιητὰ εἰς ὕμνον Θεοῦ προβαλλόμενοι, καὶ πρῶτον φήσαντες· εὐλογητὸς εἶ Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸν καὶ δεδοξασμένον τὸ ὄνομά σου εἰς τοὺς αἰῶνας· εἶτα μεθ' ἕτερα· εὐλογημένος εἶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ. καὶ πάλιν· εὐλογημένος εἶ ὁ καθήμενος ἐπὶ θρόνου δόξης τῆς βασιλείας σου· καὶ, εὐλογημένος εἶ ὁ βλέπων ἀβύσσους, καθήμενος ἐπὶ Χερουβίμ· ἵνα ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν τὸν θρόνον, νοήσῃς Σεραφὶμ καὶ Χερουβίμ· καὶ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τῶν Χερουβὶμ, καὶ ἀβύσσων, καὶ θρόνου ἡγιασμένου, καὶ λοιπῶν πάντων ὀνομάτων, νοήσῃς ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ πάντων τῶν ὀνομασμένων, ὅτι ἐκ τῶν ἔργων εἰσὶ τοῖς ἄλλοις συνηριθμημένα. καλέσαντες γὰρ εἰς ὕμνον ταῦτα πάντα, εὐθὺς ἐπιφέρουσι λέγοντες· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον. ἵνα Γαβριὴλ καὶ Μιχαὴλ εὐλογήσῃ Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα.

Σεμνοὶ δὲ Ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ τὸν ἐπινίκιον ὕμνον ᾄδουσι, σὺν Σεραφὶμ καὶ Χερουβὶμ τὴν Τριάδα ὁμοδόξως καὶ ὁμοστοίχως καὶ ὁμου-

1 Rursus eo loci emendatur interpretatio Petavii, quæ mala interpunctione utens verum non assequitur græci textus sensum: Ait, *Ecce tibi Filii Dei nomen: adeoque nec ignoratus ille fuerit etiam ante fornacem illam, cum scriptum sit Danielem Spiritu sancto repletum exclamasse: Mundus ego sum &c.*

2 Qui ad confirmandum Filii ac Spiritus sancti divinitatem argumento, quod in præsenti exponit Epiphanius, uti velit, is necesse est, quemadmodum manifeste patet, ut admittat veteris Testamenti Patriarchas & Prophetas, Viros doctrina & pietate in Deum clariores, quos inter certe locum habuere Babylonii Pueri, notitiam habuisse sanctissimæ Trinitatis. Quod ni faciat, argumentum nihili faciendum prorsus erit, nil ad evincendum valeret.

eadem gloria, eodem ordine, eademque ſubſtantia prædicantes, ac vociferantes, *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus*. Ac tres quidem voces proferunt, ſed eas ſingulariter, non multipliciter exprimunt: Neque quarto, *Sanctus* addiderunt, ne ad Trinitatis appellationem aliquid adjungerent: Neque bis tantum, *Sanctus* dicunt, ne perfectæ gloriæ quidpiam deeſſet. Sed eam vocem ter uſurpant, ut Patrem, Filium & Spiritum ſanctum eodem honore conſecrarent. Non dicunt, *Sanctus* & *ſemiſanctus*: verum æqualiter ubique, *Sanctus* proferunt, ut una voce, unoque ſermone, atque una perfectione & Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate celebrent. Ejuſmodi quippe ſcientiam ut nos doceret unicus Dei Filius acceſſit. hanc ipſam nobis ſapientiam ſanctus Spiritus prædicavit. hanc perfectionem patefecit Pater. Hanc ipſam vitam incarnatum Verbum revera largitum eſt. hoc ædificium Spiritus ſanctus nobis extruxit: *Si quis enim ſuper hoc fudamentum conſtruxerit aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam*, ait Apoſtolus. *Fundamentum enim nullum aliud eſt*. Siquidem *fundamentum aliud nemo ponere poteſt præter id quod poſitum eſt, quod eſt Jeſus Chriſtus Filius Dei*: *cujus ædificatio ſumus & agricultura, ædificati ſupra fundamentum Prophetarum & Apoſtolorum*: ut ſtructuram noſtram in veritate firmam, ac fundamentum noſtrum æternum eſſe, nec ullum initium habuiſſe ſciremus. Verum non ineſt omnibus ſcientia, ut teſtatur Apoſtolus; ſed iis dumtaxat, qui veritatis myſteria ſancti Spiritus beneficio percipere meruerunt. Etenim ille ipſe, qui ſe ac Patrem & Spiritum ſanctum patefecit, nonnullos qui ignorantia laborabant, redarguens: *Neſcitis*, inquit, *ſcripturas*, neque vim ipſarum. tum alio loco: *Qui habet aures audiendi, audiat*. Item Samaritanam alloquens: *Si ſcires*, inquit, *quis ſit, qui a te potum flagitat; tu ab illo petiiſſes*. Ac rurſum: *Neſcitis cujus ſitis ſpiritus*. Igitur non omnes ſcientia præditi ſunt. Nam diverſa divinitus dona communicantur. atque, ut ſcriptura teſtatur: *Cui amplius datum eſt, amplius ab eo repetent*: quaſi nonnulli exiguum quiddam accipiant: alii penitus nihil: alii uberius & abundantius obtineant.

[Margin notes: Iſa. 6. 3. — 1. Cor. 3. 12. — Eph. 2. 20. — Matth. 22. 29. — Matth 11. 15. — Jo. 4. 10. — Luc. 9. 55. — Luc. 12. 48.]

XXVII. Quod autem hæc ita ſeſe habeant, ex his quæ in ſacris literis expreſſa ſunt, licet colligere. Nam Scriptura ſacra ſpiritali ſenſu concepta pleraque ad vitam ſalutemque noſtram,

ac

σίως δοξάζοντες καὶ λέγοντες τὸ, Ἅγιος, Ἅγιος, Ἅγιος, τρεῖς φωνὰς ἀποτελοῦντες, ἐν ἑνότητι δὲ λέγοντες, καὶ οὐ πολυωνύμως. οὐ γὰρ λέγουσιν Ἅγιος τέταρτον, ἵνα μὴ προσθῶσι τῇ τῆς Τριάδος ὀνομασίᾳ· οὐ λέγουσι δὶς τὸ Ἅγιος, ἵνα μὴ ἐλλιπὴς εἴη ἡ δόξα τῆς τελειότητος· ἀλλὰ τρεῖς, ἵνα Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἐν τῇ αὐτῇ τιμῇ ἁγιάσωσι. Καὶ οὐ λέγουσιν· Ἅγιος καὶ ἡμιάγιος· ἀλλ' ἴσως λέγουσι τὸ, Ἅγιος μιᾷ φωνῇ, καὶ ἑνὶ λόγῳ, καὶ μιᾷ τελειότητι, Τριάδα δοξάζοντες ὁμοῦ ἐν ἑνότητι, καὶ ἑνότητα ἐν Τριάδι. Ταύτην γὰρ τὴν γνῶσιν ἦλθεν ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ ἡμᾶς διδάξαι· ταύτην τὴν σύνεσιν ἡμῖν ἐκήρυξε τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ταύτην τὴν τελειότητα ἀπεκάλυψεν ἡμῖν ὁ Πατήρ· ἐν ἀληθείᾳ ταύτην τὴν ζωὴν ἐχαρίσατο ἡμῖν σαρκωθεὶς ὁ Λόγος· ταύτην τὴν οἰκοδομὴν ᾠκοδόμησεν ἡμῖν τὸ ἅγιον Πνεῦμα. εἴ τις γὰρ ἐποικοδομεῖ ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον χρυσίον, ἄργυρον, λίθους τιμίους, ξύλα, χόρτον, καλάμην. οὐ γάρ ἐστιν ἄλλος θεμέλιος. Θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὗ ἐσμὲν οἰκοδομὴ, καὶ οὗ ἐσμὲν γεώργιον, οἰκοδομηθέντες ἐπὶ τὸν θεμέλιον Προφητῶν τε καὶ Ἀποστόλων, τῷ εἰδέναι τὴν ἡμῶν οἰκοδομὴν, στερεὰν οὖσαν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ τὸν ἡμῶν θεμέλιον ἀεὶ ὄντα, καὶ μὴ ἀρξάμενον τοῦ εἶναι. ἀλλ' οὐκ ἐν πᾶσιν ἡ γνῶσις κατὰ τὸν Ἀποστολικὸν λόγον, ἀλλ' ἐν τοῖς καταξιωθεῖσι Πνεύματι ἁγίῳ τὰ τῆς ἀληθείας εἰδέναι μυστήρια. * αὐτοῖς γὰρ ὁ ἀποκαλύψας ἑαυτὸν καὶ τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἐπιμεμφόμενός τινας τῶν ἐν ἀγνωσίᾳ ἔλεγεν· οὐκ οἴδατε τὰς γραφὰς, οὐδὲ τὴν δύναμιν αὐτῶν. καὶ πάλιν ἀλλαχόθι· ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω. καὶ πάλιν· εἰ ᾔδεις τίς ἐστιν ὁ ζητῶν παρὰ σοῦ πιεῖν, σὺ ἂν ᾔτησας, τῇ Σαμαρείτιδι ἔλεγε. καὶ πάλιν· οὐκ οἴδατε οἵου πνεύματός ἐστε. ἄρα οὖν ἡ γνῶσις οὐκ ἐν πᾶσι· χαρίσματα γὰρ ἔχει ἐκ Θεοῦ διάφορα. καὶ φησὶν ὁ ἅγιος λόγος· ᾧ δίδοται περισσότερον, περισσότερον ἀπαιτήσουσιν αὐτόν· ὡς τινῶν μὲν λαμβανόντων βραχὺ, τινῶν δὲ οὐδ' ὅλως, ἄλλων δὲ περισσοτέρως εἰληφότων.

* Fort. αὐτοῖς.

Καὶ ἔτι μὲν ταῦτα οὕτως ἔχει, [1] ἐξ αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς εἰρημένων ἔστιν εὑρεῖν. τῆς γὰρ θείας γραφῆς πνευματικῶς λεγομένης τὰ πλεῖστα μάλιστα περὶ τῆς ἡμετέρας ζωῆς, γνώσεώς

1. Voculam ἐξ, quæ de eo loco exciderat, eidem restituimus.

ac Domini cognitionem maxime spectantia complectitur. Quæ enim altiora sunt, quæque animum nostrum munire ac stabilire firmius possunt, hæc illis offensioni esse solent qui Dei scientiam adepti non fuerint; ut Osee propheta testatur:
Osea 14. 10. *Quis sapiens & intelliget hæc? & cui sermo scientiæ Domini datus est, & cognoscet ista? quoniam recta sunt viæ Domini, & impii ad eas offendent.* Quippe rectæ sunt: sed ad vias illas Domini offendunt impii, cum illæ per sese ab ejus offensionis crimine sint immunes. Nam qui ad lapidem illum offensionis impingunt, per inertiam ac supinitatem offendunt. Offenderunt enim ad offensionis lapidem, & scandalum passi sunt, imprimis Judæi, cum unicum Dei Filium carne præditum advenisse cernerent, & miracula patrantem, cælesti co-
Luc.5.21. Jo.9.16. gnitione destituti ita sibi mutuo dicebant: *Quis est homo iste, qui loquitur blasphemias?* Alias vero: *Si esset hic homo a Deo, non solveret sabbatum.* Divinitatem igitur ignorantes, nudum illum hominem esse suspicabantur. At isti Deum esse cum illum non nesciant, perfectam ipsius ignorantes gloriam, cum ea quæ de illo, altissimo sensu dicta sunt, audierint, in illius Divinitate titubantes & errantes, ad nefarias opiniones deflectunt: quos quidem mens intelligentiaque sua transversos in errorem abripuit. Nam ut Judæi posteaquam audierunt, aberrare cœperunt: sic & illi secundum auditionem in errorem prolapsi sunt. Judæi quæ a Prophetis prædicta fuerant videntes, & in Christo ad exitum perducta nescientes, perturbatione commoti sunt: Isti e contrario quæ ad Christi Incarnationem oracula pertinent, audientes; sed jejune atque exiliter accipientes, peræque turbantur: & quæ ad ædificationem nostram scripta sunt, suam ad perniciem exitiumque proferunt. Hoc enim objiciunt: Atqui Christus dixit: *Ego*
Jo.20.17. *vado ad Deum meum & Deum vestrum, Patrem meum & Patrem vestrum.* Videsne ut inter creatas res ille censeatur? Sic enim per summam in Deum contumeliam jactitant.

XXVIII. Jamne igitur animadvertis quemadmodum Salvatoris Incarnatio erroris illis occasionem præbeat? Repetant enim quæ ab initio fuerunt, ac de temporibus vel tempesta-
Zach.5.2. tibus inquirant. *Exitus enim*, inquit, *ipsius a diebus æternitatis.* Videamus igitur ea quæ antea præcesserunt. Pater hunc in modum locutus est. [1] *Faciamus hominem ad imaginem nostram & ad*

τε, φημὶ, τοῦ Κυρίου· ὅσα γάρ ἐστι βαθύτερα, καὶ περισσοτέρως τὴν ἡμετέραν ψυχὴν ἀπασφαλιζόμενα ῥήματα, ταῦτα εἰς πρόσκομμα τοῖς τὴν γνῶσιν Θεοῦ μὴ καταλαβοῦσι συμβέβηκεν· ὥς φησιν Ὠσηὲ ὁ προφήτης· τίς συνετὸς καὶ συνήσει ταῦτα; καὶ ᾧ λόγος γνώσεως Κυρίου δίδοται, καὶ γνώσεται αὐτά; ὅτι εὐθεῖαι αἱ ὁδοὶ Κυρίου, ἀσεβεῖς δὲ προσκόψουσιν ἐν αὐταῖς. εὐθεῖαι μὲν γάρ εἰσιν, ἀλλ' οἱ ἀσεβεῖς προσκόπτουσι ταῖς ὁδοῖς Κυρίου, ἀναιτίων τούτων οὐσῶν ἀνθρώποις προσκόμματος. οἱ γὰρ προσκόπτοντες τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος, ἀδιαφόρως προσκόπτουσι. προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος, καὶ ἐσκανδαλίσθησαν. εὐθὺς μὲν γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι ὁρῶντες τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα, θεοσημείας ἐργαζόμενον, καὶ μὴ καταξιωμένοι τῆς γνώσεως τῆς ἐπουρανίου, ἔλεγον· τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος οὗτος, ὃς λαλεῖ βλασφημίας; καὶ ἄλλοτε· εἰ ἦν ὁ ἄνθρωπος οὗτος ἐκ Θεοῦ, οὐκ ἂν ἔλυε τὸ σάββατον. ἄρα οὖν τὴν θεότητα ἠγνόουν, ἄνθρωπον δὲ ψιλὸν μόνον αὐτὸν ἐνόμιζον. οἱ δὲ καὶ Θεὸν αὐτὸν ἐγνωκότες, ἀγνοήσαντες τὴν τελείαν αὐτοῦ δόξαν, ἀκούσαντες τὰ ἐν βάθει περὶ αὐτοῦ εἰρημένα ῥήματα, καὶ κατὰ τὴν εἰς ἡμᾶς πραγματευθεῖσαν σωτήριον οἰκονομίαν, σφαλλόμενοι εἰς τὴν αὐτοῦ θεότητα, κακοδοξοῦσιν· ἔφηλε γὰρ αὐτοὺς ἡ διάνοια. ὡς γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι ἐσφάλησαν ἀκούσαντες, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἀκούοντες ἐσφάλλοντο. ἐκεῖνοι γὰρ ἑώρων τὰ ἐν Προφήταις προειρημένα, εἰς δὲ τὴν ἔνσαρκον Χριστοῦ παρουσίαν πληρωθέντα ἀγνοοῦντες ἐταράχθησαν. καὶ οὗτοι πάλιν διὰ τὴν αὐτοῦ οἰκονομίαν τὰ προειρημένα ἀκούοντες, ψιλῶς δὲ αὐτὰ νοοῦντες, παρίστανται καὶ προβάλλονται εἰς τὴν ἑαυτῶν καταστροφὴν, τὰ εἰς τὴν ἡμῶν οἰκοδομήν. καὶ φασὶν, ἀλλ' εἶπεν· ἐγὼ ἀπέχομαι πρὸς τὸν Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν, καὶ Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν. ὁρᾷς ὅτι καὶ αὐτὸς ἕν ἐστι τῶν κτισμάτων; βλασφημοῦντες τολμῶσι λέγειν.

Βλέπεις τοίνυν ὅτι σφάλλει αὐτοὺς ἡ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας οἰκονομία; * ἀναλάβωσι γὰρ ἐξ ὑπαρχῆς, καὶ ἐρωτήσωσι χρόνους ἢ καιρούς· αἱ γὰρ διέξοδοι αὐτοῦ, φησὶ, ἀφ' ἡμερῶν αἰῶνος. ἴδωμεν τοίνυν τὰ πρὸ τούτων. φησὶ ὁ Πατήρ· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. καὶ οὐκ εἶπε· [1] ποιήσω ἀνθρω-

Fort. ἀναλάβωσι, & ἐρωτήσωσι.

1 Communia est Patrum sententia sanctam Trinitatem illo libri Geneseos loco *faciamus hominem* &c. adumbrari significatione quadam, atque denotari. Quod heic contendit Epiphanius, repetit deinde in Panario & de Samaritis agens haeresi numero v. & de haeresi LXIII. numero I. Videantur ea de re sacri divinae Scripturae Interpretes: aut si compendio illum expedire aveas, inter ceteros consulere poteris Petavium in lib. II. de Trinitate capite VII. a numero IV. ad XIII. Neminem latet catholicos Theologos in praesentia adversarios experiri non solum Arianos sive veteres, sive recentiores; sed & Judaeos.

& ad similitudinem. Non dixit; Faciam hominem ad imaginem meam. Vel hæc ipsa te verba redarguere debent, quicumque
Jo.12.40. obduratum cor habes uti scriptum est: *Sed obduratum est cor eorum*. Disce illinc Filium apud Patrem semper extitisse. Nam hoc verbum: *Faciamus*, non unum dumtaxat significat: sed Patrem cum Filio colloquentem exprimit. Eadem te vox illa convincat, quisquis Patri dissimilem esse Filium existimas. Hoc enim ipso quod dicit, *Ad imaginem nostram*, Filii similitudinem a Patre non disjunxit; nec ulla re Patris identitatem cum Filio distinxit. Nam non dixit, Ad imaginem meam, vel, Ad imaginem tuam: sed Patris & Filii & Spiritus sancti unam substantiam Divinitatemque mostravit. Dixit enim, *Ad imaginem nostram & similitudinem*; ut eadem intelligatur esse Patris Filii & Spiritus sancti Divinitas, ad cujus imaginem homo sit expressus. Te quoque hic ille locus, Ari, redarguat: ac Patrem, Filium ea voce compellantem audias, *Faciamus*. Qua voce opificii participem appellat Filium. Sæpenumero enim nonnullos ista jactantes audio, Filium omnino fecisse nihil: sed per ipsum nihilominus omnia esse facta. Verum si per ipsum facta sunt, utique & ipse fecit, ut aperte demonstravimus. Etenim primarius ille artifex, Divinum videlicet Verbum, universorum effector est, per quem Pater omnia molitur. Audiant enim ipsum diserte ista dicentem:

Filium omnia fecisse.

Sap.7.21.

Jo.5.17. *Pater meus operatur, & ego operor*. Quibus verbis communiter secum efficere omnia Patrem significat. Verum cave ne te tua mens in errorem abducat, ut ad Filium, tanquam ad servum, non verum ac legitimum Dominum accedas. Nam si
Phil.2.6. servus, non verus esset Dominus: *servi formam* quomodo tandem *induisset is, qui in forma Dei erat*? aut quomodo se cum illo rerum omnium opificem esse diceret, nisi prefecta esset Divinitate præditus? Itaque ad Filium sic tamquam ad perfectum Deum, ac legitimum a Patre procedentem Filium accedito.

XXIX. Nec illud ex depravata animi sententia nobis objicito: Patrem quidem Filio dixisse, *Faciamus*; Filium autem idem vicissim Patri non dixisse. Quemadmodum idem Filius non dicit: Ego operor, & Pater meus operatur: sed Patrem priore loco dicentem operantemque collocat. Nam hoc ineptissime dixeris, & in plura principia Divinitatem partiri velle videberis.

ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἐμήν. ἐλέγχθητι ὁ ἔχων πεπωρωμένην τὴν καρδίαν καὶ τὸ γεγραμμένον· ἀλλ' ἐπωρώθη ἡ καρδία αὐτῶν· καὶ μάθε τὸν Υἱὸν ὄντα ἀεὶ πρὸς τὸν Πατέρα. τὸ γὰρ εἰπεῖν· ποιήσωμεν, οὐχ ἑνός ἐστι σημαντικόν, ἀλλὰ Πατρὸς λέγοντος πρὸς τὸν Υἱόν. ἐλέγχθητι ὁ λέγων τὸν Υἱὸν ἀνόμοιον τῷ Πατρί. ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν αὐτόν· κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, οὐ διέκρινεν ὁμοίωσιν Υἱοῦ ἀπὸ Πατρός, οὐδὲ διεῖλέ τι τῆς ταυτότητος τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱόν. οὐ γὰρ εἶπε κατ' εἰκόνα ἐμήν, ἢ κατ' εἰκόνα σήν, ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μίαν οὐσίαν ἐδήλωσε καὶ θεότητα. φησὶ γάρ· κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ὡς εἶναι μὲν μίαν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν θεότητα· ἄνθρωπον δὲ γεγονέναι κατ' εἰκόνα τῆς μιᾶς θεότητος Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. ἐλέγχθητι καὶ σὺ Ἀρειε, καὶ ἄκουε τὸν Πατέρα λέγοντα τῷ Υἱῷ· ποιήσωμεν, συνδημιουργὸν καλοῦντα τὸν Υἱόν. πολλάκις γὰρ ἀκήκοά τινας λέγοντας, ὅτι ὁ Υἱὸς ἐποίησεν οὐδέν, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ ἐγένετο τὰ γενόμενα. εἰ δι' αὐτοῦ γέγονε, καὶ αὐτὸς ἐποίησεν, ὡς σαφῶς ἀποδέδεικται. ὁ γὰρ ἀρχιτέχνης Λόγος πάντων ἐστὶ ποιητής, καὶ δι' αὐτοῦ Πατὴρ ἐργάζεται. ἀκουέτωσαν γὰρ αὐτοῦ σαφῶς λέγοντος· ὁ Πατήρ μου ἐργάζεται ἕως ἄρτι, κἀγὼ ἐργάζομαι. καὶ ὧδε τὸν Πατέρα ἑαυτοῦ συνδημιουργὸν καλεῖ ἐν τῷ λέγειν τοῦτο. ἀλλὰ πάλιν μή σε ἀπατάτω ἡ διάνοια, καὶ προσέλθῃς τῷ Υἱῷ ὡς δούλῳ, καὶ μὴ ὡς ἀληθινῷ δεσπότῃ. εἰ γὰρ δοῦλος ἦν, καὶ οὐκ ἀληθινὸς δεσπότης, πῶς μορφὴν δούλου ἀνέλαβεν ἐλθὼν ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων; πῶς δὲ ἐκεῖνον συνδημιουργὸν ἐκάλει ἑαυτόν, εἰ μὴ εἶχε τὸ τέλειον; ὡς Θεῷ οὖν τελείῳ πρόσελθε τῷ Υἱῷ, καὶ Υἱῷ γνησίῳ ὄντι παρὰ Πατρός.

Καὶ μὴ διὰ κακόνοιαν εἴπῃς, ἀλλὰ ὁ Πατὴρ εἶπε τῷ Υἱῷ· ποιήσωμεν, ὁ δὲ Υἱὸς οὐκ εἶπε τῷ Πατρί· ποιήσωμεν· καὶ ὁ Υἱὸς οὐ λέγει· ὅτι ἐγὼ ἐργάζομαι, καὶ ὁ Πατήρ μου ἐργάζεται, ἀλλὰ τὸν Πατέρα τάττει πρῶτον λέγοντα καὶ ἐργαζόμενον. τοῦτο γὰρ ἠλιθίως λέγεις, καὶ πολλὰς ἀρχὰς θέλεις νοεῖν τὸ θεῖον· μία δέ ἐστιν ἀρχὴ

καὶ

beris. Unum quippe principium est, & eadem ac singularis Divinitas, nusquam vero secundum Divinitatem Filius dixit, *Deus meus*. Quod non eo dico, quasi Filius suum Patri honorem deneget; sed quod Divinitati consentaneum est propono. Rursus; *Audivit Adam*, inquit, *Deum ambulantem in* Gen. 3. 8. *Paradiso sub vesperam*: nec usquam Filius Deum meum ac Deum vestrum, sed Deum absolute dixit. Item; Deus Noëmo locutus est, nec uspiam vox illa legitur: *Et apparuit*, inquit, Gen. 18. *Deus Abrahamo, sedente ipso ad quercum Mambre: & ecce tres viri; & cucurrit obviam illis, & adoravit pronus in terram, ac dixit: Si inveni gratiam coram te*. Quibus verbis unum inter illos esse Deum, alios vero duos comites ipsius Angelos esse. Nam & eodem pertinet, quod dicitur: Ascendit Deus ab Abrahamo. Qui autem ad illum venerat sic eum alloquitur: *Num celare potero quicquam puerum meum Abrahamum? Clamor*, inquit, *Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est apud me*. (In his omnibus temporibus nusquam istud legitur; *Deus meus & Deus vester*.) *Et ingressi sunt duo viri Sodoma*. Propterea quod qui superiora conscendens ab Abrahamo discesserat, duos illos reliquerat qui Sodoma ad evertendum ingressi fuerant; de quo Scriptura sic loquitur: *Et pluit Dominus super Sodomam & Gomorrham ignem & sulphur a Domino*. Neque his verbis attinebat uti, *Deus meus & Deus vester*. Sed & Deut. 32. Moyses in carmine suo; *Et adorent*, inquit, *ipsum omnes Angeli Dei*. Quod autem Angelos *Dei*, & ignem *a Domino* dicit, neque solum Angelos; hoc eo pertinet, ut unum Patris Filiique regnum esse doceat; cum Angeli minime in imperia dividantur, sed Angeli *Dei* sint, ac Deum adorent & Filium: Angelus quippe Angelum non adorat. Nec ullo sunt ista loco posita; *Deus meus & Deus vester*.

De Angelis qui Sodoma everterunt. Gen. 19.

XXX. Ad hæc David: *Dixit Dominus Domino meo; Sede a* Psal. 109. *dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. *Dominus*, inquit, *Domino meo*: nondum enim hominis erat suscepta natura, ob quam necesse haberet, *Deus meus ac Deus* Esa. 7. 14. *vester* dicere. Item: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium; & vocabis nomen ejus Emmanuel: quod est interpretatum, Nobiscum Deus*. Nec dum usurpari poterat: *Deus meus & Deus vester*. Præterea; *Bethlehem domus Ephrata, ne multesima quidem es ut* Mich. 5. 2. *sis in millibus Judæ: ex te enim mihi exiet in principem apud Israe-*

καὶ ἡ αὐτὴ μία θεότης· οὐδαμοῦ δὲ ἐν τῷ Θεῷ ὁ Υἱὸς λέγει· Θεός μου. οὐκ ἀρνουμένου δὲ τοῦ Υἱοῦ τὴν πρὸς τὸν Πατέρα τιμὴν λέγω, ἀλλὰ πῶς ἔχει ἡ τῆς θεότητος ἀκολουθία. καὶ πάλιν· ἤκουσεν Ἀδάμ, φησί, τοῦ Θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινόν. καὶ οὐδαμοῦ φησι ὁ Υἱός, Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν, ἀλλὰ Θεὸν αὐτοτελῆ ἐνταῦθα λέγει. καὶ πάλιν· καὶ ἐλάλησεν ὁ Θεὸς τῷ Νῶε, καὶ οὐδαμοῦ ἐμφέρεται ἡ τοιαύτη λέξις. καὶ ὤφθη, φησί, ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ, καθεζομένου αὐτοῦ πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, καὶ ἰδοὺ τρεῖς ἄνδρες, καὶ ἔδραμεν εἰς συνάντησιν, καὶ προσεκύνησεν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπεν· εἰ εὗρον χάριν ἐναντίον σου· ἵνα τὸν ἕνα δείξῃ Θεόν, τοὺς δὲ συνεπομένους αὐτῷ ἄλλους δύο Ἀγγέλους αὐτοῦ. περὶ γὰρ τούτου καὶ ἀνέβη ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραάμ. αὐτὸς καὶ ὁ ἐλθὼν πρὸς αὐτὸν λέγει· μὴ κρύψω τι ἀπὸ τοῦ παιδός μου Ἀβραάμ; κραυγή, φησί, Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας πεπλήθυνται πρός με, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ οὐδαμοῦ ἐμφέρεται ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις τὸ Θεός μου καὶ Θεὸς ὑμῶν. καὶ εἰσῆλθον οἱ δύο ἄνδρες εἰς Σόδομα· ὡς τοῦ ἀναβεβηκότος ὑπεράνω τοῦ Ἀβραὰμ ἀπολειφθέντος ἀπὸ τῶν δύο εἰσελθόντων εἰς Σόδομα ἐπὶ τῇ καταστροφῇ. περὶ δὲ τοῦ ἀναβεβηκότος φησὶν ἡ γραφή· καὶ ἔβρεξε Κύριος ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα παρὰ Κυρίου πῦρ καὶ θεῖον. καὶ οὐκ ἦν τῆς λέξεως χρεία τοῦ εἰπεῖν, Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. καὶ Μωσῆς φησιν ἐν τῇ ᾠδῇ· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες Ἄγγελοι Θεοῦ. ἐὰν δὲ εἴπῃ Ἄγγελοι Θεοῦ, πῦρ παρὰ Κυρίου, καὶ μὴ εἴπῃ Ἄγγελοι μόνον, λέγει τοῦτο, ἵνα δείξῃ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἓν βασίλειον, καὶ Ἀγγέλων μὴ μεριζομένων εἰς ἀρχάς, ἀλλὰ Ἀγγέλων Θεοῦ ὄντων, προσκυνούντων δὲ τῷ Υἱῷ καὶ Θεῷ· Ἄγγελος γὰρ Ἀγγέλῳ οὐ προσκυνεῖ. καὶ οὐδαμοῦ ἐνταῦθα, Θεός μου καὶ Θεὸς ὑμῶν.

Δαβὶδ δὲ φησί· εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· Κύριος γάρ, φησί, τῷ Κυρίῳ μου. ἡ γὰρ οἰκονομία τῆς σαρκὸς οὔπω ἦν, ἧς χάριν χρεία ἦν εἰπεῖν αὐτὸν Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὅ ἐστιν ἑρμηνευόμενον, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· καὶ οὔπω ἦν εἰπεῖν, Θεός μου καὶ Θεὸς ὑμῶν. καὶ σὺ Βηθλεὲμ οἶκος τοῦ Ἐυφραθᾶ, οὐκ ὀλιγοστὸς εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γάρ μοι ἐξελεύσεται εἰς ἄρχοντα ἐν τῷ Ἰσραήλ,

Israelem: & exitus ipsius ab initio a diebus sæculorum. Vel ut in aliis exemplaribus legitur: *Et tu Bethlehem nequaquam minima es in ducibus Juda: ex te enim exiet ductor, & pascet populum meum Israel*. Vides horum verborum nondum usum necessarium fuisse, *Deus meus & Deus vester*? Posteaquam vero Jeremiæ vaticinium impletum est, nec non & Isaiæ: quo Verbum e Virgine genitum iri, carnemque suscepturum esse prædicebatur, ut Jeremias loquitur: *Et homo est, & quis cognoscet illum*? tum vero ubi carnis particeps fuit, ac sine virili satu e Maria Dei matre sacrosanctum sibi corpus effinxit, uti scriptum est, *Factus ex muliere*: tum, inquam, naturæ nostræ propter nos particeps, *Deum meum* usurpare cœpit. [1] Ut autem natura germanum se ac sempiternum ostendat, *Patrem meum* dixit: ad illud vero beneficium significandum quo discipulos affecerat, *Patrem vestrum* addidit. Nam quod dixit, *Deum vestrum*, hoc quod discipulis ad suam ac Patris æterni Divinitatem comparatis, natura conveniebat, declarare voluit, Deus enim discipulorum est: Pater vero Domini, natura; discipulorum porro Pater, gratia: idemque Filii propter carnem Deus; Pater vero propter sempiternam & incomprehensam illius originem ac germanitatem: quandoquidem vere ipsius Pater est, qui illum quatenus Deus est, sine ullo tempore initioque genuit. Quem quidem *Deum suum* appellare debuit ob humanam naturam nostra causa susceptam: cum perpetuo apud Patrem existat genitum sine nullo initio Verbum, ac secundum carnem postremis temporibus e Maria Virgine de Spiritu sancto progenitum.

Jer. 17. 9.

Gal. 4. 4.

XXXI. Quæ cum ita sint; altissima illa Dei mysteria concipiant animo, neque gratiam ad ingrati animi vitium convertant: ut administratam ab illo salutem nostram ad inexplicabilis & incomprehensæ Dei naturæ cedere ignominiam arbitrentur. Atenim, inquiunt, de Deo scriptum est: *Non esuriet, neque sitiet: neque est investigatio prudentiæ ipsius*. contra vero de Filio legimus, illum in solitudine post tentationem esurisse. Similiter *Deus*, inquit, *non fatigabitur*. dominus vero Jesus in itinere fatigatus est. Item, *Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel*. at Dominus in navi dormisse narratur. O inanes eorum cogitationes, qui hæc animo suo pertractant! Non enim onera dumtaxat nostra pro nobis adveniens

Objectio hæreticorum. *Isa. 40. 28.* *Matth. 4.* *Joa. 4. 6.* *Ps. 120. 4.* *Refellitur.*

καὶ αἱ διέξοδοι αὐτοῦ ἀπ' ἀρχῆς, ἀφ' ἡμερῶν αἰώνων. καὶ κατὰ τὰ ἄλλα ἀντίγραφα· καὶ σὺ Βηθλεὲμ οὐχὶ ἐλαχίστη ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, καὶ ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Καὶ ὁρᾷς ὅτι οὐδέπω χρεία ἦν εἰπεῖν, Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν; ὅτε δὲ ἡ προφητεία ἐπληροῦτο Ἱερεμίου καὶ Ἡσαΐου ὡσαύτως τὸ, ἐκ παρθένου γεννηθῆναι τὸν Λόγον, καὶ σάρκα χρεῖν, καθάπερ Ἱερεμίας φησί· καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; τότε μεταλαχὼν τῆς σαρκὸς, καὶ εἰς ἑαυτὸν χωρὶς σπέρματος ἀνδρὸς ἀπὸ τῆς θεοτόκου Μαρίας ἀναπλάσας τὴν αὐτὴν ἁγίαν σάρκα, κατὰ τὸ εἰρημένον· γενόμενος ἐκ γυναικὸς, καὶ μεταλαχὼν τοῦ ἡμετέρου διὰ τὸ ἡμέτερον, φησί· Θεόν μου. [1] Διὰ δὲ τὸ ἀΐδιον αὐτοῦ τῆς γνησιότητος κατὰ φύσιν, λέγει, Πατέρα μου· καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ πρὸς τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς χάριν, Πατέρα ὑμῶν. διὰ δὲ τὸ κατὰ φύσιν αὐτῶν τῶν μαθητῶν πρὸς τὴν αὐτοῦ θεότητα καὶ τοῦ ἀϊδίου αὐτοῦ Πατρὸς, Θεὸν ὑμῶν. Θεὸς γὰρ τῶν μαθητῶν. Πατὴρ δὲ τοῦ Κυρίου κατὰ φύσιν, τῶν δὲ μαθητῶν Πατὴρ κατὰ χάριν. Θεὸς δὲ τοῦ Υἱοῦ ἐστὶν ὁ Πατὴρ διὰ τὴν σάρκα· Πατὴρ δὲ διὰ τὸ ἀΐδιον καὶ ἀκατάληπτον τῆς αὐτοῦ γεννήσεως καὶ γνησιότητος· ὅτι ἐν ἀληθείᾳ ἐστὶν αὐτοῦ Πατὴρ, γεννήσας αὐτὸν ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως κατὰ τὴν θεότητα. Θεὸν δὲ ἐδέησεν εἰπεῖν αὐτοῦ, δι' ἣν δι' ἡμᾶς ἐποίησεν οἰκονομίαν, ὢν ἀεὶ πρὸς τῷ Πατρὶ γεννηθεὶς ἀνάρχως Λόγος, ἐν σαρκὶ δὲ ἀπὸ Μαρίας ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν γεννηθεὶς κατὰ σάρκα, ἐκ Μαρίας δὲ τῆς αὐτῆς ἁγίας παρθένου διὰ Πνεύματος ἁγίου.

Νοείτωσαν τοίνυν τὰ βαθέα τῆς τοῦ Θεοῦ πραγματείας, καὶ μὴ τὴν χάριν εἰς ἀχαριστίαν στρέψωσιν, ἀδοξίαν λογιζόμενοι εἰς τὴν ἄφραστην καὶ ἀκατάληπτον τοῦ Θεοῦ φύσιν τὴν εἰς ἡμᾶς σωτηρίαν. ἀλλὰ, φασὶ, περὶ τοῦ Θεοῦ γέγραπται· οὐ πεινάσει, οὐδὲ διψήσει, οὐδὲ ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ, ὅτι ἐπείνασεν ἐν τῇ ἐρήμῳ κατὰ τὸν πειρασμόν. Καὶ φησί· ὁ Θεὸς ἡμῶν οὐ κοπιάσει· ὁ δὲ Κύριος Ἰησοῦς ἐκοπίασεν ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ. Καί· οὐ νυστάζει οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ἰσραήλ· ὕπνωσε δὲ, φησὶ, ὁ Κύριος ἐν τῇ νηΐ. ὢ μάταιαι ὑπόνοιαι τῶν τὰ τοιαῦτα λογιζομένων. οὐ μόνον γὰρ τὰ ἡμῶν βάρη ἀνεδέξατο ὑπὲρ ἡμῶν ἐλθὼν ὁ ἅγιος Λόγος, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀφὴν ἐγένετο, καὶ σάρκα

1. Διὰ δὲ τὸ ἀΐδιον &c. Petavius interpretatur: *Ut autem natura germanum se, ac sempiternum ostendat*, Patrem meum dixit; *velut ad illud beneficium significandum, quo Apostolos affecerat*, Deum vestrum *addidit*. Graeci textus vim, argumenti robur, & Epiphanii mentem apertius exprimit Thomasius.

niens Verbum sibi sacrosanctum imposuit: sed etiam contrectari voluit, carnem induit, inventus est homo, a Scribis
Isa. 50. 6. comprehensus, & *Dorsum suum flagellis objecit*, & *Vultum meum a sputorum ignominia non averti*. Sed & ploravit, ut in
Lucæ locus a Catholicis interpolatus. Euangelii Lucæ exemplaribus non correctis legitur: eoque testimonio sanctus [1] Irenæus libro contra hæreses ad eos refellendos utitur, qui Christum specie tenus apparuisse dicebant. At Catholici timore quodam inducti vocem illam sustulerunt, neque finem illius & quod validissimum est, satis intellexerunt: *Et in anxietate constitutus* sudavit: *Et sudor ejus similis fuit gutta-*
Luc. 22. 43. *rum sanguinis, & apparuit Angelus corroborans ipsum*. Neque hoc tantum, sed & hominis instar interrogat, *Ubi posuistis*
Jo. 11. 34. *Lazarum*? Et de muliere illa sanguinis profluvio laborante:
Luc. 8. 43. *Quis me*, inquit, *contigit*? Tum ad eos qui sese quærebant:
Jo. 18. 4. *Quem quæritis*? Quin & Discipulos hominis more perconta-
Matth. 16. 13 tur: *Quem me esse dicunt homines filium hominis*? Item alio
Mar. 6. 38. loco, *Quot*, inquit, *panes habetis*? Ad hæc lassus ex itinere,
Joan. 4. sedit ad puteum in Samaria. Quid quod & *Puer crescebat, & confirmabatur spiritu*: *Et progrediebatur ætate ac sapientia Je-*
Is. 8. 4. *sus*: Item; *Antequam norit puer vocare patrem aut matrem, di-*
Ps. 93. 10. *ripiet opes Damasci, & spolia Samariæ*. Ille ipse qui sapientia est, *ac docet homines scientiam, qui & aurem plantavit in homine*, eidemque distinctum & articulatum sermonem dedit, quique *balbutientium linguam disertam præstitit*; omnia illa, no-
Sap. 10. 21. stra causa sustinuit: ut quicquid assumptæ pro nobis humanæ naturæ consentaneum atque congruens est observans, veritatis propriam notam atque formam non subtraheret.

Loca quæ objecta sunt, accuratius expenduntur. XXXII. Verum ne testimonia illa, quæ ab adversariis contra veritatem e Scripturis sacris opposita, ac perperam ab illis interpretata paulo ante proposuimus, sine explicatione prætereamus; quæ sit uniuscujusque vis ac momentum, & quam ob causam ad humanam affectionem accommodate scriptum sit, hoc loco differemus: ac subinde de eadem re plura disputabimus, cum de his verbis egerimus, *Deus meus & Deus vester*: ut ex ipsa orationis circumstantia prudens quisque cognoscere possit, merito illud usurpatum fuisse. Principio quod ad
Jer. 17. 9. locum illum pertinet: [3] *Homo est, & quis cognoscet illum*? duo

quæ-

1. Irenæus eo utitur loco in libro primo, capite XVII.

2. al. addita conjungendi vocula habet; ἢ κεκρυμμένος.

3 ἄν-

ἔλαβε, καὶ ἄνθρωπος εὑρέθη, καὶ ὑπὸ τῶν Γραμματέων συνελήφθη, καὶ τὸν νῶτον εἰς μάστιγας ἔδωκε, καὶ· τὸ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. ἀλλὰ καὶ ἔκλαυσε, κεῖται ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ, ἐν τοῖς ἀδιορθώτοις ἀντιγράφοις, καὶ κέχρηται τῇ μαρτυρίᾳ [1] ὁ ἅγιος Εἰρηναῖος ἐν τῷ κατὰ αἱρέσεων, πρὸς τοὺς δοκήσει τὸν Χριστὸν πεφηνέναι λέγοντας. ὀρθόδοξοι δὲ ἀφείλοντο τὸ ῥητὸν, φοβηθέντες, καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὸ πέλος, καὶ τὸ ἰσχυρότατον· καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ ἵδρωσε, καὶ ἐγένετο ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡς θρόμβοι αἵματος, καὶ ὤφθη Ἄγγελος ἐνισχύων αὐτόν. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄνθρωπος ἐρωτᾷ· ποῦ τεθείκατε τὸν Λάζαρον; καὶ περὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης· τίς μου ἥψατο; καὶ περὶ τῶν ζητούντων αὐτόν· τίνα ζητεῖτε; ἀλλὰ καὶ τοὺς μαθητὰς ὡς ἄνθρωπος ἐρωτᾷ· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; ἀλλὰ καὶ· πόσους ἄρτους ἔχετε μεθ᾽ ἑαυτῶν; ἔλεγε. [2] κεκοπιακὼς ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἐκάθισε παρὰ τὸ φρέαρ ἐν τῇ Σαμαρείᾳ. ἀλλὰ καὶ τὸ· παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι. καὶ προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ ὁ Ἰησοῦς. ἀλλὰ καὶ· πρὶν ἢ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας· ὁ σοφία ὢν καὶ διδάσκων ἀνθρώπους γνῶσιν, καὶ φυτεύσας τὸ οὖς τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ ἐναρθρώσας λαλιὰν τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, καὶ ποιήσας γλῶσσαν τρανὴν μογιλάλων, τὰ τοιαῦτα πάντα ὑπέμεινεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα τὴν πᾶσαν ἀκολουθίαν τῆς δι᾽ ἡμᾶς οἰκονομηθείσης ἐνανθρωπήσεως φυλάξας, μὴ ἀφανίσῃ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀληθείας.

Ἀλλ᾽ ἵνα μὴ τὰς μαρτυρίας, ἃς παρηγάγομεν, ὡς ἀπὸ προσώπου τοῦ δι᾽ ἐναντίας πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀντιλεγομένας ἐκ θείων γραφῶν συνάξαντες, κακῶς δὲ ὑπ᾽ αὐτῶν νοουμένας, οὕτως ἐάσωμεν ἀνερμηνεύτους, ἑκάστης λέξω τὴν θεωρίαν τῆς ἐν αὐτῇ δυνάμεως, δι᾽ ἣν αἰτίαν ὡς ἀνθρωποπαθῶς εἴρηται, καὶ αὖθις πάλιν ἐροῦμεν πολλὰ, εἰς τὸ Θεός μου καὶ Θεὸς ὑμῶν εἰρηκότος, ὡς ἔχει τῷ τὸν νοῦν ἔχοντι γνῶναι ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀκολουθίας εὐλόγως εἰρῆσθαι, [3] ἄνθρωπος γάρ ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν; ἐν ταυτῷ τὰ δύο ὑποφαίνει

3. Ἄνθρωπος γάρ ἐστι &c. juxta Septuaginta Interpretes Jeremiæ locus ille adducitur: in Vulgata desunt verba *homo est*. Constat tam Græcos, quam Latinos Patres illum inter cætera adhibuisse ad adstruendam Christi divinitatem. S. Epiphanius argumentum ex illo componit & præsenti in loco, & iisdem fere verbis sub numero LV. ad Hæresim LXIV. At S. Hieronymus suis in eumdem Jeremiæ locum Commentariis vim Hebraici sermonis expendens illos, celato tamen illorum nomine, reprehendit. Testimonium doctissimi Patris repræsentat Petavius ad laudatum locum Hæreseos LXIV. quod & nos hic e re nostra exhibere minime gravabimur: ait porro, *solent quidam nostri, bono quidem voto, sed non secundum scientiam, uti hoc loco contra Judæos; quod homo sit Dominus atque*

quædam in ipſo Scriptura declarat; alterum aſpectabile, non aſpectabile alterum. Ad id quod aſpectabile eſt verba iſta jure pertinet, *Deus meus* : *Pater* vero *meus* ad id quod non eſt aſpectabile refertur: ita ut neuter ſenſus rationi ſit contrarius. Etenim quomodo ſi homo eſſet, non cognoſceretur? At ſi homo non eſſet, quomodo homo diceretur? Quiſquis enim ex hominum genere eſt, ab hominibus utique cognoſcitur; ſive ex genitrice, ſive ex cognatis, ex propinquis, vicinis, contubernalibus, ac denique popularibus. Porro in homine mero verum iſtud eſſe non poteſt: in Deo Verbo, Deique Filio poteſt, cum ita dicitur, *Homo eſt*, revera: *quis vero cognoſcet illum*? quatenus Deus eſt. propterea quod utriuſque eſt naturæ particeps; atque homo ſimul & Deus eſt, hominibus ignotus qui comprehendi non poteſt, homo vero ex Maria virgine
Iſa. 7. 14. re ipſa ſine virili ſatu genitus. *Virgo*, inquit, *in utero concipiet*. Nam ad futurum tempus Prophetæ vaticinium pertinebat: *Et virgo in utero concipiet*. Futurum enim quiddam iſta ſignificant, *Pariet filium*. Quamobrem ſi virgo mater eſt, nequaquam a viro partus ille, generatioque proficiſcitur. Siquidem ante tempus iſtud dictum Achaz fuerat: *Pete tibi ſignum in profundo, aut in ſublimi*. At ille [1] præ modeſtia ac demiſſione ſui: *Non petam*, inquit, *& non tentabo Dominum Deum meum*, ſignum ullum poſtulare detrectans. Subinde igitur, quod nullum prodigium poſtulare vellet, duo quædam munificentiſſimus in homines Deus dona largitur: primum e *ſublimi* Verbum ſuum cum de ſua, tum de Verbi ipſius voluntate miſit: hinc e *profundo* carnis ſuſceptæ myſterium cum Verbo ipſo communiter adminiſtravit. Quippe poſtea ſubiicit: *Et vocabunt nomen ejus Emmanuel*. Non dixit, Vocabo; ſed, *Vocabunt*. Hominibus enim qui ab ipſis ignorabatur patefactus eſt Deus. Sed non recenter vocabulum iſtud uſurpavit. non enim dixit:
Gal. 4. 4. Vocabo nomen ejus Emmanuël; ſed, *Vocabunt*.

Explicantur alia Scripturæ loca.

XXXIII. At hæc verba, *Factus ex muliere*, ideo, ut ante dixi, ſcripta ſunt: ut vox illa, *Factus*, vim in eo ſuam habeat, quod a muliere ſit genitus: ut interim, ſempiternum Verbum manifeſte omnibus eſſe demonſtretur. Illud vero, *Non ſitiet.*

que Salvator; ſecundum diſpenſationem carnis aſſumptæ; nulluſque poſſit nativitatis ejus ſcire Myſterium, ſecundum illud quod ſcriptum eſt: Generationem ejus quis enarrabit? niſi ſolus Deus *qui arcana rimatur; & reddit unicuique ſecundum opera ſua. Melius autem eſt, ut ſimpliciter accipiamus, quod nullus cogitationum ſecreta cognoſcat, niſi*

φαίνει τὸ θεῖον χρῆμα, ὁρατόν τε, καὶ ἀόρατον· διὰ μὲν τὸ ὁρατὸν, εὐλόγως τὸ Θεός μου εἰρῆσθαι, διὰ δὲ τὸ ἀόρατον, Πατήρ μου λελέχθαι, μὴ ἀντιλεγομένης οὐδ' ὁποτέρας ποιήσεως τῷ λόγῳ. πῶς γὰρ εἰ ἦν ἄνθρωπος, οὐκ ἐγινώσκετο; εἰ δὲ οὐκ ἦν ἄνθρωπος, πῶς ἄνθρωπος ἐλέγετο; πάντως γὰρ πᾶς τις ὁ ἐξ ἀνθρώπων γενόμενος, ὑπὸ ἀνθρώπων γινώσκεται, ἀπὸ τῆς γεννησάσης, ἀπὸ τῶν συγγενῶν, ἀπὸ τῶν οἰκείων, ἀπὸ τῶν γειτόνων, ἀπὸ τῶν συσκήνων, ἢ συμπολιτῶν. καὶ ἀδύνατον τοῦτο πληροῦσθαι εἰς ἄνθρωπον ψιλὸν, πληροῦται δὲ ἐν τῷ Θεῷ Λόγῳ καὶ Υἱῷ Θεοῦ. ἐν τῷ εἰπεῖν· ἄνθρωπός ἐστιν, ἐν ἀληθείᾳ. τίς δὲ γνώσεται αὐτόν; ὅτι Θεός ἐστι· διότι συμμετέχει· καὶ ἄνθρωπος καὶ Θεός ἐστιν, ἄγνωστος ἀνθρώποις διὰ τὸ ἀκατάληπτον· ἄνθρωπος δὲ ἀπὸ Μαρίας ἐν ἀληθείᾳ δίχα σπέρματος ἀνδρὸς γεγενημένος. καὶ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. τὸ γὰρ μέλλον ἐκ τοῦ χρόνου ἐκήρυττεν ὁ Προφήτης· καὶ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. μέλλον γὰρ, τὸ τέξεται υἱόν. εἰ τοίνυν παρθένος, οὐκ ἐξ ἀνδρῶν ἡ οἰκονομία τῆς κυήσεως, διὰ τὸ πρὸ τούτου τοῦ χρόνου εἰρῆσθαι τῷ Αχαζ· αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος. [1] ὁ δὲ ταπεινοφρονῶν· οὐ μὴ αἰτήσω, οὐδ' οὐ μὴ πειράσω Κύριον τὸν Θεόν μου, φησὶ, παραιτησάμενος τὸ αἰτήσασθαι σημεῖον. εὐθὺς δὲ διὰ τὸ μὴ αἰτήσασθαι αὐτὸν σημεῖον, δύο χαρίζεται ὁ τὰ μεγάλα δωρούμενος ἀνθρώποις Θεὸς δῶρα. ἀπὸ ὕψους, τὸν Λόγον ἰδίᾳ θελήσει, καὶ αὐτοῦ τοῦ Λόγου ἰδίᾳ θελήσει πέμψας· ἀπὸ βάθους δὲ, τὴν σάρκα εὐδοκίᾳ σὺν αὐτῷ τῷ Λόγῳ οἰκονομήσας. φησὶ γὰρ ὕστερον· καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Εμμανουήλ· οὐ γὰρ εἶπε, καλέσω, ἀλλὰ καλέσουσιν. ἀνθρώποις μὲν γὰρ ἀπεκαλύπτετο Θεὸς, ὁ αὐτοῖς ἀγνοηθείς. ἀλλ' οὐ προσφάτως λαμβάνει τὸ ὄνομα. οὐ γὰρ εἶπε, καλέσω τὸ ὄνομα αὐτοῦ Εμμανουήλ, ἀλλὰ, καλέσουσι.

Τὸ δὲ γενόμενος ἐκ γυναικὸς, καθάπερ ἄνω μοι προδεδήλωται, ἵνα ἐν τῷ ἀπὸ γυναικὸς τὸ γενόμενος πληρωθῇ, ὁ δὲ Λόγος ἀΐδιος πᾶσι σαφῶς ἀποφανθῇ. εἰ δὲ καὶ τὸ οὐ διψήσει, περὶ

nisi solus Deus. Hæc Hieronymus, qui nititur unius hebraicæ voculæ ambigua & incerta significatione. Eam voculam interpretes Septuaginta *homo* reddidere; Hieronymus autem *inscrutabile*. Et ideo in Vulgata illum Prophetæ locum legimus *Pravum est cor omnium, & inscrutabile, quis cognoscet illud?* In Græco vero, Βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα, καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ τίς γνώσεται αὐτόν. *Profundum est cor super omnia; & homo est, & quis cognoscet eum?*

1. ὁ δὲ ταπεινοφρονῶν. Vide ad hunc locum Petavii animadversionem, qua memorat s. Hieronymum, & Hebræorum Rabbinos statuentes Achazum non humilitatis ergo, sed superbiæ intuitu recusavisse petere a Domino signum. Res, sancti Epiphanii argumentationem adversus Arianos, nec respicit, nec infirmat; & ideo ad rem nostram minime facit. Cogitent de illis qui Isaiæ Prophetiam interpretantur, quibus non deerunt inter Patres qui Epiphanio suffragentur.

sitiet, si de Deo intelligendum est; cum de Filio scriptum sit, esurisse illum ac sitisse: necessario totum illud est nostra caussa susceptum. Nam quomodo tandem vera esse reperiretur incarnatio, nisi naturalem homini necessitatem consuetudinemque præ se ferret? Hac enim ratione quæstiones omnes, quæ ab hæreticis obiiciuntur, dissolvere nos docuit. Atque imprimis falsam Manichæorum opinionem summovet. nam quod manducasse ac bibisse dicitur, veram carnem fuisse declarat. Ad hæc Lucianistarum errorem, atque Arii firmamenta convellit. Quippe Lucianus ac Lucianistæ omnes Filium Dei animam assumpsisse negant: eundemque solam induisse carnem, ut Divino Verbo humanas affectiones tribuant, sitim, famem, fatigationem, fletum, mœrorem, perturbationem, quicquid denique in suscepta ab illo natura reperitur. Atqui nihil esse stolidius potest quam Filii Dei Divinitati hæc adscribere velle. Atenim, inquiunt, caro per sese non comedit aut bibit, neque fatigatur, nec ipsius generis cætera prestat. Ego vero carni per sese convenire ista non posse fateor. Verum quicquid hominis proprium est, Verbum in sese transtulit, carnem, inquam, & animam, & quæcunque in homine cernuntur. Animæ porro carnisque propriæ partes erant famem & fatigationem, sitim ac mœrorem, cæteraque suscipere. Plorat itaque, Manichæi ut errorem convincat, seque non specie, adumbrationeque sola carnem doceat, sed ex rei veritate cœpisse. Sitit vero, ut non sola se carne præditum, sed etiam anima demonstret: non enim sitim est illius experta Divinitas; sed anima sitiit: & ex itinere lassatus est, quod erat carni animæque consentaneum.

Lucianistarum error.

XXXIV. Quod autem carnem pariter & animam habuerit Verbum, tam veteris quam novi testamenti persuadeat illis auctoritas. Etenim David de ipso ita pronunciat, cui & Petrus adstipulatur: *Non relinques animam meam in inferno, neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem*. Ut Dominici hominis composita intelligatur esse natura, ac certa de eo nobis sit scentia constituta, ut animam cum Divinitate demonstret illo triduo esse demissam, ut carnem esse sanctam ostenderet, & cum anima Divinitatem apud inferos ubi cohiberi non poterat, perfecisse mysterium. Accedit enim & aliud quoddam ejusmodi testimonium: *Inter mortuos liber*. Nam vox ista, *liber*,

Psal. 15. 10. & Act. 2. 27.

Ps. 87. 6.

περὶ Θεοῦ λόγος, περὶ δὲ Υἱοῦ ὅτι ἐπείνασε καὶ ἐδίψησεν, ἀναγκαῖον ἡμῖν τοῦτο ᾠκονόμηται. πῶς γὰρ εὑρίσκεται ἡ οἰκονομία ἐν ἀληθείᾳ οὖσα, εἰ μὴ εἶχε τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως χρειώδη συνήθειαν; ἐν τούτῳ ἀπέδειξεν ἡμῖν πάντων τῶν ζητημάτων τῶν αἱρετικῶν τὰς λύσεις. εὐθὺς γὰρ ἔλυσεν ὑπόνοιαν Μανιχαίων· ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν ἐσθίειν καὶ πίνειν, σάρκα ἀληθινὴν ὑποδείκνυσιν. ἔλυσε Λουκιανιστῶν τὸν τρόπον, καὶ Ἀρείου τὴν δύναμιν. Λουκιανὸς γὰρ καὶ πάντες Λουκιανισταὶ ἀρνοῦνται τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ψυχὴν εἰληφέναι, σάρκα μὲν μόνον φασὶν ἐσχηκέναι· ἵνα δῆθεν προσάψωσι τῷ Θεῷ Λόγῳ ἀνθρώπινον πάθος, δίψαν καὶ πεῖναν, καὶ κάματον καὶ κλαυθμόν, καὶ λύπην καὶ ταραχήν, καὶ ὅσαπερ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἐμφέρεται. εὔηθες δ' ἂν εἴη ταῦτα εἰς τὴν θεότητα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λογίζεσθαι. ἀλλά, φασί, σὰρξ καθ' ἑαυτὴν οὖσα οὔτε ἐσθίει, οὔτε πίνει, οὔτε κάμνει, οὔτε ἄλλα πράττει. καὶ αὐτὸς σύμφημι σάρκα καθ' ἑαυτὴν μὴ ἔχειν ταῦτα. ἔχει δὲ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν ἐλθὼν ὁ Λόγος, καὶ σάρκα καὶ ψυχὴν καὶ ὅσαπέρ ἐστιν ἐν ἀνθρώπῳ, τῆς δὲ ψυχῆς καὶ τῆς σαρκὸς ἦν μέρη πεῖνα καὶ ὁ κάματος, ἥ τε δίψα καὶ ἡ λύπη, καὶ τὰ ἄλλα. δακρύει μὲν γὰρ ἵνα ἐλέγξῃ τὴν πλάνην Μανιχαίου, ὅτι οὐ δοκήσει ἠμφίεστο τὸ σῶμα, ἀλλ' ἀληθείᾳ. καὶ διψᾷ δέ, ἵνα δείξῃ μὴ μόνον τὴν σάρκα ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχήν. οὐ γὰρ ἡ αὐτοῦ θεότης ἐδίψησέ ποτε· καὶ τῇ ψυχῇ ἐδίψησε, καὶ κεκοπίακεν ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας διὰ τὴν σαρκὸς καὶ ψυχῆς ἀκολουθίαν.

Ὅτι δὲ σῶμα ἔχων καὶ ψυχὴν ἦλθεν ὁ Λόγος, πιστώσωσαν αὐτοὺς αἱ θεῖαι γραφαὶ παλαιᾶς τε καὶ καινῆς. εὐθὺς γὰρ Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ λέγει, καὶ Πέτρος Δαβὶδ συνῳδά· οὐκ ἐάσεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν· ἵνα τὸ σύνθετον τοῦ κυριακοῦ ἀνθρώπου νοοῖτο, καὶ σαφῶς περὶ τούτου γνῶσις ἡμῖν γένηται, ἵνα συστήσῃ ψυχὴν μὲν σὺν θεότητι τῷ τριημέρῳ συγκαταπεθεῖσθαι, ἵνα τὴν σάρκα ὁσίαν ἀποδείξῃ, καὶ τὴν θεότητα σὺν τῇ ψυχῇ ἀκαταγχέτως ἐν ᾅδῃ τὸ μυστήριον πεπληρωκέναι. ἔχει γάρ που καὶ ἄλλην μαρτυρίαν οὕτω λέγουσαν· ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. τὸ ἐλεύθερον, τοῦ μὴ κυριεύειν αὐτοῦ τὸν ᾅδην

ber, inferos nequaquam illi dominari significat, sed ad inferos usque suapte illum esse voluntate cum anima delapsum. Addit vero Petrus: *Juxta quod impossibile erat teneri illum ab*
Act. 2. 24. *eo*, hoc est, ab inferno. Quinetiam Salvator ipse: *Potesta-*
Jo. 19. 10. *tem*, inquit, *habeo sumendi animam meam, & ipsam ponendi*.
Jo. 10. 10. Item: *Ego sum Pastor bonus, qui pono animam pro ovibus*. Tum illud: *Anima mea turbata est*, inquit, *& quid dicam*? Hæc
Jo. 12. 27. autem verba: *Quid dicam*? dubium & ambiguum quiddam præ se ferunt: *Pater serva me ab hac hora. Sed propterea veni in hanc horam*: ut ostenderet Divinitatem ipsius sponte ad ista venisse. Nam illud verbum, *Turbata est*, usurpatum ideo est, ut ne susceptæ hominis naturæ vera ac propria forma perturbaretur: siquidem non specie tenus adumbrata incarnatio illa fuit. Sed quemadmodum præpotens quispiam rex cum inferiore aliquo bellum gerens, neque dubitans quin si cum copiis suis ac magnis viribus irruentem sese hostis ille senserit, detrectaturus sit prælium, ac saluti suæ fuga consulturus, multasque subditorum sibi provincias vastaturus: cum hæc, inquam, noverit, prudenter illum artibus suis ac specie deludit, terga vertens & fugiens, donec hostis confirmato animo in ipsum velut timidum & imbecillum impressionem faciat ac persequatur. tum rex ille repente conversus, imbecillum istum atque hostem suis copiis circunventum in potestatem redigit. Ita Dominus noster mortem minime pertimuit, qui id, antequam ad patiendum accederet, in itinere significaret, futurum videlicet ut Filius hominis traderetur & crucifigeretur, ac tertia die resurgeret. Petro vero dicente, *Propitius tibi sit, Do-*
Matth 16. 23. *mine; hoc tibi minime continget*: Christus his illum verbis increpat: *Vade post me Satana, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum*. Qui hæc igitur futura prædixerat, qui hujus rei causa venerat, quomodo postea transire a se calicem precatur ut ne biberet? Qui de morte sua, priusquam moreretur, sermonem habuerat, vel ob id unum ne mendacii convinci posset, ut a se calix ille præteriret orare non poterat. Verum hac adversarium suum ratione provocat; ut cum ille Salvatorem mortem metuere sibi persuasisset, hanc ipsi ad eorum qui morituri essent, salutem infligeret: id quod singulari quadam est prudentia prefectum. Quod si istud etiam audias mortuum esse Dominum, disce ubi sit mors illa suscepta. Tibi enim

σημαντικόν. τῇ δὲ ἰδίᾳ θελήσει ἕως ᾅδου καταβεβηκέναι σὺν τῇ ψυχῇ. φησὶ δὲ ὁ Πέτρος· καθότι οὐκ ἦν δυνατὸν κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ, τουτέστιν, ὑπὸ τοῦ ᾅδου. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Σωτὴρ φησι· ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν τὴν ψυχήν μου, καὶ θεῖναι αὐτήν. καὶ· ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων. καὶ· ἡ ψυχή μου τετάρακται, φησὶ, καὶ τί εἴπω; ὡς ἐπ᾽ ἀμφιβόλῳ λέγων· τί εἴπω; Πάτερ σῶσόν με ἀπὸ τῆς ὥρας ταύτης. ἀλλὰ διὰ τοῦτο ἦλθον εἰς τὴν ὥραν ταύτην. ἵνα δείξῃ ὅτι ἑκοῦσα ἡ αὐτοῦ θεότης εἰς τοῦτο ἐλήλυθε. τὸ δὲ, τετάρακται, ἵνα τὸ εἶδος τῆς ἀληθείας τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας μὴ παραχθῇ. οὐ γὰρ δοκήσει ἦν ἡ ἔνσαρκος παρουσία. ἀλλὰ δίκην βασιλέως μεγάλου πόλεμον ἔχοντος πρὸς ὑποδεέστερον, καὶ γινώσκοντος ὅτι ὁ ἐχθρὸς αὐτοῦ εἴπερ ἴδῃ αὐτὸν ἐν δυνάμει ἐρχόμενον καὶ ἰσχύϊ πολλῇ, παραιτήσεται καὶ τραπήσεται πρὸς φυγὴν, καὶ πολλὰς χώρας τῶν ὑποχειρίων ἀφανίσει, καὶ διὰ τοῦτο σχηματιζομένου τῇ ἰδίᾳ σοφίᾳ προφάσεις, καὶ νῶτα διδόντος καὶ ἀποδιδράσκοντος, ἕως ὁ ἐχθρὸς λαβὼν θάρσος καππίθηται, ὡς δειλοῦ καὶ ἀδυνάτου τοῦ βασιλέως, καὶ διώξει αὐτόν· ὁ δὲ βασιλεὺς στραφεὶς αἰφνιδίως μετὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ὅλον ὑποχείριον δέξεται τὸν αὐθέντην καὶ ὑπεναντίον. οὕτως καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν οὐκ ἐφοβήθη τὸν θάνατον, ὁ πρὸ τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς τὸ παθεῖν σημάνας ἐν τῇ ὁδοιπορίᾳ ὅτι μέλλει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοσθαι καὶ σταυρωθῆναι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι. καὶ τοῦ Πέτρου λέγοντος· ἵλεώς σοι Κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο· ἐπιτιμήσας, ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ, εἰπὼν, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. ὁ οὖν ταῦτα προλέγων, καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸ ἥκων, πῶς ὕστερον εὔχεται παρελθεῖν τὸ ποτήριον ἵνα μὴ πίῃ; ὁ εἰπὼν πρὸ τοῦ θανεῖν περὶ τοῦ θανάτου, κἂν διὰ τὸ μὴ ὑποληφθῆναι ψιλὸν αὐτὸν, οὐκ ἠδύνατο εὔξασθαι παρελθεῖν τὸ ποτήριον. ἀλλὰ προκαλεῖται διὰ τοῦ τοιούτου τρόπου τὸν ἀντίδικον, ἵνα ἐκείνου ὑπολαβόντος δεδιέναι τὸν σωτῆρα τὸν θάνατον, ἐπαγάγῃ αὐτῷ θάνατον εἰς σωτηρίαν τοῖς θνήσκουσι διὰ τῆς οἰκονομίας. ἀλλὰ κἂν ἀκούσῃς ὅτι τέθνηκεν ὁ Κύριος, γνῶθι τὸ πάθος τοῦ θανάτου πῶς πεπλήρωται. ἑρμηνεύει

enim Apostolorum princeps totum illud mortis negotium his verbis exponit: *Mortificatus carne, vivificatus autem spiritu*. Etenim Divinitas ipsius perpessionem carnis subiens, perpessionis nihilominus est expers, & expers erat, & expers permansit: cum neque sit illa non patiendi mutata conditio, nec æternitas extincta.

1. Pet. 3. 18.

Objectio.

XXXV. Atenim inanissimi homines obiiciunt: Christum anima fuisse præditum, his verbis persuadere non potes. siquidem in sacris literis Esaiam [2] ex Dei ac Patris persona de Unigenito dixisse legimus: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi placui: quem dilexit anima mea*. Ubi quid de Patre tandem existimabimus? utrumnam animam in seipso habuisse, aut etiamnum habere? quis adeo demens est, ut hæc de Patre suspicetur? Quid igitur dicunt? Per tropum nimirum, vocabulum istud usurpatum fuisse. Quod si per tropum de Patre dictum illud est, de Filio quoque sic accipiendum esse pronunciant. Unde quamvis ita loqueretur: *Anima mea turbata est*: &, *Potestatem habeo dandi animam meam, & sumendi eam*: non propterea, inquiunt, animam habuisse putandus est, sed ad tropum est ac metaphoram referendum. Non nihil ratiocinandi illa subtilitate ac cavillatione dicere videntur: cum tamen ipsa se per sese veritas multis argumentis afferat. Nam ex propria rei forma ac specie unaquæque loquendi ratio desumenda ac consideranda videtur. Quare in Patre quidem hac uti loquendi formula nemo debet, quod carnem nunquam ille susceperit. Cum autem veram in Christo fuisse carnem Lucianistæ sive Ariani fateantur, nulla potest ea de re esse dubitatio. Atqui scriptum est, inquiunt, *Verbum caro factum est*; non autem, *Verbum caro* & anima *factum est*. Adversus imperitam hanc illorum objectionem ita ego præscribo: Deus hominem formavit, cum pulverem e terra sumpsisset. Qua formandi voce universa continentur. Similiter ergo voces istæ; *Verbum caro factum est*: omnia conprehendunt. Nam ad eundem modum nos illud ipsis opponimus. Ecce tibi scriptura dicit: *Formavit hominem Deus*. Neque dixit, jecur huic effinxit, aut pulmonem, aut cor, aut venas, aut nervos, cæteraque corporis membra. Quare utrum tandem totum hominem velut molem quandam malleo ductilem, ac solidam fuisse putabimus, quod singulas partes, ex quibus conflatum animal est, minutatim

Matth. 3. 17.
Esa. 42. 1.
Jo. 10. 17.
Refellitur.
Gen. 2. 7.

γάρ σοι ὁ κορυφαιότατος τῶν Ἀποστόλων Πέτρος τὴν περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ὑπόθεσιν, λέγων· θανατωθεὶς σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. ἡ γὰρ αὐτοῦ θεότης ἀναδεξαμένη τὸ ἐν σαρκὶ παθεῖν, ἀπαθής ἐστι, καὶ ἀπαθὴς ἦν, καὶ ἀπαθὴς διέμεινε, μὴ ἐκπεσούσης τῆς ἀπαθείας, μηδὲ ἀχρειωθείσης τῆς ἀϊδιότητος.

Πάλιν τε ἐὰν εἴπωσιν οἱ κενόδοξοι, οὐκ ἀπὸ τῶν [1] τοιούτων δύναται ἡμᾶς πεῖσαι τὸν Χριστὸν ψυχὴν ἐσχηκέναι. εἰρήκαμεν γὰρ ἄνω ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς, ὥς φησιν Ἡσαΐας [2] ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς περὶ τοῦ μονογενοῦς· οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν ἐγὼ ηὐδόκησα, ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου. τί νοήσομεν περὶ Πατρὸς, ψυχὴν εἰληφέναι ἐν ἑαυτῷ, ἢ ψυχὴν ἔχειν; τίς δὲ λῆρος ὢν τοῦτο νοήσει περὶ τὸν Πατέρα; τί οὖν φασί; ἐξουσιαστικώτερον εἰρῆσθαι τὸ ῥῆμα δηλονότι. εἰ τοίνυν περὶ Πατρὸς ἐξουσιαστικώτερον εἰρῆσθαι λέγουσιν, ἄρα καὶ περὶ Υἱοῦ τὸ αὐτὸ λαμβάνειν χρή. κἄν τε γὰρ εἴπῃ, ὅτι ἡ ψυχή μου τετάρακται, καὶ * τὴν ψυχήν μου θεῖναι, καὶ λαβεῖν αὐτήν· οὐκ εἶχε, φασὶ, ψυχὴν, ἀλλὰ ἐξουσιαστικώτερον εἴρηται. καὶ δοκεῖ τὸ συλλογιστικὸν αὐτοῦ φρόνημα λέγειν τι, τῆς ἀληθείας αὐτοσυστάτου οὔσης ἐκ πολλῶν τεκμηρίων. ἀπὸ γὰρ τοῦ εἴδους λαμβάνεται ἕκαστος τρόπος. ἐπὶ μὲν γὰρ τῷ Πατρὶ οὐ τολμηρόν ἐστι, διότι οὐδὲ σάρκα ἐφόρεσεν. ὁμολογουμένης δὲ τῆς σαρκὸς * περὶ τοῖς Λουκιανισταῖς, * εἰ τοίνυν Ἀρειανοῖς οὐκ ἔνι ἀμφιβολογία. ἀλλὰ, φησὶ, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ οὐκ εἶπεν ὁ Λόγος σὰρξ καὶ ψυχὴ ἐγένετο. πρὸς δὲ τὴν αὐτῶν ἀμαθῆ οὖσαν ἀντιλογίαν κἀγὼ λέγω, ὅτι ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς· ἀπὸ δὲ τοῦ ἔπλασε τὰ πάντα συμπεριείληφε, καὶ ἀπὸ τοῦ, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, τὰ πάντα περιέχει. κατὰ γὰρ τὸν αὐτὸν λόγον ἀνθυποφέρομεν αὐτοῖς καὶ αὐτοὶ λέγοντες· ἰδοὺ λέγει· ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐκ εἶπεν, ἐποίησεν αὐτῷ ἧπαρ, ἢ πνεύμονα, ἢ καρδίαν, ἢ φλέβας, ἢ νεῦρα, ἢ τὰ ἄλλα ὅσαπερ ἐστὶν ἐν τῷ σώματι. παρὰ τοῦτο νοήσομεν ἕν τι εἶναι * ὁλοσφύρητον τὸν ἄνθρωπον, διὰ τὸ μὴ λεπτομερῶς

* Deest ἐξουσίαν ἔχω.

* Cor. παρά.

* For. εἴτιν.

* γρ. ὁλοσφύρητον.

τὴν

1. Edita a Petavio habent, ἀπὸ τῶν τοιούτων ῥημάτων.

2. Recte heic emendatur latina Petavii interpretatio, quae habet, *ex Dei, ac Patris unigeniti Filii persona dixisse &c.* non enim habet ullo modo graecum exemplum ἐκ Πατρὸς τοῦ μονογενοῦς: sed solum περὶ τοῦ μονογενοῦς.

nutatim scriptura non expresserit ? Non opinor. Ut igitur singulari aliqua specie universa comprendit: sic ex sola carnis mentione perspicuum est, etiam animam a Salvatore fuisse susceptam.

XXXVI. Quocirca cum animam & corpus habuerit, uti
Esa. 40. 28. demonstratum est, consequens est Verbi Divinitatem a Patris substantia nihil imminutam nullis affectionibus obnoxiam fuisse: ut sitim, lassitudinem, famem, ac cæteras hominis necessitates subiret. Neque quod scriptum sit: *Non laborabit: neque investigatio est prudentiæ ipsius*: Salvator autem fatigatus fuisse legatur, propterea Verbum cælitus allapsum e Patris substantia minime processit. Neque enim sursum, sed in carne fatigatus est. Quam ideo lassari oportuit, ut non specie sola, sed veritate constare crederetur. Ejusdemmodi sunt cætera omnia; veluti dormitare, somnum capere; quæ humanæ conditionis indicia sunt, ut & illa quæ tactu percipiuntur. Quæ quidem ille suscepit omnia, & inventus est homo. *Invenimus*
Joa. 1. 45. enim, inquit, *Messiam, de quo Moses scripserat*. Hunc autem per eam naturam, quæ comprehendi potest, hoc est, carne præditam invenerunt: cum in illa quæ comprehendi nequit, inveniri non posset. Quam ob causam & a Scribis correptus
Esa. 50. 6. est; & *dorsum suum flagellis objecit: & vultum a sputorum ignominia non avertit*: ploravit, aliaque sustinuit, quæ de ipso omnium ore celebrantur. Ecquis vero Dei Verbum flagellis in cælo concideret? quis colaphos infringeret? quis talem ac tantum, quem nulla oratio consequi, nulla ingenii perceptio comprehendere posset, sputis deturparet? Quod si omnia ista perpessionis expers in sese Dei Verbum sustinuit; corpoream affectionem ejusmodi necesse est fuisse, & ab ejus quæ perpeti nihil potest, conditione remotam, neque tamen funditus alioqui remotam: quandoquidem ita illi placuit, ut, etsi pateretur nihil, sibi ipsi tamen perpessio illa tribuatur. Ac quemadmodum quæ ad vestem adhæsit macula, licet ad illius qui vestem induit, corpus minime pervenerit, ei tamen vulgo tribuitur. Ita Deus, cum in carne sit passus, neque quicquam ipsius Divinitati sit inflictum: nihilominus quicquid in ea carne quam Divinitas sustinebat, perpessus est, id in Divinitatem quodammodo redundasse creditur, ut per Divinitatem salus nobis comparata videatur.

XXXVII.

τὴν σύνθεσιν· τῷ παντὸς ζώου τὴν γραφὴν λιπολογῆσαι; οὐ πάντως. ὡς γοῦν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς εἴδους τὰ ὅλα συμπεριείληφεν, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς σαρκὸς τὴν ψυχὴν εἰληφέναι τὸν Σωτῆρα ἔνεστι δῆλον.

ΕΙ τοίνυν ψυχὴν εἴληφε καὶ σῶμα, καθάπερ ἀποδέδεικται, ἄρα οὐκ ἡ θεότης ἦν ἠλαττωμένη τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας εἴσω παθῶν περιεχομένη, ὅπως διψήσῃ καὶ κοπιάσῃ καὶ πεινάσῃ, καὶ ὅσαπερ τῷ ἀνθρώπῳ εἰσὶ χρειώδη. καὶ ὅτι οὐ κοπιάσει, οὐδ' ἔστιν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ, κεκοπιακὼς δὲ ὁ Σωτὴρ εὑρίσκεται, οὐ παρὰ τοῦτο οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας, ἄνωθεν κατελθὼν ὁ λόγος. οὐ γὰρ ἄνω κεκοπίακεν, ἀλλ' ἐν σαρκί. ἔδει γὰρ τὴν σάρκα κοπιάσαι, ἵνα μὴ δοκήσει νομίζηται, ἀλλ' ἀληθείᾳ, καὶ τὰ ἄλλα ὅσαπερ τοιαύτην ἔχει δύναμιν, τὸ νυστάξαι, τὸ ὑπνῶσαι, ἀνθρώπου ἐστὶν ὑποφαντικά, καὶ τὰ ὑπὸ ἀφήν. ἔλαβε γὰρ ταῦτα, καὶ ἄνθρωπος εὑρέθη. εὑρήκαμεν γὰρ Μεσσίαν, ὃν ἔγραψε Μωϋσῆς. οἱ δὲ εὑρόντες αὐτὸν διὰ τῆς καταληπτῆς φύσεως, πίστει τῆς ἐνσάρκου. ἐπειδὴ γὰρ ἐπὶ τῇ ἀκαταληψίᾳ, οὐχ ηὑρίσκετο, διὰ τοῦτο ὑπὸ Γραμματέων συλλαμβάνεται, καὶ τὸν νῶτον αὐτοῦ ἔδωκεν εἰς μάστιγας, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ οὐκ ἀπέστρεψεν ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων, ἔκλαυσε, καὶ ὅσαπερ ἄλλα περὶ αὐτοῦ ᾄδεται. τίς δὲ ἠδύνατο τὸν Θεοῦ Λόγον ἐν οὐρανῷ μαστίζειν, ἢ ῥαπίζειν, ἢ καταπτύειν τοῦ τοιούτου ἀφράστου καὶ ἀκαταλήπτου; εἰ δὲ ταῦτα πέπονθεν ὁ ἀπαθὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἄρα τὸ πάθος σωματικόν ἐστιν ἐκτὸς τῆς αὐτοῦ ἀπαθείας· καὶ οὐκ ἐκτὸς πάλιν, διὰ τὸ * δεδοκῆσαι. καὶ τοιγε μὴ πάσχοντος αὐτοῦ, εἰς ἑαυτὸν τὸ πάθος λελόγισται. καὶ καθάπερ ἐν ἱματίῳ σπίλος τὸ σῶμα τοῦ φοροῦντος οὐ φθάνει, ὁ δὲ σπίλος τοῦ ἱματίου εἰς τὸν φοροῦντα λογίζεται. οὕτως ὁ Θεὸς πέπονθεν ἐν τῇ σαρκί, τῆς θεότητος αὐτοῦ μηδὲν παθούσης. εἰς δὲ τὴν θεότητα τὸ πάθος τῆς σαρκὸς ὑπὸ τῆς θεότητος φορουμένης ἐλογίσθη· ἵνα ἐν τῇ θεότητι ἡμῖν ἡ σωτηρία γίνηται.

* For. εὐδοκῆσαι, ἢ τοί γε: & λελογίσθαι.

Μέμ-

Explicatur Lucæ locus. *Luc. 22. 44.* XXXVII. Nec illud e memoria nostra excidit, quod ex Lucæ Euangelio profertur, quod sine interpretatione prætermittere nullo modo debeo. Scriptum est autem: *Et in anxietate constitutus sudavit: & factus est sudor ejus in modum guttarum sanguinis. Apparuit autem ei Angelus Domini confirmans ipsum.* Enimvero altissima sacrarum literarum, ac necessaria quæque mysteria, id quod sæpe diximus, qui illorum vim ignorant, non ad fructum & utilitatem suam, sed ad perniciem interitumque convertunt. Nam nihil est loci illius au-
Luc. 22. 43. thoritate præsentius. Quippe hoc ipso quod dixit: *In anxietate constitutum fuisse*, Dominicum hominem verum hominem extitisse declarat. Quod ut ipsum ostenderet, nec a Divinitate profectam anxietatem illam doceret: *Sudavit*, inquit, *& factus est ei sudor tanquam gutta sanguinis.* Corporea ista,
Cur Angelus Christo apparuit. non spiritalis est species. *Apparuit autem Angelus Domini confirmans ipsum.* Non quod Angelicam vim ac robur ille requireret, qui Angelis antecellit: *Coram quo omne genu flectitur,*
Phil. 2. 10. *cælestium, terrestrium, & infernorum*, utpote sempiterno Deo, atque Verbo, quod apud Patrem perpetuo sit, & ab ipso processerit: sed ut videlicet illud impleret, quod in eo carmine
Deut. 32. 43. Moyses scripserat, quod in solitudine cantatum est: *Adorabunt ipsum omnes filii Dei. Et corroborent ipsum Angeli Dei. Corroborent*, inquit, *ipsum*: non tanquam robur aliquod ei subministrent. Sed quod ab iis usurpata prædicatio collaudandi Dei vim habeat. Puta cum ab Angelis in cælo, ac Spiritalibus animantibus laudibus afficitur, vociferantibus, atque ista concinentibus: *Tua est virtus: tuum est imperium: tua est vis.* In quo quid adorare, ac corroborare sit exprimunt, quod idem est ac proprium illi virium principatum deferre. Qua quidem ratione a Discipulis Angelus Dominum suum adorare visus est; qui benignissimæ ipsius providentiæ nequaquam excellentiam ignoraret. Unde cum tam egregie ab illo præstitum humanitatis opus vehementer admiraretur, quo & profligatus Diabolus, & contritus mortis aculeus, & Principatus ac Potestates velut in triumpho traducti, & peccati vis infracta fuerat; præ stuporis magnitudine adorabundus Angelus in illa sua prædicatione clamabat: *Tua vis est Domine.* Tu enim morte & inferis ac Diabolo superior fuisti: ejusque stimulum infregisti, & ab humano genere depulisti,

XXXVIII.

Μέμνημαι δὲ τοῦ ῥητοῦ τοῦ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίου, καὶ οὐ βούλομαι αὐτὸ ἐάσαι ἀνερμήνευτον. τὸ γεγραμμένον, ὅτι ἐν ἀγωνίᾳ γενόμενος ἵδρωσε, καὶ ἐγένετο ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡς θρόμβοι αἵματος. ὤφθη δὲ Ἄγγελος Κυρίου ἐνισχύων αὐτόν. τὰ βαθύτερα δὲ τῶν λόγων, ὡς εἰώθαμεν λέγειν, καὶ τὰ ἀναγκαῖα, οἱ μὴ τὴν δύναμιν νοοῦντες, ἀντὶ ἀγαθῶν, τῇ κακίᾳ ἀναστρέπουσιν ἑαυτούς. οὐδὲν γὰρ τούτου καιριώτερον. ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν, γέγονεν ἐν ἀγωνίᾳ, τὸν κυριακὸν ἄνθρωπον, ἀληθινὸν ἄνθρωπον ὄντα δείκνυσι. καὶ ἵνα δείξῃ ὅτι ἀληθινὸς ἦν ἄνθρωπος, καὶ οὐκ ἀπὸ τῆς θεότητος ἡ ἀγωνία γέγονε, φησί· ἵδρωσε, καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ἱδρὼς ὡς θρόμβοι αἵματος· σωματικὸν ἐστὶ τὸ εἶδος, καὶ οὐχὶ πνευματικόν. ὤφθη δὲ Ἄγγελος Κυρίου ἐνισχύων αὐτόν, οὐχ ὅτι τῆς ἰσχύος τοῦ Ἀγγέλου ἐπεδεῖτο ὁ μείζων Ἀγγέλων, ᾧ κάμπτει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, Θεῷ ὄντι ἀεὶ Λόγῳ, καὶ πρὸς τῷ Πατρὶ ἀεὶ ὄντι, καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένῳ, ἀλλ᾽ ἵνα πληρώσῃ τὸ ἐν τῇ ᾠδῇ τῇ μεγάλῃ Μωϋσέως ἐν τῇ ἐρήμῳ ᾀσθείσῃ, ἐν ᾗ ἔλεγε· προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες υἱοὶ Θεοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτὸν Ἄγγελοι Θεοῦ. τὸ ἐνισχυσάτωσαν αὐτὸν, οὐχ ὅτι παρέχοντες αὐτῷ ἰσχὺν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἴσχυεν ἡ δοξολογία ἐν τούτοις δοξάζειν τὸν Θεὸν, ὑπὸ Ἀγγέλων μετ᾽ εὐθὺς ἄνω καὶ πνευματικῶν ζώων βοώντων καὶ λεγόντων· σή ἐστιν ἡ δύναμις, σόν ἐστι τὸ κράτος, σή ἐστιν ἡ ἰσχὺς, ἐν τούτῳ δεικνύουσι τὸ προσκυνεῖν καὶ ἐνισχύειν, τουτέστι διδόναι αὐτῷ τὸ ἴδιον τῆς ἰσχύος κράτος. ὡς καὶ ὁ Ἄγγελος ὤφθη ἐνώπιον τῶν μαθητῶν, προσκυνῶν τὸν αὐτοῦ δεσπότην, μὴ ἀγνοῶν τῆς ὑπερβολῆς τῆς αὐτοῦ φιλανθρώπου οἰκονομίας· θαυμάζων δὲ τῆς τοσαύτην ἐν αὐτῷ γενομένην πραότητος πραγματείαν, τῆς τὸν Διάβολον ἡττήσασαν, τὴν τὸ κέντρον τοῦ θανάτου συντρίψασαν, τῆς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας θριαμβεύσασαν, τῆς ἁμαρτίαν θραύσασαν, καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς θαυμασιότητος, ἐν τῇ δοξολογίᾳ ὁ Ἄγγελος ἔλεγε προσκυνῶν· σή ἐστιν ἡ ἰσχὺς, δέσποτα. σὺ γὰρ ἴσχυσας κατὰ θανάτου, καὶ κατὰ ᾅδου, καὶ κατὰ Διαβόλου, συντρῖψαι τὸ κέντρον αὐτοῦ, καὶ ἐκβαλεῖν ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος.

Jo.11.34. XXXVIII. Quod vero ab illis affertur humano more dictum:
Luc.8.45. *Ubi posuisti Lazarum*? Tum de muliere sanguinis profluvio
Quæ a Christo ignoranter dicta vel facta sunt explicantur. laborante: *Quis me tetigit*? vel, *Quem quæritis*? vel, *Quem
me dicunt homines esse Filium hominis*? vel, *Puer crescebat & confirmabatur*: sive *Procedebat ætate & sapientia*, sive denique:
Antequam norit Puer vocare patrem aut matrem: Nonne vel ex
Luc.2.40. & 52. ipso argumento excellentem scientiam, quam hic locus suppeditat, animadvertis: utque ad carnem & humanam naturam
Esa.8.4. narrationes illæ referantur? Etenim quæcumque in vetere testamento ex Dei ac Patris persona sic usurpantur, ut ad hominum persuasionem & illecebram infra Dei majestatem esse
videantur, & ad ignorationem accedere, cum alioqui nullam
in Deo ignorantiam arguant; hæc omnia divinum in sese Verbum implevit, ut quod scriptum est, re ipsa præstaret: *Pater
meus hucusque operatur, & ego operor*. Ubinam Lazarum deposuistis? rogabat, cum propius ad locum accederet. Atqui
Jo.5.17. priusquam eo venisset, aut a quoquam inaudisset, Discipulis
suis dixerat: *Lazarus amicus noster dormit*. Ergo qui tanto
loci intervallo dissitus Lazarum mortuum esse cognorat, postquam in rem præsentem venit, ignorare potuit? Nequaquam
Jo.11.11. *Cur roget, ubi positus sit Lazarus.* opinor. Sed nimirum demonstrare illud voluit: neminem adhuc, cum hæc omnia tam admiranda faceret, in ipsum perfecte credere: uti sui in nos indulgentiæ mirificam quandam
benignitatem & humanitatem ostenderet. Quippe sorores illas
oportebat non ista jactare: *Quatriduanus est, jam fœtet*: nec
abire, ac mostrare: sed ita potius alloqui: Nosti omnia, &
si volueris reviviscet. Quibus de causis tam obduratæ hominum cæcitati Christus illacrymat. Non igitur ignorans interrogat: sed periclitans arguit, ac perhumaniter tractat. Nam
illud: *Quis me tetigit* non eo dicit, quod a quo contactus esset
ignoraret: sed ut ne miraculum istud per sese divulgaret: utque audiens mulier, & accedens tam singulare beneficium quo
erat affecta, testificaretur, ac secundum ejus professionem
audiret statim: *Fides tua te salvam fecit*. quo cæteros ad credendum incitaret, ut ægritudinum remedia consequerentur.
Matth.16.13. Præterea; *Quem me*, inquit, *dicunt esse Filium hominis*? quemadmodum in vetere testamento loquens Pater inducitur: *Adam ubi es*? Nam ubi esset noverat; unde statim illum his verbis redarguit: *De ligno comedisti*. Sed & Cainum alloquens:
Gen.3.9. *Ubi*

Ἐὰν δὲ πάλιν εἴπῃ· ποῦ τεθείκατε Λάζαρον; ἀνθρωποπαθῶς. καὶ περὶ τῆς αἱμοῤῥοούσης, τίς μου ἥψατο; ἢ τίνα ζητεῖτε; ἢ τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; ἢ τὸ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο· ἢ προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ· ἢ πρὸ τοῦ γνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα· οὐχ ὁρᾷς ἀπ' αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως τὸ ὑπερβάλλον τῆς γνώσεως, ὅτι ἐκ σαρκὸς καὶ ἀνθρωπόπητος τὰ διηγήματα; ὅσα γὰρ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ, καὶ Πατρὸς ὑποκατεχόμενά εἰσιν εἰς πειθὼ τῶν ἀνθρώπων, ἀγνωσίας ἐχόμενα, οὐκ ὄντα δὲ ἄγνωστα τῷ Θεῷ, ταῦτα ἐλθὼν ὁ Λόγος πεπλήρωκεν, ἵνα πληρώσῃ τὸ εἰρημένον· ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι. ποῦ τεθείκατε τὸν Λάζαρον; ἠρώτα, ἐγγὺς τοῦ τόπου γενόμενος. πρὸ δὲ τοῦ ἐλθεῖν εἰς τὸν τόπον, ὑπὸ μηδενὸς ἀκούσας, ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται. ὁ τοίνυν ἀπὸ τοσούτων τῆς ὁδοιπορείας διεστὼς τοῦ τόπου, γνοὺς ὅτι τέθνηκε Λάζαρος, παρὼν ἐν τῷ τόπῳ ἠγνόει; οὐκοῦν. ἀλλ' ἤθελε δεῖξαι ὅτι ταῦτα πάντα ἐποίει, καὶ οὔπω οὐδεὶς τελείως αὐτῷ ἐπίστευεν· ἵνα ἐνδείξηται τὴν αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς φειδὼ τὴν πολλὴν φιλανθρωπίαν. ἔδει γὰρ ἐκείνας μὴ εἰπεῖν· τεταρταῖός ἐστιν, ἤδη ὄζει, μηδὲ ἀπελθεῖν, καὶ δεῖξαι· ἀλλ' εἰπεῖν· πάντα οἶδας, καὶ ἐὰν θέλῃς, ζήσεται. διόπερ καὶ ἐδάκρυσεν ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων πωρώσει. οὐκ ἀγνοῶν τοίνυν ἠρώτα· ἀλλ' ἐλέγχει πειράζων. καὶ φιλανθρωπεύεται. καὶ τίς μου ἥψατο; φησί, οὐχ ὅτι οὐκ ᾔδει τις αὐτοῦ ἥψατο· ἀλλ' ἵνα μὴ εἴπῃ δι' ἑαυτοῦ τὸ γενόμενον θαῦμα· ἀλλ' ὅπως ἐκείνη ἀκούσασα προσελθοῦσα εἴπῃ τὴν εἰς αὐτὴν γενομένην χάριν, καὶ ὁμολογήσασα ἀκούσῃ· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, ὅπως προτρέψηται καὶ ἄλλους προσελθεῖν, ἵνα ἰαθῶσι. τίνα με, φησί, λέγουσιν εἶναι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; ὡς καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ ἀπὸ προσώπου τοῦ Πατρὸς λέγει· Ἀδὰμ ποῦ εἶ, ᾔδει δὲ αὐτὸν ποῦ ἐστιν, διὸ καὶ ἐλέγχει αὐτὸν μετέπειτα λέγων· ἐκ τοῦ ξύλου ἔφαγες. καὶ τῷ Κάϊν· ποῦ Ἄβελ ὁ

Ubi est, inquit, *Abel frater tuus*? Neque vero per ignorantiam sciscitabatur. Sic enim postea locutus est: *Maledictus tu in terra, quæ dehiscens sanguinem fratris tui excepit e manu tua. Ecce enim sanguis illius clamat ad me*. Quapropter non ignorabat, opinor, qui sanguinem clamare dixerat: sed ut ad sui excusationem locum aliquem pœnitentiæ tribueret, propterea sciscitari voluit.

Gen. 4. 9.

XXXIX. Verum ad suam rursus imperitiæ pertinaciam conversi omnes illas in vetere testamento voces, Filii proprias esse contendunt. Sed hic ab illis quæsitus color subinde falsitatis arguitur. Item enim ille, qui Moysi dixerat: *Quid hoc est, quod in manu habes*? statim addidit: *Ego sum qui sum*. Tum vero Dominus apud Sadducæos de resurrectione disputans. *Quod autem mortui resurgant, dixit Deus: Ego Deus, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob. Deus ergo vivorum est, non mortuorum*. Possum & alia commemorare quamplurima, quæ in vetere testamento ex Patris persona sunt dicta. Quamquam & ex Filii persona sæpius, & Spiritus sancti, nonnulla sunt adspersa. *Ubi est*, inquit, *Sara uxor tua*? Abrahamo dixit qui cum duobus Angelis e cælo delapsus erat Dei Filius. Nam si ubi esset ignoraret, non diceret: *Risit ergo Sara intra domum*. Quibus verbis modestiam illius & gravitatem ostendere voluit, & ad earum quæ ex animo pietatem sequi volunt, exemplum proponere: ut, quoties peregrinos excipiunt, ita suo illis labore serviant, ut modestiæ memores vultum suum virorum aspectui subducant. Quippe beata illa mulier epulum illis adornavit: quo officio perfuncta Angelis se visendam non præbuit; memorabile posteris pudicitiæ ac gravitatis exemplum. Verum ut qui aderat hospes cujusmodi esset intelligeretur, mulieris nomen expressit: is, inquam, qui per illud tempus hospitio erat exceptus: quo perspicuum esset neque nomen ipsius, nec opificium, hominisve cogitationem ullam latere sese posse. Quod autem ad illud attinet: *Quem me dicunt homines esse Filium hominis*? ideo Filium hominis seipsum hoc loco confitetur, ut ne de eo, qui videri non poterat, interrogare se crederent. Respondentibus discipulis Eliam, Jeremiam, & Joannem: *Vos autem*, inquit, *quem me esse dicitis*? *Tu es*, inquit Petrus *Filius Dei vivi*. Mox beatum illum prædicat. Non enim ignorans interrogabat: sed ut ostenderet, a Pa-

Exod. 4. 2. Mar. 12. 26. Abrahamo Dei Filius apparuit. Gen. 18. 10. Matth. 16. 13.

ἀδελφός σου; καὶ οὐκ ἀγνοῶν ἠρώτα. λέγει γάρ· ἐπικατάρατος σὺ ἐπὶ τῆς γῆς, ἣ ἔχανε δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐκ τῆς χειρός σου. ἰδοὺ γὰρ τὸ αἷμα αὐτοῦ βοᾷ πρός με. οὐκ ἠγνόει τοίνυν ὁ λέγων, ὅτι τὸ αἷμα βοᾷ· ἀλλ' ὅπως * δοὺς αὐτῷ τόπον μετανοίας εἰς ἀπολογίαν, διὰ τοῦτο ἠρώτα. * For. αὐτ.

Στρέφονται δὲ πάλιν εἰς τὴν τῆς ἀμαθείας φιλονεικίαν, καὶ φασὶν αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ εἶναι ταύτας τὰς φωνὰς ἐν τῇ παλαιᾷ. εὐθὺς δὲ ἐλέγχεται αὐτῶν τὸ ἐπιτήδευμα. ὁ γὰρ εἰπὼν τῷ Μωϋσῇ· τί τοῦτο τὸ ἐν τῇ χειρί σου; αὐτὸς ἔλεγεν· ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. καὶ φησὶν ὁ Κύριος τοῖς Σαδδουκαίοις περὶ ἀναστάσεως διηγούμενος· ὅτι δὲ ἐγείρονται οἱ νεκροί, εἶπεν ὁ Θεός· ἐγὼ ὁ Θεὸς, Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ· Θεὸς οὖν ἐστι ζώντων, καὶ οὐ νεκρῶν. καὶ πάλιν πολλά ἐστι δεῖξαι, ὅτι ἐκ προσώπου τοῦ Πατρός ἐστιν ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ εἰρημένα. ἀλλὰ καὶ ἐκ προσώπου τοῦ Υἱοῦ πολλάκις, καὶ ἐκ προσώπου πάλιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. καὶ ποῦ Σάρρα ἡ γυνή σου; τῷ Ἀβραὰμ ἔλεγεν ὁ ἐλθὼν ἄνωθεν σὺν τοῖς δυσὶν Ἀγγέλοις * υἱοῖς Θεοῦ. εἰ γὰρ ἠγνόει ποῦ ἐστιν, οὐκ ἂν ἔλεγεν· ἐγέλασεν οὖν ἡ Σάρρα ἔνδον οὖσα, * βούλεται αὐτῆς ὑποδεῖξαι τὴν σεμνότητα ὑπογραμμὸν τῶν θελουσῶν εὐσεβεῖν ἐν ἀληθείᾳ· ἵν' ὅτε ὑποδέχονται ξένους ἐξ ἰδίων καμάτων, ὑπηρετῶσι μὲν, διὰ δὲ τὴν σεμνότητα τὸ πρόσωπον αὐτῶν τοῖς ἀνδράσι μὴ ὑποδεικνύωσιν. ἐκείνη γὰρ ἡ μακαρία πάντως ἐξήρτυσε, καὶ ἐξαρτύσασα, εἰς πρόσωπον Ἀγγέλων οὐκ ὤφθη, σεμνότητος ὑπογραμμὸν ὑποβάλλουσα ταῖς μετὰ ταῦτα γυναιξί. ἀλλὰ καὶ ἵνα δείξῃ ὁ παρὼν τίς ἐστιν, ὄνομα τῆς γυναικὸς ἐκάλει, ὁ ἐπιξενωθεὶς πρὸς τὴν ὥραν, ὅτι οὔτε τὸ ὄνομα αὐτῆς λέληθεν, οὔτε πλάσμα, οὔτε διανόημα ἀνθρώπου. τίνα με, φησὶ, λέγουσιν εἶναι οἱ ἄνθρωποι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; καὶ τὸν μὲν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου αὐτὸς φράζει ὁμολογῶν, ἵνα μὴ νομίσωσι περὶ τοῦ ἀοράτου αὐτὸν ἐρωτᾶν· οἱ δὲ φασὶ, Ἠλίαν, καὶ Ἰερεμίαν, καὶ Ἰωάννην. ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε; σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, φησί. καὶ εὐθὺς μακαρίζει. οὐ γὰρ ἀγνοῶν ἠρώτα, ἀλλὰ δεῖξαι βουλό-

* For. viis.
* Deest quippiam.

μενος

a Patre profectam illam esse doctrinam, quæ Filium verum ac germanum esse tradebat Ecclesiæ: ut Petrus ad ea quæ a Patre audierat, profitenda cogeretur.

Io. 14. 6. XL. Neque vero mirari debes quod dixerit: *Per me ingrediuntur ad Patrem*, aut idcirco a Patris substantia existimare diversum. Nam & idem alio loco sic loquitur, *Nemo venit ad* Io. 6. 44. *me, nisi Pater traxerit ipsum*. Quare sicut Pater mittit ad Filium; ita Filius ad Patrem deducit: ut unam eandemque Divinitatem esse commonstret. Jam quod scriptum est; *Procede-* Luc. 2. 52. *bat ætate & sapientia*: Dei sapientia est, sapientia non indiget. Verum cum *exinavit semetipsum, formam servi accipiens*, nihil Phil. 2. 7. de eo quod plenum erat perfectumque, detractum est: sed hoc unum demonstrare voluit, cælitus illum in homines effusum, atque exinanitum fuisse, hoc est, in quandam Mariæ virginis Cant. 1. 2. officinam. *Unguentum* enim, inquit, *exinanitum nomen tuum*. Christus unguento comparatur. Non dixit effusum, sed *exinanitum*, e cælo videlicet in terram; ubi e terra in Mariam, & ex Maria caro factum in utero gignitur: Bethleemi nascitur: inde Nazaretum transgreditur: Nazareto Capharnaum: hinc porro Hierosolymam, & ad mare transfertur: tum cum supra aquas ambulavit, & ad partes Tyri, ad Nain, Judæam item, Jerichuntem, Bethphagen, Bethaniam, ad Hierosolymitanum templum, ad Olivarum montem, in villam Gethsemani, in Caiphæ domum, ad Prætorium, ad Herodem, ad Calvariæ locum, ad sepulcrum, ad inferos, post resurrectionem ad terram, & in cælum denique transportatus est. Nam unguentum de uno vase in aliud exinanitum, vasa omnia sui fragrantia perfundit. Ita Christi e cælo delapsus, terram omnem quadam sanctitate consecravit, hoc est, eos qui sincere & ex animo ipsum exciperent. Hic est ille mons & quidem magnus, cujus Daniel meminit: *La-* Dan. 2. 34. *pis sine manibus excisus*, hoc est, sine virili satu genitus. Qui cum parvus esset, major est postea repertus: lapis, inquam, qui ad magnitudinem postea pervenit, & in montem arduum succrevit. qui quidem mons non certo loco circumscriptus est, sed universum terrarum orbem amplitudine sua complevit. Ille cum sapientia sit, homo factus vim suam ac potentiam toto mundi ambitu propagavit; ut orbem terrarum gratia sua compleret, ætate ac sapientia progressus est. Qui enim alioqui convenit, ut qui Patris sapientia sit, & articulatam hominum

μενος ὅτι Πατρός ἐστιν ἡ διδαχὴ ἡ Υἱὸν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀληθινὸν κηρύττουσα· ἵνα ἀναγκασθῇ ὁ Πέτρος λέγειν ἃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐδιδάχθη.

Καὶ μὴ θαυμάσῃς ἐὰν εἴπῃ· ὅτι δι' ἐμοῦ εἰσέρχονται πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἠλλοιωμένον τῆς τοῦ Πατρὸς οὐσίας ὑπολάβῃς, αὐτὸς γὰρ πάλιν διδάσκει· οὐδεὶς ἔρχεται πρός με, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ αὐτὸν ἑλκύσῃ. ὡς γοῦν ὁ Πατὴρ πέμπει πρὸς τὸν Υἱὸν, καὶ ὁ Υἱὸς εἰσφέρει πρὸς τὸν Πατέρα· ἵνα δείξῃ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι θεότητα. τὸ δὲ προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, * ἡ σοφία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐνδέεται σοφίας. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβὼν, οὐ τὸ πλήρωμα ἠλαττώθη· ἀλλ' ἵνα δείξῃ ἀπ' οὐρανοῦ μετακενωθέντα εἰς ἀνθρωπότητα, τουτέστιν εἰς ἐργαστήριον Μαρίας. μύρον γὰρ ἐκκενωθὲν ὄνομά σοι, φησί· οὐκ εἶπεν, ἐκχυθέν· ἀλλ' ἐκκενωθὲν ἀπ' οὐρανοῦ εἰς γῆν· ἵνα ἀπὸ γῆς εἰς Μαρίαν, καὶ ἀπὸ Μαρίας σὰρξ γενόμενος κυΐσκεται, εἰς Βηθλεὲμ γεννᾶται, ἀπὸ Βηθλεὲμ εἰς Ναζαρὲτ μεταβαίνει· ἀπὸ Ναζαρὲτ εἰς Καπερναοὺμ, ἀπὸ Καπερναοὺμ εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ θάλασσαν ἐν τῷ βαδίζειν αὐτὸν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, καὶ τὰ μέρη Τύρου, καὶ Ναῒν, καὶ τὴν Ἰουδαίαν καὶ Ἱεριχὼ, καὶ εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν, εἰς Ἱερουσαλὴμ τε τὸν ναὸν, καὶ τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, καὶ Γεθσημανῆ, εἰς οἶκον Καϊάφα, εἰς τὸ πραιτώριον, καὶ πρὸς Ἡρώδην, εἰς τόπον Γολγοθᾶ, εἰς τὸ μνῆμα, καὶ ἕως τοῦ ᾅδου, εἰς γῆν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, καὶ εἰς οὐρανούς. μύρον γὰρ ἐκκενωθὲν ἀπὸ ἀγγείου εἰς ἀγγεῖον, πάντα τὰ ἄγγη μυρίζει. καὶ Χριστοῦ ἡ παρουσία ἀπ' οὐρανοῦ ὅλην τὴν γῆν ἡγίασε, τοὺς αὐτὸν λαμβάνοντας ἐν ἀληθείᾳ· ὁ ὄρος * ὢν, ὡς ἐν τῷ Δανιὴλ, καὶ μέγα ὄρος· λίθος τεμνόμενος ἄνευ χειρῶν, ἄνευ σπέρματος ἀνδρὸς ὑπαινιττόμενος· τὸ μεῖζον αὖθις μικρὸν δεικνύμενον, λίθος πάλιν ἀναλαμβάνων τὸ μέγεθος, καὶ γινόμενος αὖθις ὄρος μέγα· καὶ ὅτι τὸ ὄρος οὐκ ἔστι τόπῳ, ἀλλὰ πληρῶν ἅπασαν τὴν οἰκουμένην. οὗτος ὁ σοφία ὢν, καὶ γενόμενος ἄνθρωπος, ἐπεκτείνων ἑαυτοῦ τὴν δύναμιν τῷ κόσμῳ, ἵνα πληρώσῃ τὴν οἰκουμένην χάριτος, προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ. ἐπεὶ σοφία ὢν τοῦ Πατρὸς, καὶ διδάσκων ἀνθρώπους λαλεῖν, καὶ

* For. ὁ

* For. ὄρος.

ἀνθρω-

minum linguam fecerit, & audientibus aures inseverit, patrem aut matrem non prius appellare sciverit, quam Damasci vim ac Samariæ spolia diriperet, &c. Verum quoniam si ex utero matris editus statim loqueretur, ac tanquam adultus puer articulate ac distincte verba formaret; non vera carnis illius origo, sed adumbrata, specieque sola constans videri potuisset: ætatis ideo parvitatem sustinet, ne ejus quod consentaneum ac consequens erat, veritatem destrueret.

Alia hæreticorũ objectio. XLI. Pergunt illi vero, ac Divinis litteris absurdas quasdam opiniones illigare conantur, atque istud obiiciunt. Illud
Hebr. 3.1. ergo qua ratione scriptum est? *Suscipite Pontificem confessionis nostræ, fidelem ei qui se fecit*. Et: *Notum sit vobis omnis do-*
Act. 4. 10. *Dissolvitur.* *mus Israel, quod hunc Jesum quem in crucem sustulistis, Dominum & Christum ipsum Deus fecit*. Sed illud magnopere mihi admirandum videtur, quomodo ii, qui scripturæ locorum consequentiam tractare se profitentur, vim ac sensum qui in illis continetur, ignorent. Hæc enim verba: *Suscipite Pontificem, fidelem ei qui se fecit*, nihil ad Divinitatem spectant. Siquidem Deus advenit, omniaque perspicue nobis sacris in literis explicantur: in quibus obliquum nihil est aut perple-
Prov. 8. 9. 10. xum: sed *omnia præsentia intelligentibus; & recta, invenientibus scientiam*. *Accipite* enim, inquit, *disciplinam & non argentum*: Nam si quis Disciplinam a Deo non acceperit, hoc est, veritatis fidem: tortuosa illi omnia depravataque sunt, quæ intelligentibus recta, iisque qui cognitionem nacti sint, nihil flexuosum habentia neque calumniis exposita sunt. Sed ut illos convincat Apostolus: *Omnis*, inquit, *Pontifex ex homini-*
Hebr. 8.3. *bus assumptus, ed ea quæ pro hominibus sunt, constituitur, ut offerat dona & sacrificia*. Quam ob caussam unicus Dei Filius cum hominum gratia nasci voluisset, carnem a nobis accepit: ut qui natus a nobis extitisset, tanquam hostiam suo se Patri pro nobis offerens, discipulos fratres suos appellaret. Ubinam igitur factum illud impletur? Non aliunde quam a Pontifice: *Suscipite*, inquit, *Pontificem fidelem ei qui se fecit*.

Atque ut illustriori quodam exemplo uberius illud comprobem: finge quempiam, qui principem de filio suo percontetur ac sciscitari audeat, Quis est iste? Cum autem veram a patre confessionem audierit, Filius meus est: interroget rursum, Naturane ac verus filius est? Affirmante principe, pergat

ἀνθρώποις διαρθρώσας γλῶσσαν, καὶ φυτεύσας τὸ οὖς τοῖς ἀκούουσι, πῶς οὐκ ᾔδει καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα; * λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ, καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλ' ἐπειδὴ γεννηθεὶς ἀπὸ κοιλίας, εὐθὺς λαλῶν, εἰ ἐδείκνυτο, καὶ καθαρῶς οἷα δὴ ἀρτίπαις ἐφθέγγετο, φαντασία ἂν ἐνομίσθη, καὶ οὐκ ἀληθὴς, ἢ μᾶλλον δοκήσει ἡ ἔνσαρκος αὐτοῦ κύησις. διά τοι τοῦτο ὑπομένει τὸ ὀλίγον τῆς ἡλικίας, ἵνα μὴ ἀφανίσῃ τὸ ἀληθὲς τῆς ἀκολουθίας.

Deesse videtur non nihil.

Ἑτέρας δὲ πάλιν θηρῶνται ματαίας ὑπολήψεις παραπλέκειν τοῖς θείοις λόγοις. καὶ ἐναντίως διανοοῦνται, καί φασι· πῶς οὖν γέγραπται· δέξασθε τὸν ἀρχιερέα ὁμολογίας ἡμῶν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν; καὶ, γνωστὸν ὑμῖν ἔστω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε, Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε; καὶ θαῦμά μοι μέγα ἐπέρχεται, πῶς οἱ τῶν ἀκολουθιῶν ἐφαπτόμενοι, τῶν ἐν αὐτοῖς φραζομένων δύναμιν ἀγνοοῦσι. τὸ γὰρ εἰπεῖν· δέξασθε τὸν ἀρχιερέα πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, οὐ περὶ τῆς θεότητος εἴρηται. ὁ Θεὸς γὰρ ἦλθε, καὶ εἰς πάντα ἡμῖν σαφηνίζουσιν αἱ θεῖαι γραφαί. οὐδὲν γὰρ ἐν αὐταῖς ἐστὶ σκολιὸν ἢ στραγγαλιῶδες· Πάντα δὲ ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὑρίσκουσι γνῶσιν. λάβετε γὰρ, φησὶ, παιδείαν, καὶ μὴ ἀργύριον. ἐὰν γὰρ μή τις λάβῃ παιδείαν παρὰ Θεοῦ, τουτέστι τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας, σκολιὰ αὐτῷ πάντα καὶ διεστραμμένα· τοῖς συνιοῦσιν ὀρθὰ, καὶ εὑρίσκουσι γνῶσιν ὀρθὰ πάντα καὶ ἀδιάβλητα. ἵνα δὲ αὐτοὺς ἐλέγξῃ ὁ Ἀπόστολος, φησί· πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, τὰ ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται, εἰς τὸ προσφέρειν δῶρα καὶ θυσίας. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ μονογενὴς, ἐπειδὴ ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτὸς ἦλθε γενέσθαι, ἔλαβεν ἐξ ἡμῶν τὴν σάρκα, ἵνα ὑπὲρ ἡμῶν ὁ ἀφ' ἡμῶν γενόμενος προσφορὰ τῷ ἰδίῳ Πατρὶ Θεῷ, τοὺς μαθητὰς ἀδελφοὺς καλέσῃ. ποῦ οὖν * τὸ γενόμενον πληροῦται; οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλὰ * πρὸ τοῦ ἀρχιερέως· δέξασθε γὰρ τὸν ἀρχιερέα πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν.

* Reg: τὸ γένος. *Mox Corn. legit: πρὸς τοῦ Ἀρχι.

Ἵνα δὲ καὶ παραδείγματι πειρασοτέρῳ χρήσωμαι, ἐρωτήσειέ τις βασιλέα περὶ τοῦ ἰδίου υἱοῦ, καὶ λέξῃ αὐτῷ τολμήσας· τίς οὗτος ἐστίν; ἀκούσας δὲ παρὰ τοῦ πατρὸς δικαίαν ὁμολογίαν, υἱός μου ἐστί· πάλιν ἐρεῖτο, υἱός σου κατὰ φύσιν; καὶ ναὶ τοῦ βασιλέως

pergat alter & dicat: Quemnam igitur illum fecisti? Rex autem respondeat, Regem illum feci. Quæro igitur an qui dignitatem illius commemorarit, de germanitate negaverit? an, inquam, qui secundum asseveret, primum sustulerit? Minime id quidem. Eodem itaque modo Deus & Pater Filium initii omnis expertem genuit: cujus in carne vere illud impletum est: *Fecit illum Pontificem*.

Objectio Hæreticorum solvitur. *Prov. 8. 22.*

XLII. At etenim scriptum est inquiunt:[1] *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera ipsius*. Sed vanissimi scilicet homines primum omnium libri inscriptionem, ac nomen ignorant. Nam liber iste *Proverbia Salomonis* inscribitur. Quicquid vero proverbii more dicitur,[2] non idem est cum vi ac proprietate verborum. Ecce tibi per proverbia locutus est Dominus noster Jesus Christus; & nos proverbia ista similitudinesque cernimus non ita cum proposito a nobis argumento congruere: *Simile est*, inquit, *regnum cœlorum grano sinapis*. Atqui si pro mentis nostræ captu singillatim ac per partes expendere omnia voluerimus, nemini dubium est, quin cœleste regnum amplissimus quidam ac vastissimus locus esse debeat. Si tamen loci nomen ad illud Regnum significandum accommodari debet, cujus rex Deus est & Pater, & Deus Verbum & Filius Dei, ac sanctus Dei Spiritus: in quo Angeli versantur & Archangeli, spiritales exercitus: Abraham & Isaac & Jacob, ac cæteri denique justi. Hæccine vero tanta possunt sinapis grano contineri? Sed nimirum per metaphoram ac tropum obscurius adumbrata ista sunt. Quare non idem est cum rei veritate proverbium. Similiter cum muliere Regnum cœleste comparatur, quæ cum *drachmas haberet decem, & unam amisisset, accensa lucerna eam reperit*. Sed & cum sagena in mare jacta confertur. Itemque cum semine in terram sparso. Quæ omnia obscure figurateque narrantur, neque cum rei ipsius vi ac proprietate sunt eadem. Adde quod illud liquido nescimus; utrumnam Proverbiorum auctor Salomon de Dei Filio superiora illa verba protulerit. Quippe non unum sapientiæ genus

Proverbia & Parabolæ quomodo accipienda sunt.

Matth. 13. 31.

Luc. 15. 8.

Matth. 6. 13.

1. Ἔκτισέ με, *creavit me*, juxta septuaginta Interpretes. Ignorat nemo de illo Proverbiorum loco pluribus disputavisse inter se veteres Ecclesiæ Patres. Illorum plurimi contendebant esse de Hebræo vertendum, atque legendum potius Κύριος ἐκτήσατό με, *Dominus possedit me*, quod sequitur Vulgata nostra. Nec parvi esse videtur momenti discrimen illud; ait enim beatus Hieronymus in ea Epistola, quæ est ad Cyprianum Presbyterum, quæque in editione Parisiensi legitur tomo II. pag. 697, *inter possessionem autem & crea-*

εἰπόντος, αὖθις ἐπάξει ὁ ἐρωτῶν· τί οὖν αὐτὸν ἐποίησας; πάντως ἂν ἐρεῖ, βασιλέα αὐτὸν ἐποίησα. ἆρα τὴν ἀξίαν εἰπὼν· τὴν γνησιότητα ἠρνήσατο; ἐὰν τὸ δεύτερον εἴπῃ, τὸ ἀρχαῖον ἠφάνισεν οὐδαμῶς. οὕτως οὖν καὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐγέννησε τὸν Υἱὸν ἀνάρχως, καὶ ἐν σαρκὶ πεπλήρωται τὸ ἐποίησεν αὐτὸν ἀρχιερέα.

Ἀλλὰ, φησὶ, γέγραπται· Κύριος [1] ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. καὶ πρῶτα μὲν ἀγνοοῦσιν οἱ κενόδοξοι τὸ ὄνομα τῆς βίβλου. ἡ γὰρ βίβλος Παροιμία καλεῖται Σολομῶντος. πᾶν δὲ τὸ παροιμιαζόμενον [2] οὐ ταυτόν ἐστι τῇ τοῦ λόγου δυνάμει. ἰδοὺ γὰρ ἐν παραβολαῖς ἐλάλησεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ἐρῶμεν τὰς παραβολὰς οὐχ οὕτως ἐχούσας πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἡμῶν. ὁμοία γάρ ἐστι, φησὶ, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν κόκκῳ σινάπεως. καὶ εἰ κατὰ τὸν ἡμέτερον νοῦν θελήσομεν διανοήσασθαι τὸ ἀπὸ μέρους, δῆλον ὅτι βασιλεία οὐρανῶν εὐρυχωρίας ἐστὶ τόπος· εἰ ἄρα δεῖ λέγειν τόπον, ἐν ᾗπερ [3] βασιλεύς ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ. καὶ ὁ Θεὸς Λόγος καὶ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, Ἄγγελοί τε καὶ Ἀρχάγγελοι, στρατιαὶ πνευματικαὶ, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ πάντες δίκαιοι. πῶς τοίνυν τὰ τοσαῦτα ἐν κόκκῳ σινάπεως χωρηθήσεται; τὸ δὲ ἐσωτικὸν τοῦ λόγου αἰνιγματωδῶς λέγεται. ἆρα οὐ ταυτόν ἐστι τὸ παροιμιαζόμενον. ἀλλὰ καὶ γυναικὶ ἐχούσῃ δέκα δραχμὰς, καὶ ἀπολεσάσῃ μίαν, καὶ λύχνον ἁψάσῃ, καὶ εὑρούσῃ αὐτήν· ἀλλὰ καὶ σαγήνῃ βληθείσῃ ἐν τῇ θαλάσσῃ· ἀλλὰ καὶ σπόρῳ σπειρομένῳ ἐπὶ τῆς γῆς. ταῦτα δὲ πάντα αἰνιγματωδῶς, οὐ ταυτὸν δέ ἐστι τῇ δυνάμει. καὶ οὐκ οἴδαμεν ὄντως τὸν παροιμιαστὴν Σολομῶντα, εἰ περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ εἴρηκε τοῦτον τὸν

λόγον.

& creationem multa diversitas est. Possessio significat, quod semper Filius in Patre, & Pater in Filio fuerit. Creatio autem ejus, qui prius non erat, conditionis exordium. Animadvertit noster Epiphanius numero xii. hæreseon lxix. Arium illinc novandi occasionem sumsisse, atque evomendi blasphemias in Christi Domini Divinitatem.

2. οὐ ταυτόν ἐστι. Quod præsenti in loco nos monet Epiphanius, in Proverbiis nimirum, pleraque accipi debere non obvio & proprio sensu, sed translato; monet & in Hæresi lxix. num. xxi; monent & Patres alii, Athanasius, Basilius, Gregorius uterque, Nyssenus & Nazianzenus, Cyrillus Alexandrinus, quorum loca indicata videsis apud Petavium libro ii. de Trinitate sub finem num. xi. capitis primi. Unde Gregorii Nazianzeni testimonio, quod habetur non longe ab initio Orationis xxxvi, non defuere qui crediderint Salomonem eo in loco poetarum more loquentem de se induxisse Sapientiam creatam, scientiarum illam, atque artium directricem rationem, Dei beneficio hominibus datam. Ceterum uti ait S. Basilius libro iv. adversus Eunomium pag. 293. tomi primi, Edit. Garn. αἱ δὲ παροιμίαι εἰκόνες ἑτέρων, οὐκ αὐτὰ τὰ λεγόμενα: latine vero, *Proverbia imagines sunt aliorum, non ea ipsa, quæ dicuntur.*

3. al. ἐν ᾗπερ βασιλεύς ἐστι βασιλεὺς ὁ Θεὸς &c. Typographus fortasse excessere duas illas voces βασιλεύς ἐστι, illud enim vero per quam simillimum est.

Rom. 1. genus est [1]. Unde & Apostolus scribit: *Non novit mundus per*
1. Cor. 1. 20. *Dei sapientiam Deum*. Et: *Stultam reddidit Deus sapientiam mun-*
Ib. c. 25. *di*. Item: *Non in carnali sapientia, sed virtute Dei*. Ad hæc
Sap. 8. 2. Salomon aliam quandam sapientiam appellat: *Adamavi*, in-
quit, *pulchritudinem ejus, & eam mihi sponsam duxi*. Nec il-
lud sapientiæ genus Patriarcha Iob ignoravit, dum ait: *Sa-*
Job. 28. 20. *pientia vero unde reperta est? Quis est vero locus prudentiæ?*
Ecc. 9. 16. Item: *Sapientia pauperis est contempta. Et ipse sapientiæ director*
est. Item: *Sapientia Patris, Unigenitus*.

XLIII. Quid igitur dicemus? Si Filius sapientia Patris est;
& idem tamen ab eo minime processit, Verbum ipsum, in-
quam, ac Deus, & sapientia; consequens est Patrem in seipso
1. Tim. 1. 11. carere sapientia. Quinam igitur ista dici possunt: *Soli Deo, sa-*
pienti, invisibili? Atque hæc omnia ab hominibus comprehen-
di nequeunt, & infinita sunt. Salomoni Deus sapientiam tri-
Exod. 31. buit: & Beseleelem sapientia cumulavit. Item: *Sapientes* homi-
* Fort. sensum nes * *ignominiam occultant*, aliaque id genus innumera, quæ
Prov. 10. 14. de sapientia dici possunt. At vero Sapientia illa Patris singu-
laris est, neque quicquam habet, quod ex adverso possit op-
Ambiguus Salomonis locus. poni. Verum utrum ad hanc locus ille pertineat, neque assen-
tiri neque inficiari possum, & hujus rei cognitionem soli Deo
permitto. Tametsi ea quæ in illo loco dicuntur, violenter ac
parum apte sibi invicem opponi video, si ad æternam illam
Prov. 8. 22. Sapientiam referantur. Sic enim loquitur: *Creavit me princi-*
pium viarum suarum in opera ipsius: ante sæculum fundavit me:
ante colles omnes genuit me. Jam vero quod gignitur, qua tan-
dem ratione fundatur? Quomodo vero gignitur id quod creari
dicitur? nam si creatum est non est profecto genitum. Nos
enim quæ gignimus, creamus: & quæ procreamus, gigni-
mus. quippe creati nos sumus, & quæ gignuntur a nobis,
creata sunt [4]. In increato vero Deo quod gignitur, creatum
esse non potest: si enim genuit, non creavit. Quod si post-
quam creavit iterum genuisse dicatur, quomodo id quod prin-
cipio creatum est, postea gignitur; Quamobrem si de Christo
quæ in illo loco dicuntur, accipienda sunt, ad illius incar-
natio-

1. Τῇ γὰρ σοφίᾳ, ἢ σοφία. Quod sane nemini dubium esse potest. De illa sapientia qua de agit Salomon in loco illo quo abutuntur Ariani, Auctor Sermonis illius de Verbis Domini, qui S. Augustino tribuebatur olim, & legebatur sub numero LVIII; nunc autem rejectus habetur in Appendice tomi quarti, ad numerum CCXLVI. ait apposite ad præsentem Epiphanii locum: *Multi quidem doctissimi viri hoc ex persona illius Sapientiæ dictum asserunt, quam Salomon ad judicandum, regendumque populum acceperat*.

λόγον. ἔστι [1] γὰρ σοφία, καὶ σοφία. οἶδεν οὖν ὁ Ἀπόστολος λέγων· οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ τὸν Θεόν· καὶ, ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου. καὶ πάλιν λέγει· οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, * καὶ δυνάμει Θεοῦ. καὶ οἶδε Σολομὼν καλεῖν σοφίαν λέγων· * ἠράσθη τοῦ κάλλους αὐτῆς, καὶ νύμφην ἠγαπησάμην ἐμαυτῷ. καὶ Ἰὼβ οἶδε σοφίαν, καὶ φησί· ἡ δὲ σοφία πόθεν εὑρέθη; ποῖος δὲ τόπος ἐστὶ τῆς φρονήσεως; καὶ σοφία τοῦ πένητος ἐστὶν ἐξουδενωμένη. καὶ αὐτὸς τῆς σοφίας ἐστὶ διορθωτής. καὶ σοφία Πατρὸς ὁ Μονογενής.

*Leg. ἀλλ' ἐν.
* For. ἠράσθην.

Τί οὖν λέγομεν, [2] εἰ σοφία Πατήρ ἐστι, καὶ Υἱὸς δὲ κατὰ τὴν ἐκείνων νοῦν, οὐ προῆλθεν ἐξ αὐτοῦ Λόγος, καὶ Θεὸς ὤν, καὶ σοφία ὤν· ἄρα ὁ Πατὴρ λείπεται σοφίας ἐν ἑαυτῷ; πῶς οὖν Θεῷ μόνῳ σοφῷ, ἀοράτῳ; καὶ ταῦτα πάντα ἐστὶν ἀκατάληπτα καὶ ἄπειρα ἀνθρώποις. ἔδωκεν ὁ Θεὸς σοφίαν τῷ Σολομῶντι. καὶ ἐνέπλησε σοφίας τὸν Βεσελεήλ; καὶ, σοφοὶ ἄνθρωποι κρύπτουσιν * αἰσχύνην. [3] περὶ σοφίας πολλά ἐστι λέγειν. ἐκείνη δὲ ἡ σοφία τοῦ Πατρὸς μονοειδής ἐστι, μὴ ἔχουσα ἀντιπαράθεσιν ἄλλην. ὅμως δὲ εἰ καὶ περὶ αὐτῆς ἦν ὁ λόγος ᾀδόμενος, οὔτε συντίθεμαι, οὔτε ἀποτάσσομαι, Θεῷ δὲ συγχωρῶ τὸ εἰδέναι * βαζιασμένος δὲ ὁρῶ αὐτὰ ἀντιπαράθετα τὰ λεγόμενα. ἔκτισε γάρ, φησί, ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. πῶς οὖν τὸ γεννώμενον θεμελιοῦται; πῶς δὲ τὸ κτιζόμενον γεννᾶται; εἰ γὰρ κτιστόν, οὐ γεννητόν. ἡμεῖς γὰρ ἃ γεννῶμεν οὐ * κτίζομεν, καὶ ἃ κτίζομεν οὐ γεννῶμεν. ἐσμὲν γὰρ κτιστοί, καὶ τὰ ὑφ' ἡμῶν γεννώμενα κτιστά [4]. ἐν Θεῷ δὲ τῷ ἀκτίστῳ, τὸ γέννημα οὐ κτιστόν. εἰ γὰρ ἐγέννησεν, οὐκ ἔκτισεν. εἰ δὲ μετὰ τὸ κτίσαι πάλιν γεγέννηκε, πῶς ἄρα τὸ πρῶτον κτισθὲν ὕστερον γεννᾶται; εἰ τοίνυν περὶ αὐτοῦ ἐστι τὰ λεγόμενα, εἰς τὴν ἐν-

Vitiosus locus.
* For. αἰσθήσει.
* For. βεβιασμένος.
Negativas particulas sententia ipsa repudiat.

2. εἰ σοφία Πατὴρ ἐστι. *Legendum pro ut atque interpretati sumus*, εἰ σοφία Πατρὸς ἐστιν ὁ Υἱός, κατὰ δὲ τὴν ἐκείνων νοῦν &c. Petavius.

3. al. καὶ περὶ σοφίας.

4. Optima illa Epiphanii ratiocinatio, & theologiæ studiosis valde utilis; ultitae tamen grammaticorum tricis, & inconstanti verborum usurpatione. De latino verbo *creare* memini dubitare licet quin præter propriam significationem veræ creationis, sive productionis rei, de qua nil antea existebat prorsus, illud adhibuerint ad denotandam facere, constituere, eligere. De græco autem κτίζειν, ne multi simus hac in re, præstat ad memoriam revocare locum S. Augustini in libro contra Adversarium Legis & Prophetarum cap. XXIII. pag. 576. tomi VIII. novæ Edit. Paris. Ubi cum plura scripsisset de significatione verbi *creare* denotantis & facere, gignere, constituere, & his similia; subiungit: *quod autem Græci appellant* κτίζειν, *hoc nostri aliquando creare, aliquando constituere, aliquando condere interpretantur, quod sæpissime idem significat in illis litteris, quod est facere*. Hac sola, eaque expeditissima animadversione eludi facile possunt omnes cavillationes, quas Ariani moliuntur ex eo Proverbiorum loco, ubi sapientia ait, *Dominus creavit me* &c.

nationem referuntur. Propterea quæ propinquiora sunt, primo loco commemorat: tum antiquiora subiicit. Nam cum citimis hominibus persuadere velit, a carne ducit exordium.
Joan. 1. Quippe Euangelicæ justitiæ viarum initium istud est: *Verbum caro* nobis in Maria *factum est*; anima vero in ipsius carne fundata: ut quæ superiora sunt, posteriora demonstret. Cæterum e Paterno sinu cælitus allapsum in terras fuisse dicimus: quandoquidem ad nos postea se contulit, suam ut omnem administrationem perficeret. Quocirca Verbum creatum non fuit: Minime id vero: neque quicquam tortuosum & obliquum ullam in rem nobis scriptura proposuit.

Illustratur locus ille ex variis Editionibus.

XLIV. Imo vero proprie loqui si velimus, apud Interpretes non ita lectio ista concipitur. Nam Aquila sic reddidit: *Dominus acquisivit me* [1]. Quandoquidem in Hebræo sic legitur *Adonai cananì*. Quod ita uti diximus, interpretari possumus. Sed & nos cum de susceptis liberis agimus, acquisitos ab aliquo esse dicere solemus. Qui quidem sensus loci illius sententiam non sic obsignavit, ut alius accommodari nequeat. Quippe eadem illa; *Adonai cananì*, explicari hoc modo possunt: *Dominus quasi pullum genuit me* [2]. Hinc Petrus diserte his verbis
Act. 2. 36. illud expressit: *Hunc Jesum, quem vos crucifixistis*. Non dixit Deum Verbum cælitus allapsum, sed eum qui carne constat, quam ex cælo descendens Verbum in Mariæ utero genitam sibi copulavit: hunc, inquam, ita dictum propter hominis assumptam a Domino naturam. Siquidem & ad eam quod in-
1. Pet. 3. 18. terfectum dicitur, debet referri; ut Petrus testatur: *Mortificatus* inquit, *carne; vivificatus autem spiritu*. Item: *Chri-*
1. Pet. 3. 21. *sto igitur pro nobis carne passo*. Tum illud: *E quibus Christus*
Rom. 9. 5. *secundum carnem*, ait Apostolus. Quin & Salvator ipse in
Jo. 8. 40. Euangelio dicebat. *Nunc autem interficere me vultis, hominem*
Jo. 15. 15. *qui vera dixi vobis. Et audivi a Patre*. Quibus verbis & perpessionem ab humana esse natura, & naturalem Patris Filium e cælo lapsum, scire se demonstrat. Cui quidem sententiæ
1. Tim. 2. 5. Apostolus Paulus suffragatur his verbis: *Unus Deus, unus Me-*
Phil. 2. 6. *diator Dei & hominum, homo Jesus Christus. Qui non rapinam arbitratus est æqualem se esse Deo: sed seipsum exinanivit, formam servi accipiens*. Vides ne uti se hominem esse, non tamen nudum simplicemque docuerit? Nam quod *Dei & hominum Mediator* dicitur, idcirco dicitur, quod utriusque partis ita seque-

Christus quomodo sit Mediator.

τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν πληροῦται. καὶ διὰ τοῦτο τὰ ἐγγύτερα πρῶτον λέγει, καὶ τὰ ἀρχαιότερα ὕστερον διηγεῖται. πεῖσαι γὰρ ἀνθρώπους τοὺς ἐγγύτατα βουλόμενος ἀπὸ σαρκὸς ἄρχεται. ἀρχὴ γὰρ ὁδῶν τῆς δικαιοσύνης τοῦ Εὐαγγελίου τὸ σὰρξ ἡμῖν ὁ Λόγος ἐν Μαρίᾳ ἐγένετο. ψυχή τε ἐν τῇ αὐτῆς σαρκὶ τεθεμελίωται· ἵνα τὰ ἀνώτερα ὕστερα δείξῃ. λεγόμενον δὲ ἐκ κόλπων Πατρῴων ἀπὸ τῶν οὐρανῶν γενέσθαι ἐπὶ τῆς γῆς· ἐπεὶ ἦλθεν ἡμῖν ὕστερον τὴν πᾶσαν οἰκονομίαν τελέσας. οὐκ ἄρα τοίνυν κτιστὸς ὁ Λόγος, μὴ γένοιτο. καὶ οὐδὲν σκολιὸν ἑρμήνευσεν ἡ θεία γραφὴ εἰς οὐδὲν τὸ παράπαν.

Ἀλλὰ καὶ φύσει παρὰ τοῖς ἑρμηνευταῖς οὐχ οὕτως ἐκδέδοται ἡ λέξις. Ἀκύλας μὲν γάρ φησι· Κύριος * ἐκτίσατό με [1]. ἐπειδήπερ ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ λέγει· ἀδωναΐ κανανί· ὅπερ τοῦτο ἑρμηνεύεται, ὅπερ εἰρήκαμεν. καὶ ἡμεῖς δὲ κατὰ τὴν συνήθειαν λέγομεν περὶ τῶν γενομένων, ἐκτίσατο τέκνα, ἀλλ' οὐδὲ οὔπω τὴν δύναμιν τῆς ἑρμηνείας ἐσφράγισε. τὸ γὰρ ἀδωναΐ * κανανί, καὶ οὔπω δύναται ἑρμηνεύεσθαι, [2] Κύριος ἐνόσσευσέ με. καὶ διὰ τοῦτο ὁ Πέτρος σαφῶς διαγορεύει λέγων· τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. οὐκ εἶπε τὸν ἄνωθεν Θεὸν Λόγον, ἀλλὰ τοῦτον τὸν ὄντα τὴν σάρκα, τὴν τῷ ἄνωθεν Λόγῳ ἐν γαστρὶ Μαρίας συνειλημμένην. τοῦτον δὲ λεγόμενον διὰ τὸν ἀπὸ Μαρίας κυριακὸν ἄνθρωπον· ἐν τούτῳ γὰρ καὶ τὸ * ἀποκτιζόμενον πληροῦται, ὥς φησι Πέτρος· θανατωθεὶς σαρκί, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. καὶ πάλιν· Χριστοῦ οὖν ὑπὲρ ἡμῶν παθόντος σαρκί. καὶ πάλιν· ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὥς φησι Παῦλος. καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἔλεγεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· νῦν δέ με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον, ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα, καὶ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός, ἵνα δείξῃ τὸ πάθος ἀπὸ τῆς ἀνθρωπότητος, αὐτὸν δὲ * εἰδέναι φυσικὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς ἀπὸ τοῦ ἄνωθεν, συνᾴδει δὲ καὶ τούτῳ τῷ λόγῳ φάσκων ὁ ἅγιος Ἀπόστολος Παῦλος· εἷς Θεός, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Ἰησοῦς Χριστός· ὃς οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. ὁρᾷς ὡς ἄνθρωπον αὐτὸν ἀπεφήνατο, ἀλλ' οὐ ψιλόν; τὸ γὰρ με-

σίτης

* For. ἐκτήσατο, ut & postea ἐκτήσατο τέκνα.

* For. κανανί.

* For. ἀποκτεινόμενον.

* For. εἶναι.

1. Repete quæ monuimus supra ad notationem (1.) pag. 99.

2. Κύριος ἐνόσσευσέ με. Eam Epiphanii interpretationem, quam habemus & in Panario ad Hæresim LXIX. num. XXV. rejicit Petavius libro de Incarnatione II. cap. I. num. II. An jure vel injuria, statuant alii. Satis nobis esto sanctum Hieronymum consulere in eo Epistolæ illius loco, quem laudavimus superiori adnotatione (1.) pag. 99.

sequester sit; ut ad Patrem comparatus, natura Deus sit ac legitimus ab eo genitus: ad homines porro si referatur, naturalis homo sit, & ex Maria legitimus sine ullo viri satu susceptus. Ita quippe Dei hominumque Mediator est, qui cum esset Deus, homo factus est; non natura mutatus, sed utraque patre medius ambos inter, ac velut interpres.

Solvitur Haereticorum obiectio. XLV. Sed imperite rursus obiiciunt: Vides *non rapinam arbitratum esse aequalem se esse Deo*? Sed inanissimi hominis appellationis ipsius prorsus ignari sunt. Nam non dixit: Noluit rapina illa aequalis esse Deo: sed, *Non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo*. Hoc est natura se Deum esse, quod erat re ipsa. Nisi enim esset, quomodo *Servi formam indueret*? Quomobrem Apostolus quod recentius ac posterius erat, indicare voluit, ac rei magnitudinem non sine ingenti admiratione monstravit. Quippe tametsi Deo esset aequalis, seipsum nihilominus exinanivit, servi formam induens: non ut quod liberum erat, servituti subiiceret; sed ut in ea forma quam sibimet imposuerat, obsequentes sibi servos in libertatem assereret. Sane quidem vel Judaeorum testificatione constat, nihil illum veritum fuisse, neque dubitasse aequalem se Deo profiteri. *Io. 7.29.* Adeoque confidentius etiam id hisce verbis ostendit. *Nisi dixero, ero perinde ac vos mendax*. Hinc illi sic ipsum alloquuntur: *Io. 10.33.* *Propter bonum opus non interficimus te: sed quod homo cum sis, teipsum facis aequalem Deo*. Rursus instant adversarii: *Alia obiectio dissolvitur.* Si quae per tropum de illo dicta sunt fateri convenit, multa tropice scriptura pronunciavit, neque quae aenigmatis more de eo dicta sunt inficiari oportet: quod janua vocatur, lapis, columna, leo, ovis, lucerna, fax, sol, Angelus, vermis, petra, angularis lapis, via, taurus, vitulus, & id genus alia. *Explicantur de Christo tropice dicta.* Nos autem quae in illo figurate dicta sunt impleta non negamus: sed quorsum usurpata illa sint intelligimus. Nam via propterea dicitur, quod per illum ad regnum, & ad ipsum, Patremque pervenimus. Janua, quoniam per illum intramus. Columna, quod ipse fundamentum sit fidei nostrae. Petra, quod immobilis sit. Lapis, fundatum esse significat. Idem vero justitiae Sol est, qui mentes nostras tenebris obductas sua luce collustrat.

XLVI. Tum ita colligunt: cum scriptum sit, creaturam illum esse, etiam de creatura confiteri oportere. Verum ego partem

σίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἐπειδὰν τοῖς ἑκατέροις μεσιτεύει πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ, Θεὸς ὢν φύσει γνήσιος γεγεννημένος· πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους, ἄνθρωπος φυσικὸς, γνήσιος ἐκ Μαρίας δίχα σπέρματος ἀνδρὸς γεγεννημένος. οὕτω γάρ ἐστι μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, Θεὸς ὢν, καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς, οὐ τρέψας τὴν φύσιν, ἀλλὰ καὶ ἑκάτερα πρὸς τὰ ἀμφότερα μεσιτεύων.

Ἀλλὰ καὶ πάλιν ἀμαθῶς φασιν· ὁρᾷς ὅτι οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ; καὶ οὐδὲ τὴν κλῆσιν οἴδασιν οἱ φιλόνεικοι. οὐ γὰρ εἶπεν· οὐκ ἠθέλησε γενέσθαι ἴσος Θεῷ δι' ἁρπαγμοῦ· ἀλλ' οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι ἴσα Θεῷ, τὸ * Θεοῦ εἶναι (* Forte Θεῖον.) φύσει, ὅτι ἦν. εἰ μὴ γὰρ ἦν, πῶς μορφὴν δούλου ἔλαβε; καὶ τὸ πρόσφατον ἐσήμανε, καὶ ἐκ τούτου τὴν ὑπερβολὴν θαυμάζων ἐδείκνυτο, καίπερ ὢν ἴσος Θεῷ, ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών· οὐχ ἵνα τὸ ἐλεύθερον δουλώσῃ, ἀλλ' ἐν ᾗ μορφῇ ἔλαβε τοὺς ὑπακούοντας δούλους ἐλευθερώσῃ. καὶ μαρτυροῦσιν Ἰουδαῖοι ὅτι οὐκ ᾐδεῖτο λέγειν ἴσος Θεῷ, οὐδὲ ἐδίσταζεν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ θαῤῥαλεώτερον οὕτω δεικνύειν ἐν τῷ λέγειν· ἐὰν μὴ εἴπω, ἔσομαι καθ' ὑμᾶς ψεύστης. καὶ διὰ τοῦτο φασὶ πρὸς αὐτόν· δι' ἀγαθὸν ἔργον οὐκ ἀποκτείνομέν σε, ἀλλ' ὅτι ἄνθρωπος ὢν σεαυτὸν ποιεῖς ἴσον Θεῷ. ἀλλὰ φασὶν, εἰ ὀφείλομεν τὰ τροπικὰ αὐτοῦ ὁμολογεῖν, καὶ πολλὰ τροπικὰ εἴρηκεν ἡ γραφή, καὶ οὐ δεῖ ἀρνεῖσθαι τὰ εἰς αὐτὸν αἰνιγματωδῶς εἰρημένα, ὅτι καὶ θύρα κέκληται, καὶ λίθος εἴρηται, καὶ στύλος, καὶ νεφέλη, καὶ λέων, καὶ πρόβατον, καὶ λύχνος, καὶ λαμπὰς, καὶ ἥλιος, καὶ Ἄγγελος, καὶ σκώληξ, καὶ πέτρα, καὶ ἀκρογωνιαῖος, καὶ ὁδὸς, καὶ ταῦρος, καὶ μόσχος, καὶ τὰ τοιαῦτα δηλονότι. καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀρνούμεθα τὰ εἰς αὐτὸν αἰνιγματωδῶς πεπληρωμένα. οἴδαμεν δὲ δι' ἣν αἰτίαν ταῦτα γέγραπται· ὁδὸς, ὅτι δι' αὐτοῦ βαδίζομεν πρὸς τὴν βασιλείαν, πρὸς αὐτὸν, καὶ τὸν Πατέρα· θύρα δὲ, ὅτι δι' αὐτοῦ εἰσερχόμεθα· στύλος, ὅτι αὐτός ἐστι τῆς ἡμετέρας πίστεως ἑδραίωμα· πέτρα, διὰ τὸ ἀμετακίνητον· λίθος, τὸ τεθεμελιωμένον· ἥλιος δικαιοσύνης, ὁ καταυγάσας τὰς ἡμετέρας σκοτισθείσας διανοίας.

Εἶτά φασιν, ὅτι γέγραπται περὶ αὐτοῦ ὅτι κτίσμα ἐστὶν, ὁμολογεῖν δεῖ καὶ τὸ κτίσμα; ἰδοὺ κἀγὼ διηγησάμην μέρος τι

partem aliquam usuum illorum exposui, qui ex istis ænigmatum involucris in nos redundarunt. Dicant igitur ecquis tandem translatæ illius significationis usus esse possit, si creatura nominetur? nam Janua quidem nonne merito dicitur, quasi nobis introitum, utilitatemque præbeat: Via porro, ut per illam incedentes nequaquam aberremus. Creatura vero cur tandem nobis factus esse dicitur? aut quid ea res utilitatis afferet? Imo vero arrogans ille ac pertinax inquit: Nisi enim creaturam illum esse fatebere, affectionem quandam Patri tribues. Quisquis enim generat, affectionibus est obnoxius: nam contrahitur, aut collatatur, aut expanditur, aut profluit, aut mole distenditur, aut ejusmodi aliquid experitur. Apage tam sceleratam falsamque sententiam. Quis enim hæc de Deo cogitare audeat? aut quæ opinionis temeritas eo possit pertingere? ne Dæmonum quidem ullus hæc, opinor, cogitabit. Ac quisquis Patrem confitetur, revera Filium ab eo credit esse genitum. Non enim mole atque amplitudine porrigitur Deus, neque corpore parturit, ut omnia illa sustineat. *Spiritus Deus est*. Spiritus vero nullum omnino profluvium, neque sectionem neque contractionem, aut imminutionem, neque expansionem, vel aliud quicquam hujus generis admittit. Ergo quatenus spiritus est Pater; Deum Filium spiritaliter progenuit, sine ullo tempore, eo modo qui comprehendi non potest, quique initii sit omnis expers.

Jo 4. 24.

XLVII. Sed ut iis qui animo ista versant, facilius persuadere possimus; dicam aliquid, quod etsi nequaquam simile sit, in similibus tamen rebus ad improbam illorum tergiversationem refellendam valet. creata quippe res omnis infinite ab Domini sui majestate distat. Igitur plerique in solitudine igne carentes, vitreum vas aqua complent: tum materiam aliquam adhibentes quæ ignem facile concipit, puta e lino, vel stuppa conflatam, solis radiis exponunt. Ii per vitrum in subjectam materiam lumen immittunt: quæ statim e Solis igne flammam concipit, & exardescit. Utrumnam ergo illa substantiæ participatione aliquid de Sole præciditur? an vero deficit? an imminuitur? Nequaquam, inquiunt. Quare, si nihil creaturæ detrahitur; quanto magis infinitus ille, incomprehensus & incontaminatus Deus, e se ipso gignens cum sit spiritus Deum Verbum, qui nec oratione declarari, nec intelli-

Similitudine declaratur Divina Verbi generatio.

τῶν χρήσεων τῶν διὰ τῶν αἰνιγμάτων αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς πεπληρωμένων. εἴπωσιν ἡμῖν ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν κτίσμα, τί χρησιμεύει; οὐ θύρα εἰκότως εἴρηται τροπικῶς, ἵνα γένηται εἴσοδος ἡμῖν καὶ ὠφέλεια; καὶ ὁδὸς, ἵνα δι' αὐτοῦ βαδίζοντες μὴ πλανηθῶμεν; κτίσμα διὰ τί ἡμῖν γίνεται; τί ἡμᾶς ὠφελεῖ; ναὶ, φησὶ ὁ κενόδοξος φιλονεικῶν· εἰ μὴ γὰρ αὐτὸν εἴπῃς κτίσμα, τῷ Πατρὶ πάθος περιτίθης. πᾶς γὰρ γεννῶν (πάθη) * πάθη περιβέβληται· ἢ γὰρ συστέλλεται, ἢ πλατύνεται, ἢ ἁπλοῦται, ἢ * ἀποῤῥοίη, ἢ ὀγκοῦται, ἢ τι τῶν τοιούτων. φεῦγε τῆς τοιαύτης διανοίας πονηρᾶς οὔσης, καὶ οὐκ ἀληθευσάσης. τίς ταῦτα περὶ Θεοῦ διανοηθήσεται; ποία δὲ ὑπόνοια τοιαῦτα τολμήσει; δηλονότι οὐδεὶς οὐδὲ τῶν δαιμόνων τοιοῦτον διανοηθήσεται. κἂν τις ὁμολογεῖ τὸν Πατέρα, πιστεύει αὐτὸν τὸν Υἱὸν ἐν ἀληθείᾳ γεγεννηκέναι. οὐ γὰρ ὄγκοις περιφέρεται τὸ θεῖον, οὐδὲ σῶμά ἐστιν ἔγκυον, ἵνα ὑπομείνῃ τὰ προειρημένα· πνεῦμα γὰρ ὁ Θεός. πνεῦμα δὲ ῥύσιν οὐχ ὑφίσταται, οὐ τομὴν, οὐ * στολὴν, οὐ μείωσιν, οὐχ ἅπλωσιν, οὔτε τι τῶν τοιούτων. καθὸ τοίνυν ὁ Πατὴρ πνεῦμά ἐστι, τὸν Υἱὸν Θεὸν Λόγον γεγέννηκε πνευματικῶς, ἀχρόνως, ἀκαταλήπτως καὶ ἀνάρχως.

* Reg. vi- su, πάθει.
* Cor. ἀ- ποῤῥίη.
* Fort. συ- στολήν.

Ἵνα δὲ οὕτως πείσωμεν τοὺς ταῦτα νοοῦντας, οὐχ ὅμοια μὲν φάσκοντας, ἀφ' ὁμοίων δὲ τῶν αὐτῶν ἀποστρέφοντες καλὴν ἀπολογίαν, εἴπωμεν. κτίσμα ἐστὶ τὸ ἀπείρως καὶ μυριοπλασίως τοῦ αὐτοῦ δεσπότου ἀποδέον. καὶ πολλοί τινες ἐν ἐρήμῳ ἐνδεόμενοι πυρὸς, γεμίσαντες ὕδωρ ἐν ἄγγει ὑελίνῳ, καὶ ὕλην προσενέγκαντες ἀθηρολόγιστον ἐκ λίνου ἢ ἐκ στυππείου πεποιημένην, ἵστανται ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου τῆς μαρμαρυγῆς, ἀπὸ τῆς ὕελου καταυγαζούσης εἰς τὴν ὑποκειμένην ὕλην, καὶ εὐθὺς ἀπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ ἡλίου λαμβάνεται, καὶ ἐξάπτει τὸ πῦρ. ἆρα τέμνεται ὁ ἥλιος διὰ τῆς μετοχῆς τῆς οὐσίας; ἆρα ἐνέλειψεν; ἆρα μεμείωθη; οὐχί φασιν. εἰ τοίνυν κτίσμα ὢν οὐκ ἐμειώθη, πόσῳ γε μᾶλλον ὁ ἄπειρος καὶ ἀκατάληπτος καὶ ἄχραντος ὢν Θεὸς, ἐξ ἑαυτοῦ γεννήσας πνεῦμα ὄντα Θεὸν Λόγον, ἄφραστόν τε ἀκατάληπτον καὶ ἄφθαρτον ἐν ἀφ-

telligentia comprehendi potest & incorruptus est, eundem ipsum sine ulla corruptela genuit ac sine affectione vel sectione vel diminutione; sed perfectus, perfectum, perfecteque produxit? Ac natura quidem ignis plures ab una lucernas accendit; neque prima minuitur. verum potest eadem substantia pluribus e particularibus conflari, puta lucernis, aut facibus. Sed non eadem Divinitatis est ratio. non enim postea Verbum accessit, & cum Patre coaluit. sed Pater, Pater est: & Filius, Filius; & Spiritus sanctus, Spiritns sanctus.

Ridicula Manis opinio. XLVIII. Stultum enim est quod a [1] Manichæis proponitur; animas ex opinione Manis a columna ignis exortas unum corpus efficere, ac deinceps corporibus exsolutas una rursus reformari substantia in unam illam columnam scilicet, ut nugaces illorum fabulæ commemorant. Sed longe contraria omnia docet Euangelium. ubi quinque panes fregisse legitur, ac totidem saturasse millia, nec reliquias abjecisse: sed *Collegite*, inquit, *ut nihil fragmentorum relinquatur: & collegerunt duodenos cophinos*. Itaque in corbes contulerunt: neque tamen fragmenta rursus integros in panes cujusmodi erant antea, conflare voluit: totam, inquam, illam copiam congesserunt; sed ut plures essent reliquiæ in unam cophinorum congeriem collectæ. Quanquam ejusmodi allegoriam ita proposuimus, non ut cum eo de quo modo agimus, porsus conveniat. Quod idem & de superiore illo Solis exemplo sentiendum est: non enim panes animas esse dicimus aut fragmenta. absit ut illud existimemus. sed neque Deum cum Sole quem ille condidit, exæquare volumus, nec Unigenitum cum Solis illo fulgore qui in stuppam immittitur. Sed in eo tamen nonnihil est simile, quod animæ illæ progenitæ nequaquam in unum confusæ coalescunt, sed in plures Dei mansiones distribuuntur: de quibus scriptum est: *Multa mansiones apud Patrem*: nec in unum clivum coacervatæ sunt; sed singillatim quæque numeratur. Ita cum Deum dicimus unicum genuisse Filium, non idcirco affectionem illi tribuimus, ut contumeliosa in Deum illorum fert opinio. Quicunque generat, affectione aliqua laborat. Unde ex illorum asseveratione neque creatura, neque genita soboles pronunciandus est Filius, ut ne laborare Deum, aut aliquid perpeti fateamur. Undenam igitur Filium invenimus esse dictum, aut cur Dei sibi appellationem vendicat? Nam isti omnes

Jon. 6. 12. *Jo. 14. 2.*

θαρσίᾳ ἐγέννησεν, οὐ διὰ πάθους, οὐ διὰ τομῆς, οὐ δι' ἐλλείψεως. ἀλλὰ τέλειος τέλειον ἐν τελειότητι; καὶ ἡ μὲν τοῦ πυρὸς φύσις πολλοὺς λύχνους ἅπτει ἀπὸ ἑνὸς, καὶ ὁ πρῶτος ὑπάρχων οὐκ ἐμειώθη. πάλιν δὲ δύναται ἡ αὐτὴ οὐσία ἐκ πολλῶν μερικῶν εἶναι, φημὶ δὴ λύχνων ἢ λαμπάδων. ἀλλ' οὐχ οὕτω τὸ θεῖον, μὴ γένοιτο. οὐ πάλιν γὰρ ἦλθεν ὁ Λόγος, καὶ συναλοιφὴν τῷ Πατρὶ εἰργάσατο· ἀλλ' ὁ Πατὴρ, Πατήρ ἐστι, καὶ ὁ Υἱὸς, Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, Πνεῦμα ἅγιον.

Μωρὸν γὰρ τὸ παρὰ τοῖς Μανιχαίοις εἰρημένον, [1] ὅτι ἐν τῷ νοῒ τοῦ Μάνη αἱ ψυχαὶ ἀπὸ τοῦ στύλου τοῦ φωτὸς γινόμεναι ἐν σώμασί εἰσι. καὶ λυόμεναι ἀπὸ τῶν σωμάτων, αὖθις ἀναπλέκονται τῇ μιᾷ οὐσίᾳ ὡς εἰς τὸν ἕνα στύλον, κατὰ τὸ μυθῶδες αὐτῶν τοῦ πλάσματος. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔδειξε τὸ Εὐαγγέλιον. ἀλλ' ἔκλασεν ἀπὸ πέντε ἄρτων, καὶ ἐχόρτασε πεντακισχιλίους, καὶ οὐκ ἀφῆκεν αὐτῶν τὰ περισσεύματα· ἀλλὰ συναγάγετε, φησὶ, καὶ μηδὲν ἀπολίπητε τῶν κλασμάτων· καὶ συνήγαγον δώδεκα κοφίνους· καὶ εἰς τὰς μὲν θήκας ὁμοῦ συνήγαγον, τὰ δὲ κλάσματα αὖθις οὐκ εἰς συνάφειαν ἄρτων ὡς ἦσαν ἐποίησε. συνήγαγον μὲν τὸ πλῆθος, ἀλλ' εἰς πολλὰ κλάσματα, εἰς μίαν δὲ συναγωγὴν ἔδειξε κοφίνων. καὶ οὐ καθ' ὑπόθεσιν θεωρίας ἡμεῖς τοῦτο ἠλληγορήσαμεν, καὶ τὸ προειρημένον τοῦ ἡλίου ὑπόδειγμα. οὐ γὰρ τοὺς ἄρτους ψυχὰς λέγομεν, οὔτε κλάσματα, μὴ γένοιτο· οὔτε τὸν Θεὸν ἐξισοῦμεν τῷ ἡλίῳ ὑπ' αὐτοῦ ἐκτισμένῳ, οὔτε τὸν Μονογενῆ αἴγλῃ τῇ ὑπὸ τοῦ ἡλίου εἰς τὸ στυππεῖον πεμπομένῃ. κατὰ δὴ τὸ ὅμοιον καὶ ψυχαὶ αἱ γεννηθεῖσαι οὐ συνάπτονται εἰς μίαν συναλοιφὴν, μὴ γένοιτο, ἀλλ' εἰς τὰς τοῦ Θεοῦ μονὰς τὰς γεγραμμένας, ὅτι πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί· οὐκ εἰς ἕνα δὲ βουνὸν γινόμεναι, ἀλλ' ἑκάστου ἰδιαζόντως * ἀριθμουμένους. οὐδὲ ἐν τῷ λέγειν γεγεννηκέναι τὸν Θεὸν τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν, πάθος αὐτῷ προσάπτομεν, κατὰ τὴν ἐκείνων κακὴν βλασφημίαν. πᾶς γὰρ γεννῶν ἐμπαθῶς κάμνει· καὶ οὐ χρὴ οὔτε κτίσμα λέγειν οὔτε γέννημα, κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον, ἵνα μὴ δῶμεν Θεὸν κάμνοντα ἢ πάσχοντα. πόθεν οὖν ἔγραμεν τὸν Υἱὸν, ἢ διὰ τί ὄνομα Θεοῦ ἔχει; οὗτοι δὲ συλλογισμοὶ ἀνθρώπων, καὶ ἀπὸ

γηίνων

* For. ἀριθμουμένου.

1. Quo jure dici possit insanam illam opinionem docuisse Manetem, quove sensu, colligi facile potest vel ex ipso Epiphanio de Haeresi LXVI. in Panario agente, numeris VIII. & IX. Vel ex S. Augustini adversus Manichaeos Scriptis: ex aliis insuper veteribus qui eam impugnarunt haeresim. Vel etiam, & quidem facilius, ex iis quae coëgit Tillemontius in Articulo primo de Manichaeis iisdem agens H. E. tomo IV. pag. 367. & sequent. Hisque adde si lubeat, quae Baronius habet ad annum CCLXXVII.

omnes ab hominibus excogitati syllogismi sunt, & ab humana sapientia profecti. Affectiones vero nostras in Deum transferre nefarium ac sacrilegum est: cum Deus disertis verbis
Es. 55. 9. asserat: *Non quales sunt cogitationes vestræ, cogitatio mea est.* Item: *Non sicut homo, ita & Deus.*

XLIX. Desinant itaque contumeliis istis Divinum onerare
Matth. 17. 5. Numen: & quid sentiendum sit, ex eo Patris sermone condiscant. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi placui.* Rursus
Matth. 12. 18. vero tanquam apud cunctantes: *Tu es*, inquit, *Filius meus*
Cant. 5. 10. *dilectus quem elegi*: & ut in Canticis legimus, *Electus e millibus*. Undenam ergo habita illa est electio? dicant si possunt. Nam quod, *Elegi*, dixit, absurdi homines existimant ut Filius appellaretur, quadam Dei gratia ac beneficio esse, non natu-
Multi Dei filii gratia, sed unus natura. ra consecutum. Ostendant aliquem, qui similis hujus extiterit: ut probatis ac periclitatis omnibus illum delegerit. Profecto si unigenitus est Filius, æqualis huic esse nemo potest,
Psal. 88. 7. aut cum eo comparari qui *similis Filio sit in filiis Dei*. Ejusmodi quippe gratia filios Scriptura commemorat, quorum nemo cum illo qui naturalis Filius est adæquari possit. Siquidem manifestum est unde electus sit, & unde electio habeatur. Infinita enim erant in terris millia: ex quibus Maria sola *gratiam invenit*: ex qua propterea sanctissimam suam carnem elegit, *in qua sibi placuit*. Quemadmodum David ex Apostolorum persona loquitur qui in Dominum crediderant, ejusque
Ps. 46. 5. gratiam nationibus exteris prædicabant: *Quoniam subjecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris; speciem Jacob quam dilexit*, hoc est sinceram ejus speciem, ac totius Jacobi pulchritudinem nempe carnem illam, quam e Maria per Spiritum sanctum sibi delegit. Ejusmodi Incarnationis Mysterium Joanni Baptistæ e cælo Pater ostendit: Pater enim in Christi adventu in carne, sibi placuit. Nam Divinitas infinitam quandam naturæ habet amplitudinem.

L. Cæterum Apostolus eundem *dilectionis* appellat *Filium*:
Col. 1. 13. *Qui liberavit nos*, inquit, *e potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ*. Cujus dictionis vim ignorantes, quadam progressione charitatis Dei Filium extitisse censent: neque loci illius cum altero comparationem imperiti homines intelligunt. Nam alio in loco sic Apostolus loquitur: *Deus dilexit nos in Christo*. Vere enim Filius dilectus est, Unigeni-

tus

γηΐνων φρονημάτων ὁρμώμενοι. τὰ γὰρ ἡμῶν πάθη τῶν ἀνθρώπων εἰς Θεὸν ἀθέμιτόν ἐστι λογίζεσθαι, τοῦ Θεοῦ σαφῶς λέγοντος· οὐχ ὡς αἱ διάνοιαι ὑμῶν ἡ διάνοιά μου. καὶ πάλιν· οὐχ ὡς ἄνθρωπος, οὕτω καὶ Θεός.

Τοίνυν παυσάσθωσαν ἀπὸ τῆς βλασφημίας, καὶ μαθέτωσαν παρὰ τοῦ Πατρὸς τοῦ λέγοντος· οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.[1] πάλιν ὡς ἐπὶ μελλόντων λέγει. * εἰ γὰρ ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ὃν ἐξελεξάμην. καὶ τότε ἐν τοῖς ᾄσμασιν, ἐκλελογισμένος ἀπὸ μυριάδων. πόθεν οὖν ἐκλογὴ γίνεται, λεγέτωσαν. νομίζουσι γὰρ οἱ ληρώδεις ἐν τῷ εἰπεῖν, ἐξελεξάμην, κατὰ χάριν αὐτὸν υἱὸν καλεῖσθαι, καὶ οὐ κατὰ φύσιν. δειξάτωσαν τίς αὐτῷ ὅμοιος, ἵνα τοὺς πάντας δοκιμάσας, ἐκεῖνον ἐκλέξηται. εἰ γὰρ Υἱός ἐστι μονογενὴς, οὐκ ἔστι τις ἴσος αὐτοῦ, οὔτε ἀντιπαράθετος ὅμοιος ὢν τῷ Υἱῷ ἐν υἱοῖς Θεοῦ. τούτους γὰρ οἶδε κατὰ χάριν, ἐκεῖνον δὲ μὴ δυνάμενόν τινα ἐξισοῦσθαι, τῷ εἶναι αὐτὸν φυσικῶς υἱόν. φανερὸν γὰρ πόθεν * ἐκλελογισμένον, καὶ πόθεν ἐκλογή. ὅτι πολλαὶ μυριάδες ἐπὶ τῆς γῆς ἦσαν, καὶ Μαρία μόνη εὗρε χάριν, καὶ ἐν αὐτῇ ἐξελέξατο τὴν ἁγίαν σάρκα. * διὰ τοῦτο ἐφ' ἣν ηὐδόκησεν, ὡς καὶ Δαβὶδ λέγει ἐκ προσώπου τῶν Ἀποστόλων τῶν εἰς τὸν Κύριον πεπιστευκότων, καὶ κατὰ χαρᾶς τοῖς ἔθνεσι τὴν αὐτοῦ χάριν ὑποδεικνυόντων· ὅτι ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν, τὴν καλλονὴν Ἰακὼβ ἣν ἠγάπησε. τουτέστι τὸ ἀκραιφνὲς τῆς καλλονῆς αὐτοῦ, ὅλου τοῦ Ἰακὼβ τὴν καλλονὴν, τὴν σάρκα τὴν ἀπὸ Μαρίας διὰ Πνεύματος ἁγίου ἐκλελεγμένην· τὸ πρόσωπον τῆς οἰκονομίας τῆς σαρκὸς πρὸς Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ἔδειξεν ἄνωθεν ὁ Πατήρ· ηὐδόκησε γὰρ ὁ Πατὴρ ἐν τῇ ἐνσάρκῳ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ· ἡ δὲ θεότης ἀπείρως ἔχει τῆς φύσεως.

* For. οὐ εἶ.

* For. ἐκλελογισμένος

* For. σάρκα διὰ τοῦτο, ἐφ' ᾧ.

Λέγει δὲ αὐτὸν ὁ Ἀπόστολος καὶ υἱὸν ἀγάπης· ὃς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς, φησὶ, ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους, καὶ μετέστησεν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ. καὶ (οἱ νοοῦντες) ἐνταῦθα, μὴ νοοῦντες τὴν λέξιν, κατὰ προκοπὴν ἀγάπης Θεοῦ εἶναι τὸν Υἱόν φασι· καὶ οὐκ ἴσασιν οἱ ἀμαθεῖς τὴν ἀντιπαράθεσιν τοῦ Λόγου. ἐν ἄλλῳ γὰρ τόπῳ φησὶν ὁ Ἀπόστολος· ὅτι Θεὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς ἐν Χριστῷ.

ἀληθῶς

1. Πάλιν ὡς ἐπὶ μελλόντων. Non satis explicata est mihi hujus loci sententia. Mox pro, καὶ τότε ἐν τοῖς ᾄσμασι, fort. κατὰ τὰ ἐν τοῖς. Petavius.

tus ille: quoniam dilectio est Pater, dilectio Filius, & a dilectione est orta dilectio. Quamobrem *dilectionis Filius* est tam propter nos, quam ob ipsum; quod in illo nos dilexerit, & unicum Filium suum pro nobis tradiderit. Non igitur in opere moliendo fatigatur, neque gignens patitur. Desinant istiusmodi contumelias in perniciem suam frustra coniicere. Si creatus est Filius, non est adorandus; quæ est istorum oratio. Quippe stultum est creaturam ullam adorare, ac primum illud violare præceptum. *Audi Israel; Dominus Deus tuus; Dominus unus est*. Proinde sanctum Dei Verbum, cum sit adorandum, creatum esse non potest. Adoratum est autem a Discipulis, ab Angelis adoratur in cælo: *Et adorent*, inquit, *eum omnes Angeli Dei*. Item: *Adoret te Domine virtus mea*. Superest unum quiddam ad dicendum, idque perbreve, cui contradici non possit. Proferant enim si quod habeant hostes illi Filii Dei testimonium: ostendantque quonam in loco Pater dixerit: Procreavi mihi Filium, sive in vetere sive novo Testamento; aut ubi Filius dixerit: Procreavit me Pater. Quatuor Euangelia sunt, in iisque [1] capita mille centum & sexaginta duo: in quibus ab initio ad finem tam Filius ipse loquitur, quam cum Filio Pater. Nec usquam tamen Filius dixit, Creavit me Pater: neque Pater ipse, Creavi mihi Filium, vel, Creavi Filium meum.

Filius adorandus, ob idque minime creatus.
Deut. 6. 4.
Deut. 32. juxta LXX.
Juxta X. Canones Eusebii Cæsariensis.

LI. Urget vero pertinax & gloriæ cupidus adversarius. Quid igitur dicis? Nonne corpus videlicet e Maria sumptum asseris? cujusmodi vero Maria fuit? increata an creata? Nos vero creatam fuisse confitemur, atque e viro fœminaque genitam. Quod igitur originem a Maria traxit, cujusmodi tandem esse statuis? num Salvatorem adoras in corpore, an non adoras? Quo tandem pacto non adorem? nisi enim adoravero, vitam non consequar. Ergo, inquiunt, creaturam, hoc est, corpus adoras. Sed eorum qui ita disputant, admirabilis quædam est vecordia. Etenim cum purpuratus Imperator ab omnibus adoratur, utrum purpura, an Imperator adoratur? Profecto Imperator ipse, cum quo purpura illa quam gestat, adoratur. Hanc cum exuerit Princeps, & suo loco reposuerit, non amplius purpurea vestis adoratur. [2] Sæpe numero

Quomodo Christi corpus adoretur.

1 Τέσσαρά εἰσιν Εὐαγγέλια. *Totidem in* κεφάλαια *distributa erant Euangelia quatuor, ut ex Eusebiano Canone constat, quem Hieronymus expressit. Quamquam uno amplius*

ἀληθῶς γὰρ υἱὸς ἀγαπητὸς ὁ μονογενής. ἐπειδὴ ἀγάπη ὁ Πατὴρ, ἀγάπη ὁ Υἱὸς, ἐπειδὴ ἀγάπη ἐξ ἀγάπης ἐστίν. Υἱὸς οὖν ἐστιν ἀγάπης δι' ἡμᾶς καὶ δι' αὐτὸν, ὅτι ἐν αὐτῷ ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ παρέδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν. οὔτε οὖν κάμνει ἐργαζόμενος, οὔτε πάσχει γεννῶν. καὶ μὴ μάτην ἐπισωρεύωσιν ἑαυτοῖς βλασφημίας· εἰ γὰρ κτιστός ἐστιν ὁ Υἱὸς, οὐ προσκυνητὸς, κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον. μωρὸν γάρ ἐστιν * κτίσιν προσκυνεῖν, καὶ ἀθετεῖν τὴν πρώτην ἐντολὴν τὴν λέγουσαν· ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου κύριος εἷς ἐστιν. οὐ κτιστὸς τοίνυν ὁ ἅγιος Λόγος, ὅτι προσκυνητός. προσεκύνησαν αὐτῷ οἱ μαθηταί· προσκυνοῦσιν αὐτῷ Ἄγγελοι ἐν οὐρανῷ· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες Ἄγγελοι Θεοῦ· καὶ, προσκυνησάτω σε κύριε ἡ ἰσχύς μου. ἓν δὲ πρᾶγμα ἐστὶ ῥητὸν καὶ σύντομον καὶ ἀναντίθετον, ᾧ τις ἀντειπεῖν οὐ δύναται· εἰ ἔχουσι μαρτυρίαν οἱ ἐχθραίνοντες τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ δεῖξαι, ποῦ εἶπεν ὁ Πατὴρ, ὅτι ἔκτισά μοι υἱὸν, ἐν παλαιᾷ καὶ ἐν καινῇ διαθήκῃ; ἢ ποῦ εἶπεν ὁ Υἱὸς, ὅτι ἔκτισέ με ὁ Πατήρ; [1] τέσσαρα εἰσὶν Εὐαγγέλια, κεφαλαίων χιλίων * ἑκατὸν ἑξηκονταδύο, καὶ ἀπαρχῆς ἕως τέλους ἐλάλησεν ὁ Υἱὸς, καὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Πατὴρ, καὶ οὐδαμοῦ εἶπεν, ἔκτισέ με ὁ Πατὴρ. οὐδὲ ὁ Πατὴρ, ἔκτισά μοι Υἱὸν, ἢ ἔκτισα τὸν Υἱόν μου.

* In Reg. κτίσει: ex quo κτίσιν fecimus pro vitii;

* γρ. ἑκατόν.

Ἀλλά φησιν ὁ φιλόνεικος καὶ φιλόδοξος. τί οὖν λέγεις, τὸ σῶμα τὸ ἀπὸ Μαρίας δηλονότι ἀνειλημμένον; Μαρία δὲ τί; φησίν, ἄκτιστος ἢ κτιστός; κτιστὸς δηλονότι καὶ αὐτοὶ λέγομεν, γεννηθεῖσα ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. τὸ ἀπὸ Μαρίας οὖν τί λέγεις; προσκυνεῖς τὸν Σωτῆρα ἐν σώματι, ἢ οὐ προσκυνεῖς; πῶς οὖν μὴ προσκυνήσω; ἐὰν γὰρ μὴ προσκυνήσω, οὐκ ἔχω ζωήν. ἰδοὺ οὖν κτίσμα προσκυνεῖς τὸ σῶμα. πολλὴ δὲ φρενοβλάβεια τῶν τὰ τοιαῦτα λεγόντων. καὶ γὰρ βασιλεὺς πορφύραν ἐνδεδυμένος, ὑπὸ πάντων προσκυνεῖται, ἆρα ἡ πορφύρα προσκυνεῖται, ἢ ὁ βασιλεύς; εὔδηλον ὅτι ὁ βασιλεύς. συμπροσκυνεῖται δὲ αὐτῷ καὶ ἡ πορφύρα φορουμένη. ἐκδυσαμένου δὲ ταύτην τοῦ βασιλέως, καὶ εἰς τόπον θεμένου, οὐκέτι προσκυνεῖται ἡ πορφυρίς. [2] καθέζεται καὶ ἐν ναῷ

plius apud ipsum sit. Nam Matthaei capita sunt 355. Marci 233 Lucae 343. Ioannis 232. Colliguntur capita 1163. Petavius.

Percurre quae apud Thomasium nostrum leguntur in Sacrorum Bibliorum veteribus Titulis Sectionibus, & Stichometriis, in tomo primo nostrae Editionis. Vide etiam pag. 504. tomi VII. ejusdem nostrae Editionis.

2. Καθέζεται καὶ ἐν ναῷ -Ναός, ut opinor, hic est Augustale, vel quippiam adicula instar, in quo Principis Solium ponitur. Sic ναοὺς Graeci armaria vocant: cujusmodi in atriis erant in quibus gentilitia imagines collocabantur. Hac enim ναΐδια Polybius appellat. Qua notione quidam etiam Act. XIX. 24. scriptum accipiunt. Δημήτριος γάρ τις

mero accidit, ut Imperator in Augustali, suo in solio consideat; ibique qui Imperatorem venerantur, tam ipsum in Augustali, quam solium ipsius adorent. Mox ubi Imperator assurrexerit ac discesserit, nemo Augustale amplius aut solium adorat. Nemo [1] vero adeo insanus est, ut Imperatorem adorare cupiens, ei dicere audeat: Digredere ex illo tuo Augustali ut adorem te. Ita ergo unigenito Filio nemo dixerit: Depone corpus ut adorem te. sed Unigenitum adorat cum corpore, hoc est, increatum illum cum sanctissimo templo, quod sibi adveniens adjunxit. Nemo item Imperatori dicit: Surge ex illo tuo solio, ut te citra solium adorem; sed cum solio Imperatorem adorat. Ad eundem itaque modum cum sepulto excitatoque corpore Christus adoratur.

Alias Templum.

Arianorũ objectio & calliditas.

LII. Atenim obiiciunt: Quid tandem dicis? Volens [2] Pater Filium genuit, an minime volens? Quandoquidem istud asseris: Verbum semper extitit; neque tempus Verbum antecessit. Atqui vel Ariani ipsi, quo facilius illuderent, sine ullo tempore genitum esse Filium dixerunt: neque tamen æternum fateri voluerunt; sed dixerunt fuisse quandoque cum non esset. illud autem *quandoque*, non esse tempus arbitrati sunt. Verum si in eam dictionem diligentius inquiras, facile imperitos istos redarguas. Quippe dictio hæc, *aliquando*, tempus significat: cumque tempus ullum se constituere negent, summam in opinionis absurditatem cum infidelitate conjunctam incidunt. Nam vocibus illis per cavillationem & calumniam abutuntur; & interim mente ac sensu suo Dei Filium vehementer oppugnant: quem a Patris Divinitate penitus alienum perabsurde faciunt. Sed illud quærunt: Volensne genuerit, an minime volens? Si minime volentem dixerimus, Deum necessitati subiicimus; sin volentem dicamus, voluntatem ipsam Verbo priorem

ὀνόματι ἀργυροκόπος ποιῶν ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος: faciens ædes argenteas Dianæ. Petavius.

Planum est eam similitudinem, qua heic utitur S. Epiphanius, in eo deficere, quod admirabilem illam duplicis naturæ, divinæ videlicet & humanæ, unionem, non explicet, qua illæ ὑποστάντως in unam personam uniuntur. Quæ sane unio est ratio veræ adorationis, quæ & Christi corpori debetur.

1. οὐδεὶς οὕτω τὸν ναὸν. De Filio Dei simile aliquid dicere non possumus, eo quod nusquam divinum Verbum dimisit, quod semel assumpsit.

2. θέλων ἐγέννησεν &c. Inania est ac importuna Arianorum, Aëtii potissimum & Eunomii cavillatio, quam & explicare & refellere incipit heic S. Epiphanius. Eandem egregie refellunt & s. Athanasius Oratione iv. & s. Gregorius Nazianzenus Oratione xxxv; & s. Cyrillus Alexandrinus in libro II. Dialogi de Trinitate, & in Thesauri libro VI. & s. insuper Augustinus cum capite primo libri contra sermones Arianorum pag. 625. tomi

πολλάκις βασιλεὺς ἐπὶ θρόνου ἰδίου, καὶ οἱ προσκυνοῦντες προσκυνοῦσι τὸν βασιλέα ἐν τῷ ναῷ τῷ ἰδίῳ καὶ τῷ θρόνῳ. ἐξεγερθέντος δὲ τοῦ βασιλέως, [1] οὐδεὶς οὔτε τὸν ναὸν οὔτε τὸν θρόνον προσκυνεῖ. οὐδεὶς δὲ μεμηνὼς θέλων προσκυνῆσαι τὸν βασιλέα ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ, λέγει τῷ βασιλεῖ· ἔξελθε ἐκ τοῦ ναοῦ σου, ἵνα σε προσκυνήσω. οὕτω γοῦν οὐδεὶς εἴπῃ τῷ Μονογενεῖ· ἆρες τὸ σῶμα, ἵνα σε προσκυνήσω. ἀλλὰ προσκυνεῖ σὺν τῷ σώματι τὸν Μονογενῆ ἄκτιστον σὺν ναῷ τῷ ἁγίῳ, ὃν ἔλαβεν ἐλθών. καὶ οὐδεὶς λέγει τῷ βασιλεῖ· ἀνάστα ἐκ τοῦ θρόνου σου, ἵνα σε προσκυνήσω δίχα τοῦ θρόνου· ἀλλὰ προσκυνεῖ τὸν βασιλέα σὺν τῷ θρόνῳ· ὃ γοῦν καὶ ὁ Χριστὸς προσκυνεῖται σὺν τῷ σώματι τῷ παρέντι καὶ ἐγηγερμένῳ.

Ἀλλά φασι, τί οὖν λέγεις; [2] θέλων ἐγέννησεν ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν, ἢ μὴ θέλων; ἐπειδὴ λέγει, ἦν ἀεὶ Λόγος, καὶ οὐκ ἔνι χρόνος πρὸ τοῦ Λόγου. καὶ τοίγε καὶ αὐτῶν τῶν Ἀρειανῶν πρὸς ἀπάτην τινῶν ἀχρόνως τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ φασκόντων γεγενῆσθαι, μὴ βουλομένων δὲ αὐτὸν ἀΐδιον λέγειν, ἀλλὰ λεγόντων, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν. νομίζουσι δὲ τὸ ποτὲ μὴ εἶναι χρόνον. ἀνεταζομένης δὲ τῆς λέξεως, ἐλέγχεις τοὺς ἀμαθεῖς. τὸ ποτὲ γὰρ λεξικῶς λεγόμενον, χρόνου ἐστὶ σημαντικόν. καὶ λέγοντες τὸ μὴ λέγειν χρόνον, εἰς ἀπορίαν ἐμπίπτουσι τοῦ αὐτῶν φρονήματος ἐν κακοπιστίᾳ. εἰρωνείᾳ γὰρ ταῖς λέξεσι κέχρηνται, τῷ φρονήματι δεινῶς κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐστρατευμένοι, ἀλλότριον παντάπασι τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος ἀπηλλοτριωμένως δοξάζοντες. θέλων οὖν ἐγέννησεν, ἢ μὴ θέλων; ἐὰν εἴπωμεν, μὴ θέλων, ἀνάγκην περιβάλλομεν τὸ θεῖον. καὶ ἐὰν εἴπωμεν ὅτι θέλων, διδόαμεν ὅτι ἦν τὸ θέλημα πρὸ τοῦ Λόγου·

mi VIII. novæ Edit. Parif. tum capite xx. libri xv. de Trinitate pag. 993. ejusdem mox laudati tomi. Omnes tamen inter istos opinione nostra præstare videtur Nazianzenus, qui ea in Oratione, quam laudavimus, ineptum illud *ἐρώτημα* pluribus submovet. *Principio ἐνστάσεις*, instantias adversariis opponendo, & illud præsertim, quod a s. Augustino laudatur indicato nuper in loco libri xv. de Trinitate; a ea sua repetitur in capite primo libri contra sermones Arianorum. Celebrem adeo locum opportune describit Petavius sua in animadversiona ad præsentem s. Epiphanii locum. Ajebat enim Nazianzenus. & post Nazianzenum Augustinus; dum uterque adversarios urgebant: *Sed ut noverint quam inania loquantur, etiam ipsi interrogandi sunt, utrum Deus Pater volens, an nolens sit Deus. Non enim audebunt dicere, nolle se esse Deum. Si ergo responderint, quod volens sit Deus, eo modo illis inferenda est vanitas sua, qua dici potest prior illo esse voluntas ejus; quo quid dicitur stultius?* Hisce interrogationibus postquam fatigatus ad inelta redegerat adversarios, orationem suam convertit Nazianzenus ad illas rationes, quibus directe eorum impetit insaniam. Etiam si permittatur voluntate genitum esse a Deo Patre Filium, non tamen sequitur voluntatem illam fuisse aliquo tempore, vel momento, vel instanti priorem. At Verbi divini generatio inscrutabilis, ineffabilis est; omnem vincit humanæ mentis vim: ipsum etiam superat Angelorum, sublimiumque Virtutum captum ac eximiam licet intelligendi vim. Ipsum vide Nazianzenum.

rem statuimus; ac tametsi vel punctum temporis, aut momentum horæ definiamus, pars illa quamvis exigua tempus aliquod Verbum antecessisse significat: atque ita in illorum opinionem compellimur. At si minime volentem genuisse velimus: consequens est naturæ necessitate Deum esse, non libertate voluntatis inductum. Atqui horum neutrum in Deum convenire potest, quicquid, homo vanissime, suspiceris. nam apud Deum nequaquam hæc esse possunt. Quamobrem neque volens genuit, neque minime volens, sed quadam [1] naturæ præstantia. Quippe Divina natura consilio est omni superior, neque tempore circunscribitur, neque necessitate cogitur. In nobis quidem promptum nihil est & expeditum, propterea quod aliquando non fuimus. Unde deliberare antea solemus, deinde quod facere volumus exsequimur: alioqui nisi consilium ceperimus, nondum existit id quod nondum a nobis est factum. Apud Deum e contrario perfecta omnia planaque sunt, omniaque in ipso completa. Ac neque minime volens neque volens sanctum Verbum Deumque, quod ab æterno est, & a se ipso genitum, produxit, sed excellenti quadam & inexplicabili naturæ conditione ac præstantia.

Solvitur Arianorũ cavillatio.

LIII. Ego vero vehementer illud admirari soleo o fidei & Ecclesiæ filii! dum illud apud me cogito, quam temere ea quæ vera propriaque sunt, in aliena; & quæ per tropum & allegoriam usurpata sunt, in propria per summum errorem pertinaces Hæretici commutare soleant. Etenim quod genitum esse Verbum dicitur, quodque proprie huic & natura convenit, id ipsum negant, ac productum esse dicunt, tanquam eorum quæ gignuntur, unum: procreandi vero vocabulum quod a Divinitate ipsius alienum est, si alicubi fortasse per allegoriam dictum est, proprie vereque accipiendum existimant: quod autem verum est, id subtrahere conantur: veluti quod Isaias dixit; *Vidi Dominum exercituum*. Item: *Apparuit Dominus Moysi*. Tum: *Apparuit Dominus Abraamo*. Et, *Vidit Daniel per visum Antiquum dierum*. Apparuit Dominus Ezechieli, & dixit: *Vidi speciem Dei*. Hæc omnia usque adeo negant, ut Prophetas mendacii coarguant, ad idque Euangelii testimonio nituntur, quo Salvator ipse dixit docens: *Deum nemo vidit unquam*. Atqui Prophetæ vidisse se narrant. necesse est igitur aut unicum Dei Filium, aut Prophetas esse mentitos. Quam-

Esa. 6. 5. Gen. 12.7. Dan. 7. 9. Jo. 1. 18.

κἂν τι ἄτομον καὶ ῥιπὴ πολλοστημόριον ὥρας εἴη, τὸ πολλοστημόριον χρόνου ἐστὶ σημαντικὸν πρὸ Λόγου, καὶ πάλιν παρεμπίπτομεν τῷ λόγῳ αὐτῶν. καὶ ἐὰν εἴπωμεν ὅτι οὐ θέλων ἐγέννησεν, ἄρα ἀνάγκῃ φύσεως ἤχθη τὸ θεῖον, καὶ οὐκ ἐλευθεριότητι θελήματος. οὐκ ἔστι δὲ τούτων οὐδὲν εἰς Θεὸν, ὡς ὑπολαμβάνεις, ὦ κενόδοξε. παρὰ Θεῷ γὰρ ταῦτα οὐκ ἔστιν. οὔτε θέλων τοίνυν ἐγέννησεν, οὔτε μὴ θέλων, ἀλλ' [1] ὑπερβολῇ φύσεως· ὑπερβαίνει γὰρ ἡ θεία φύσις βουλὴν, καὶ οὐχ ὑποπίπτει χρόνῳ, οὔτε ἀνάγκῃ ἄγεται. ἐν ἡμῖν γὰρ οὐδέν ἐστιν ἕτοιμον, ὅτι οὐκ ἦμεν ποτε· καὶ πρῶτόν τι βουλόμεθα, ἔπειτα ποιοῦμεν ὃ πράττομεν, ἢ μὴ βουλομένων ἡμῶν οὐκ ἔστιν ὃ μηδέπω παρ' ἡμῶν πέπρακται· παρὰ δὲ Θεῷ πάντα τέλεια καὶ λεῖα, καὶ πάντα ἐν αὐτῷ πεπλήρωται, καὶ οὔτε μὴ θέλων * ἐγέννησε τὸν ἀϊδίως ὄντα γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ ἅγιον Λόγον, καὶ Θεὸν, ἀλλ' ἐν τῇ ὑπερβολικῇ καὶ ἀφράστῳ αὐτοῦ φύσει. * Deest οὔτε θέλων.

Θαῦμα μοι μέγιστον ἐπέρχεται, ὦ υἱοὶ τῆς πίστεως καὶ Ἐκκλησίας, πῶς τὰ ἀληθινὰ ἐξέστρεψαν οἱ φιλόνεικοι εἰς ἀλλότρια, καὶ τὰ τροπικῶς εἰρημένα εἰς τὰ ἀληθινὰ λαμβάνουσι σφαλλόμενοι. τὸ μὲν γὰρ γεγεννῆσθαι, ὅπερ ἐστὶν αὐτῷ κατὰ φύσιν, ἀρνοῦνται, λέγοντες οὐχ ὡς ἕν τι τῶν γεννημάτων. τὸ δὲ ἐκτίσθη, ὅπερ ἐστὶν ἀλλότριον τῆς αὐτοῦ θεότητος, εἴγε καὶ ἐν ἀλληγορίᾳ ποτὲ εἴρηται, ἐκεῖνο ἀληθινὸν λέγουσι. τὸ δὲ ἀληθινὸν ἀφανίζουσιν ἐν τῷ εἰπεῖν Ἡσαΐαν· εἶδον τὸν Κύριον σαβαώθ· καὶ, ὤφθη Κύριος τῷ Μωϋσῇ· καὶ, ὤφθη Κύριος Ἀβραάμ· καὶ εἶδεν ὅρασιν Δανιὴλ * παλαιῶν ἡμερῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ, ὤφθη Κύριος Ἰεζεκιὴλ, καὶ εἶπεν· εἶδον εἶδος Θεοῦ. φασὶ ταῦτα μὴ εἶναι, ὡς τῶν Προφητῶν καταψεύδεσθαι, (μηδὲν) ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ τοῦ Εὐαγγελίου, οὗ εἶπεν ὁ Σωτὴρ διδάσκων· ὅτι Θεὸν οὐδεὶς πώποτε ἑώρακε· Προφῆται δὲ λέγουσιν ἑωρακέναι· ἀνάγκη ψεύδεσθαι ἢ τὸν Μονογενῆ, ἢ τοὺς Προ- * Scrib. παλαιὸν.

φήτας.

1. ὑπερβολῇ φύσεως, *natura praestantia* Deum Patrem genuisse Filium dicendum est cum Epiphanio, quem sequitur Alexandrinus Cyrillus superiori adnotatione memoratus. Sequitur & s. Joannes Damascenus libro primo de Fide Orthodoxa, capite viii, quos vide.

Quamobrem ex iſtorum , Manichæorumque ſententia , falſa erunt omnia quæ a Prophetis dicuntur. Quod ſi Prophetæ minime mentiuntur, ſed vera prædicant: id quod Salvator ipſe ſua auctoritate comprobat, dicens : *Ego qui loquor per Prophetas , ecce venio*: recondito quodam ſenſu & allegoria videlicet opus erit. Ejuſmodi ſane quiddam uſu venire quotidie cernimus. Exempli cauſſa, [1] cum mare ex alicujus montis crepidine vel planitie proſpicimus, tam nos vera dicimus dum vidiſſe narramus; quam qui non vidiſſe ſe fateatur. hic enim nullo modo mentitur: ſiquidem neque profundum illius, neque longitudinem, neque molem, ac vaſtitatem proſpexit. Sic plerumque per anguſtum foramen hominem aſpicimus, cujus extenſionem ignoramus. quod ſi quis vidiſſe ſe dicat, utique vidit: ſin alius vidiſſe neget, non vidit. quippe quantum capere poſſumus, re ipſa vidimus: quatenus autem in ſeſe eſt, non vidimus. Similiter Prophetæ per anguſtum veluti corporis ſui foramen Deum videre meruerunt, & re ipſa viderunt; non quantum infinita ejus contemplatio poſtulat. Atque hoc pacto conſentientes inter ſeſe, concordeſque Scripturæ veritatem ubique præſtant: ſive Prophetas Deum vidiſſe teſtentur, nam re ipſa viderunt: ſive, quod Salvator aſſerit, *Deum nemo vidit unquam*, non enim quatenus eſt in ſeſe, viderunt. Porro ille ipſe ratione quadam quæ aſpectum omnem ſuperat, naturam eſt ipſam intuitus: & ei qui contueri non poterat, vim quandam elargitus eſt ut contemplari poſſit.

Eſa. 52. 6. Quomodo Deus a Prophetis viſus dicatur, cum videri nequeat.

LIV. Verum ne cavillari ac novam ordiri fabulam velis, ac Prophetas dicas non oculis uſurpaſſe, ſed mente, ita ut intelligerent propemodum ac viderent: Iſaias accuratis hiſce vocibus tergiverſationem excludit omnem: *Infelix ego quoniam compunctus ſum: quoniam cum homo ſim, & impura mihi ſint labia, in medio populi impura labia habentis ego habito: & Dominum exercituum vidi*, non dixit, mente vidi, ſed, *oculis meis.*

Eſa. 6. 5.

1. ὁρῶμεν τὴν θάλασσαν: Eadem ſimilitudine, & quidem ad rem eamdem, utitur S. Epiphanius in Panario ad Hæreſim LXX. num. VIII. Ubi & illam traducit ad eum, qui per anguſtum foramen cælum inſpicit, & inſpiciendo videt aliquo modo, alio modo non videt; neque enim oculorum aciem protendere valet ad omnem cæli amplitudinem. Ea in hæreſi LXX, numeris VI, VII, & VIII. mentem, omnemque doctrinam ſuam pluribus aperit S. Epiphanius de diſceptatione illa, qua diſſeruut Theologi an homines mortales adhuc, Patriarchæ nimirum, Prophetæ veteris legis, Apoſtoli, Deum aliquando viderint, vel minime. Tria igitur ſtatuit eo in loco, quæ a ſe invicem diſtinguantur velim, & attente con-

φήτας. καὶ κατὰ τὸν λόγον τῶν οὕτω λεγόντων καὶ τῶν Μανιχαίων ἔσαι τὰ ἐν Προφήταις ψευδῆ. εἰ δὲ οὐ ψεύδονται οἱ Προφῆται, ἀλλ᾿ ἀληθεύουσι κατὰ τὸν Σωτῆρος λόγον· ὅτι ὁ λαλῶν ἐν Προφήταις, ἰδοὺ πάρειμι· νοήσεως ἐςὶ τὸ πρᾶγμα, καὶ ἀλληγορίας χρεία. καὶ γὰρ οὕτω πολλάκις τοῦτο πληροῦται· [1] ὁρῶμεν τὴν θάλασσαν ἐν μέρους τινὸς ὄρους ἢ πεδιάδος, καὶ ἀληθεύομεν ἐν τῷ ἑωρακέναι. κἂν δέ τις εἴποι ὅτι οὐχ ἑώρακεν, οὐ ψεύδεται, ἀλλ᾿ ἀληθεύει· οὐκ οἶδε γὰρ πῶς τὸ βάθος, ποῦ τὸ μῆκος, οὐκ οἶδε τὸν ὄγκον, οὐκ οἶδε τὸ κῦτος. καὶ ἀπὸ ὀπῆς τινος ὁρῶμεν ἄνθρωπον, τὴν δὲ ἐπέκτασιν οὐκ ἐπιστάμεθα. κἂν εἴποι τις, εἶδον, εἶδεν· κἂν ἄλλος εἴπῃ, οὐκ εἶδον, οὐκ εἶδεν. εἴδομεν γὰρ ἀληθῶς ὡς χωροῦμεν, οὐκ εἴδομεν καθό ἐςιν. οὕτω καὶ οἱ Προφῆται ὡς δι᾿ ὀπῆς τοῦ σκοποῦ τοῦ ἰδίου σώματος κατηξιώθησαν ἰδεῖν, καὶ ἀλήθειαν εἶδον, οὐχ ὡς ἔχει τὸ ἄπειρον τῆς θεωρίας. καὶ οὕτω πεπλήρωνται συνᾴδουσαι πρὸς ἀλλήλας αἱ θεῖαι γραφαὶ τό τε τοὺς Προφήτας λέγειν ἑωρακέναι, εἶδον γὰρ ἐν ἀληθείᾳ· καὶ τὸ τὸν Σωτῆρα λέγειν, Θεὸν οὐδεὶς πώποτε ἑώρακεν, οὐκ εἶδον δὲ καθὸ ἐςιν. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς * εἶδεν ἀοράτως τὴν φύσιν, δέδωκε δὲ τῷ μὴ δυναμένῳ ἐξῆν * Reg. εἶδεν.
δύναμιν χαρίσματος εἰς τὸ ἰδεῖν τὴν δύναμιν τῆς θεωρίας.

Ἀλλὰ μὴ πάλιν δραματουργῶν λέγεις· εἶδον μὲν οἱ Προφῆται οὐκ ὀφθαλμῷ ἀλλὰ διανοίᾳ, συνιέντες μονονουχὶ καὶ ὁρῶντες. διὰ τοῦτο γὰρ ἀκριβῶς λέγει Ἡσαΐας· τάλας ἐγώ, ὅτι κατανένυγμαι, ὅτι ἄνθρωπος ὤν, καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἔχων, ἐν τῷ λαῷ ἀκάθαρτα χείλη ἔχοντι ἐγὼ οἰκῶ, καὶ Κύριον σαβαὼθ εἶδον, καὶ οὐκ εἶπεν, εἶδον τῇ διανοίᾳ, ἀλλά, τοῖς ὀφθαλμοῖς μου. εἶδον

considerentur ob ea, quæ heic paullo inferius idem Epiphanius affirmat. Principio Deum nec videri, nec comprehendi posse; esse invisibilem. Deinde res creatas, homines potissimum mortales ad videndum Deum impares esse; quod enim visibile est id intueri non potest quod est invisibile. Hæc duo sane nil prorsus involvunt, quod discrepet a receptissima Patrum atque Theologorum doctrina. Tertio in loco ait Epiphanius Patriarchis, Prophetis, Apostolis Deum se videndum præbuisse. Id adstruunt divina eloquia; refelli nec potest. Dei voluntati obsistit nihil: quidquid ille vult, fieri potest. Nil hactenus adstruitur quod ab omnibus non admittatur. Viderunt igitur Deum homines mortales. At quomodo? nil certi de hac re; de modo, quo viderunt, molitur. Non ait vidisse Deum in sua natura, & substantia: aut in aliqua corporea, & spectabili specie vidisse. Ait vidisse quidem εἶδον δὲ, sed καθὸ ἐδύναντο, sicut poterant: καὶ καθὸ ἐνεχώρει, & quantum ipsis licuit: καὶ ὤφθη αὐτοῖς ὁ Θεὸς ὡς ἠθέλησεν: visus est ab illis Deus; at eo modo; ea ratione, qua Deus videri voluit. Hæc Epiphanii doctrina, quæ videndi Deum modum nullum definit; quæ liberam latamque aliis relinquit viam opinandi, dicendive quo modo, qui viderunt Deum homines mortales, viderint. Notari igitur aut reprehendi illa non meretur, utpote quæ nec hilum discedat a communi Patrum sententia.

meis. * Itaque viderunt, & non viderunt Prophetæ: nimirum quantum videri poterat, re ipsa viderunt: non viderunt autem quantum incomprehensæ ejus naturæ infinitas postulabat. Ad eundem modum plerique de Paradiso allegorice disputant: atque inter ceteros furiosus Origenes adumbratam nescio quam speciem pro veritate in mundum invexit. Sic enim differit: [1] Non est Paradisus in terris: & hoc Apostoli testimonio nititur: *Vidi hominem ante annos quatuordecim (sive in corpore nescio, sive extra corpus, nescio; Deus scit) raptum hujusmodi usque ad tertium cœlum*. Ac ne forte perperam sentias, ac dicas; usque ad tertiam cœli partem dixisse: cum dixit *ad tertium usque cœlum*, nullam tertiæ partis mentionem fecit, sed tria quædam numero complexus est. Addit vero: *Scio hujusmodi hominem raptum in Paradisum; & audisse verba, quæ non licet homini loqui*. Verum [2] gratiæ omnipotenti Deo nobis habendæ sunt, qui accuratissime omnia etiam minuta quæque declarare voluit, ut ne veritatis studiosi deciperentur. Non enim brevi aliquo sermonis compendio cœlum cum Paradiso confundit. *Novi*, inquit, *hominem raptum in tertium usque cœlum*: & iterum, *raptum in paradisum*. Nam cui articulus adjungitur, id distinctam quandam personam exprimit, & ad alium modum traducit. Perinde ac si quis montem & planitiem possideat quæ monti circunfusa sit; is si ultra montem ad campum suum pergere velit, potest quidem si libuerit, iter per planitiem ipsam progredi, & ad quamcumque voluerit menti subjectam pervenire partem. sin prius montem conscendere, & e monte in planitiem quæ ultra montem est, descendere voluerit, non minus hoc præstare poterit. Ad hunc itaque sensum refer id quod de Apostolo dictum est, ut ille primum in cœlum conscenderit: pro eo ac scriptum est: *Descendit fratruelis meus in hortum suum*. At Salvator, *Hodie*, inquit, *mecum eris in Paradiso*.

Origenis error de Paradiso. 2. Cor. 12. 2.

Cant. 6. 1.

Luc. 23. 43.

LV. *Quod*

* Viderunt oculis Prophetæ Deum, & non viderunt. Viderunt sane illum quantum fas est oculis carneis, nempe corpoream & aspectabilem imaginem ac similitudinem Dei in figuram aliquam divinitus formatam, & eorum oculis objectam; sicque ipsi, qualicunque oculorum obtutu videri poterat, reipsa Deum viderunt. Non viderunt autem Deum ipsum quatenus est in sese, uti hic superior cap. 53. dictum est: *Cum ubique*, ut noster inquit

Hæresi 76. 4.

εἶδον * οὖν, καὶ οὐκ εἶδον. ἀλλ' ὡς ἠδύνατο, ἐν ἀληθείᾳ δὲ εἶδον, οὐκ εἶδον δὲ ὡς ἔχει τὸ ἄπειρον τῆς ἀκαταληψίας. οὕτως οἱ πολλοὶ καὶ περὶ Παραδείσου ἀλληγοροῦσιν, ὡς ὁ θεήλατος Ὠριγένης ἠθέλησε φαντασίαν μᾶλλον ὑπὲρ ἀλήθειαν τῷ βίῳ συνεισενέγκασθαι. ὅς φησιν· [1] οὐκ ἔστι Παράδεισος ἐπὶ τῆς γῆς, δῆθεν ἀπὸ τοῦ ῥητοῦ τοῦ παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου εἰρημένου· ὅτι εἶδον ἄνθρωπον πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων (εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα, ὁ Θεὸς οἶδεν) ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ. ἀλλὰ μὴ παραγίνωσκε, καὶ λέγε ὅτι τὸ τρίτον * τοῦ ἀέρος. οὐ γὰρ εἰπὼν ἕως τρίτου οὐρανοῦ, περὶ μέρους τρίτου λέγει, ἀλλὰ περὶ τριῶν ἀριθμῶν, καὶ φησίν· οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον ἁρπαγέντα εἰς τὸν Παράδεισον, καὶ ἀκούσαντα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ εἰπεῖν. [2] δόξα τῷ παντοκράτορι Θεῷ, τῷ κατὰ πάντα τρόπον διασαφοῦντι καὶ λεπτολογοῦντι, ἵνα οἱ ἀληθινοὶ μὴ σφάλλωνται. οὐ γὰρ ἐν μιᾷ συντομίᾳ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν Παράδεισον συνῆψεν, ἀλλὰ οἶδα ἄνθρωπον, φησὶν, ἁρπαγέντα ἕως τρίτου οὐρανοῦ· καὶ πάλιν, ἁρπαγέντα εἰς τὸν Παράδεισον. τὸ δὲ μετὰ τοῦ ἄρθρου, ἑτέρου προσώπου ἐστὶ διαληπτικὸν, καὶ ἑτέρου τρόπου μεταθετικόν. ὡς εἴ τις ἔχει ὄρος καὶ πεδιάδα, τὴν δὲ πεδιάδα ἐγκυκλοῦσαν τὸ ὄρος, βουληθείη δὲ εἰς τὸ πέραν τοῦ ὄρους ἐν τῇ αὐτῇ πεδιάδι παραγενέσθαι. καὶ ὅτε μὲν θελήσει διὰ τῆς πεδιάδος τὴν ὁδοιπορίαν ποιήσασθαι, εἰς τὸν τόπον ὅπου δ' ἂν ἔλθῃ τοῦ ὄρους ἀπελθεῖν, δυνατὸν ἔσται αὐτῷ τοῦτο. εἰ δὲ θελήσει πρῶτον μὲν ἐμβῆναι εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἀπὸ τοῦ ὄρους πάλιν εἰς τὸν τόπον τῆς πεδιάδος τῆς ἐπέκεινα τοῦ ὄρους γενέσθαι, καὶ οὕτως αὐτῷ δυνατόν· οὕτω μοι νόει καὶ τὸ περὶ τοῦ Ἀποστόλου εἰρημένον. πρῶτον μὲν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβεβηκέναι, κατὰ τὸ εἰρημένον· καταβήτω ὁ ἀδελφιδοῦς μου εἰς τὸν κῆπον αὐτοῦ. καὶ ὁ Σωτὴρ φησι· σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ Παραδείσῳ.

* Corr. τρίτον μέρος legit.

quit Epiphanius in Panario (quem librum duobus ferme annis post Ancoratum scripsit) *sacræ literæ de Deo testentur, neque oculis ipsum percipi, neque comprehendi, neque animo cogitari posse: sed id unum de illo ex rei veritate percipi quod sit, quodque diligentes se remuneretur.*

1. οὐκ ἔστι Παράδεισος &c. Quam hic refutandam suscipit Epiphanius Origenis opinionem de terrestri Paradiso, constat rejecisse deinde & in Panario num. XLVII. Hæreseos LXIIII. quæ est Origenianorum.

2. δόξα τῷ παντοκράτορι. *In illo Apostoli testimonio, quo se tertium in cælum usque translatum asserit, sunt qui Paradisum a cælo discernentes, eumdem illum locum esse sentiant, e quo primus parens ejectus est, & in quem Latro, pro eo ac Christus promiserat, receptus est. Ita Theophilactus, & alii quidam Interpretes, ac Patres, quibus favet Epiphanius. Sed communis aliorum sententia verisimilior est, Paradisum pro calesti gloria, & suavissima quadam voluptate sumi: neque veterem illum amœnitate ac deliciis refertum locum amplius in rerum esse natura.* Petavius.

Vide

LV. Quod si nusquam est in terra Paradisus, neque vera sunt, quæ in Genesi continentur, sed allegorice dicuntur: nihil deinceps consequens ac veritati consentaneum erit, sed ad allegoriam universa transferentur. *Gen. 1.* *In principio* enim *fecit Deus cœlum & terram*: quæ non allegorice significata, sed aspectabilia sunt. Tum firmamentum, inquit, & mare, germina, arbores, herbas, gramen, animalia, pisces, aves, cætera denique quæ oculis usurpantur, ac re vera producta sunt; atque hominem, quem re vera produxit. Hunc igitur quem formarat, in Paradiso collocavit: cum hunc ipsum hominem suam ad imaginem fecisset, imaginem, inquam, Dei. Tu vero dona Dei curiosius [1] cave perscruteris, quæ homini Dei gratia concessa sunt. Non negamus homines omnes [2] ad imaginem Dei esse factos. Quomodo vero imago illa accipienda sit, non admodum inquirimus. Neque enim formatum ipsum corpus ad imaginem esse dicimus; neque hanc in anima, vel mente, vel virtute collocamus: multa quippe sunt, quæ id afferre prohibeant. sed neque corpus, neque animam ad imaginem esse negamus. Fidelium porro est Scripturarum veritatem non inficiari, sed ingenue profiteri; quemadmodum infidelium est repudiare gratiam. Quapropter inest quidem in homine illud ipsum, quod ad imaginem expressum dicitur: cujusmodi vero sit illud, soli Deo cognitum est. Nam si dixeris: hominem ad imaginem esse Dei factum, eamque corpore definieris; cum Deus neque videri oculis, neque comprehendi, neque intelligentia concipi possit: quod aspici comprehendique potest, atque tactu percipi, ejus quod videri, comprehendique nequit, imago statuitur. At si dixeris, non esse corpus ad imaginem expressum, statim illud quod scriptum est occurret: *Accepit* [3], inquit, *pulverem de terra. & formavit hominem*. Quare tam id quod ex humo formatum, quam quod anima præditum est, appellat hominem. *Gen. 2. 7.* *Inspiravit* enim, inquit, *in faciem ejus: & factus est homo in animam viventem*. Porro creatam animam ipsam perinde ac corpus intelligimus. Quomodo creatam? *Inspiravit*, inquit. Neque vero partem esse Dei putamus animam, neque ab ejusmodi inspiratione tanquam alienam reiicimus. Quemadmodum vero subtile istud accipiendum sit, soli est Deo perspectum.

In quo consistat imago DEI in homine, pronunciari nequit.

LVI. Nos

ΕΙ δὲ οὐκ ἔστιν ἐπὶ γῆς Παράδεισος, καὶ οὐκ ἀληθινὰ τὰ ἐν Γενέσει γεγραμμένα, ἀλλὰ ἀλληγορεῖται, οὐδέν ἐστι τῆς ἀκολουθίας, ἀλλὰ πάντα ἀλληγορεῦνται. ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ οὐκ ἔστιν ἀλληγορούμενα, ἀλλ' ὁρατά· καὶ στερέωμα, φησί, καὶ θάλασσαν, βλαστήματά τε καὶ ξύλα καὶ βοτάνας, χόρτον, ζῶα, ἰχθύας, ὀρνέα, πάντα τὰ ὁρώμενα ἐν ἀληθείᾳ γεγονότα, ἄνθρωπον ἐν ἀληθείᾳ ὃν ἐποίησεν. * ἔθηκε τοίνυν τοῦτον ὃν ἔπλασεν ἐν τῷ Παραδείσῳ, κατ' εἰκόνα ποιήσας τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐστί. [1] μὴ περιεργάζου δὲ τοῦ Θεοῦ δωρήματα, τὰ κατὰ χάριν τῷ ἀνθρώπῳ δεδομένα. [2] οὐκ ἀρνούμεθα πάντας ἀνθρώπους εἶναι κατ' εἰκόνα Θεοῦ. τὸ δὲ πῶς οὐ περιεργαζόμεθα τὸ κατ' εἰκόνα. οὔτε γὰρ τὸ πλάσμα νοοῦμεν κατ' εἰκόνα, οὔτε τὴν ψυχήν, οὔτε τὸν νοῦν, οὔτε τὴν ἀρετήν· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με λέγειν. ἀλλ' οὔτε λέγομεν τὸ σῶμα μὴ εἶναι κατ' εἰκόνα, οὔτε τὴν ψυχήν. πιστῶν γάρ ἐστι τὸ ὁμολογεῖν τὴν γραφὴν καὶ μὴ ἀρνεῖσθαι· ἀπίστων δὲ τὸ ἀθετεῖν τὴν χάριν. ἔστιν οὖν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ κατ' εἰκόνα, αὐτὸς δὲ οἶδεν ὁ Θεὸς τὸ πῶς ἐστιν. ἐὰν γὰρ εἴπῃς τὸν ἄνθρωπον ἐποίησε κατ' εἰκόνα, καὶ νομίσῃς εἶναι τὸ σῶμα, ὁ δὲ Θεὸς ἀόρατος, ἀκατάληπτος, ἀπερινόητος, (ὡς) τὸ ὁρατὸν καὶ καταληπτὸν καὶ ὑπὸ ἁφὴν ἐμπίπτον, εἰκὼν ἔσται τοῦ ἀοράτου καὶ ἀκαταλήπτου. καὶ ἐὰν εἴπῃς, οὐκ ἔστι τὸ σῶμα κατ' εἰκόνα· [3] ἔλαβε, φησί, χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἄνθρωπον καλεῖ τὸ χοϊκόν, καὶ ἄνθρωπον καλεῖ τὸ ψυχικόν· ἐνεφύσησε γάρ, φησίν, εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. κτιστὴν δὲ τὴν ψυχήν, καὶ τὸ σῶμα νοοῦμεν. πῶς κτιστήν; ἐνεφύσησε γάρ, φησί· καὶ οὔτε μέρος Θεοῦ λέγομεν εἶναι τὴν ψυχήν, οὔτε ἀλλότριον τοῦ ἐμφυσήματος. πῶς δὲ τὸ λεπτὸν τοῦτο νοεῖται, Θεῷ μόνῳ ἔγνωσται.

* γρ. ἔτι

Vide s. Epiphanium nostrum in sua Epistola ad Joannem Episcopum Hierosolymitanum, ubi eamdem, quam in præsenti exhibet, opinionem renovat. Vide & Calmetum ad cap. xii. Epistolæ II. ad Corinth. ubi indicantur Patres qua Græci qua Latini, qui in re præsenti cum Epiphanio sentiunt.

1. μὴ περιεργάζου &c. Superiori namque numero xviii. idem documentum insinuans dixerat, μὴ ζήτει τὰ μὴ ζητούμενα. Vide quæ de hac ingenii moderatione in rebus theologiæ versandis utilissima sane, non semel in superioribus monuimus.

2. οὐκ ἀρνούμεθα &c. Hominem ad imaginem Dei esse factum Ecclesiæ traditione compertum habemus, quemadmodum animadvertit noster Epiphanius in Hæresi LXX. quæ est Audianorum, Dei imaginem in hominis corpore agnoscentium, quod gravi est periculo obnoxium. Eo in loco sub numeris II. III. IV. & V. pluribus quam heic in Ancorato rem præsentem tractat. Vult sollicitos nos esse non oportere, ut investigemus in quo, aut quomodo sit Dei imago in homine constituta. Et ideo omnes fere memorat opiniones, quæ ea de re sua ætate circumferebantur; omnesque refellit: quod licet paucioribus & heic præstat in Ancorato.

3. ἔλαβε, φησί, χοῦν &c. Eo utebantur Geneseos testimonio Audiani, ut statuerent Dei imaginem esse sitam in hominis corpore. Vide Epiphanium memoratum nuper in Hæresi LXX. Explorata res est eodem testimonio abuti consuevisse, qui errando dicebant Deum esse corporeum.

LVI. Nos autem ſine curioſitate atque fuco, Deo qui ubique verus eſt, adhibemus fidem. Tu vero ſi animam ad imaginem Dei eſſe ſtatueris, cum Apoſtolus aſſerat: *Vivum eſſe Dei Sermonem & efficacem, ac penetrabiliorem omni gladio ancipiti, & pertingentem* [1] *uſque ad diviſiones animæ.* Si igitur [2] anima diviſiones habet, Deus vero indiviſus eſt, ad imaginem anima eſſe qui poteſt? Non enim quæ futura ſunt novit anima: Deus autem omnia cognoſcit. item corporis anteriora cernimus, poſteriora neſcimus. Atqui ſi animam ad imaginem eſſe negaveris, [3] repugnabit illud quod animam appellarit hominem, ac tam anima quam corpus homo ſit. At enim [4] mens, inquies, ad imaginem erit expreſſa. Verum ſcriptura ſic loquitur: *Video legem aliam repugnantem in membris meis, & in captivitatem redigentem me in mente mea ſub peccati legem quæ eſt in membris meis.* Quod igitur in captivitatem redigitur, non ad imaginem dici poteſt. Adhæc: *Pſallam*, inquit, *mente*, *pſallam ſpiritu*. Jam ſi in virtute poſitam illam imaginem eſſe dixeris, non recte ſenties. Tibi enim iſtud obiiciam: Dic ſodes ecquod virtutis officium præſtiterit Adamus, antequam a Deo fingeretur? neque enim principio fuit: ſed poſtea ad imaginem formatus eſt. Contra vero ſi imaginem in virtute poſitam eſſe negaveris, non recte judicabis: cui enim potius quam virtuti convenit, ut ad imaginem eſſe dicatur? Atqui ante virtutem omnem homo ad imaginem expreſſus eſt. Quippe nondum ex virtutis præſcripto vitam inſtituerat Adamus, nec omnino procreatus fuerat. Supereſt ut Baptiſmo imaginem illam Dei circunſcribendam cenſeas. Verum ex eo ſequitur, juſtos qui Baptiſmo initiati non fuerant, eos ad imaginem Dei minime eſſe factos. Nam a Moyſe atque mari Baptiſmi figura cœpit: eadem ab Joanne patefacta; in Chriſto vero munus eſt ipſum perfectum.

Hebr. 4. 12.

Rom. 7. 23.

1. Cor. 14. 15.

LVII. Quocirca cum omnes imaginem in ſeſe contineant Dei, natura tamen ea præditi non ſunt. Neque enim æqualiter cum Deo ejuſmodi homines imaginem adepti ſunt. Siquidem Deus comprehendi non poteſt aut mente concipi, quia ſpritus eſt, atque omni ſpiritu præſtantior, & lux omni luce ſuperior. Cæterum quæ ab illo conſtituta ſunt, ſubtrahere nolumus. Verus enim eſt ille, qui, ad imaginem ut eſſet, homini ſua gratia largitus eſt. Et nonnulla his ſimilia proponi poſſunt. Videmus enim Salvatorem ipſum panem in manus

Ἡμεῖς δὲ ἀπεριέργως καὶ ἀκακουργήτως πιστεύομεν τῷ Θεῷ ἀληθεύοντι ἐν πᾶσι. καὶ ἐὰν εἴπῃς, ὅτι ἡ ψυχή ἐστι τὸ κατ' εἰκόνα, λέγοντος τοῦ Ἀποστόλου· ὅτι ζῶν ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ἐστιν ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος [1] ἄχρι μερισμῶν ψυχῆς. [2] εἰ τοίνυν μερισμοὺς ἔχει ἡ ψυχὴ, ὁ Θεὸς δὲ ἀμέριστός ἐστι, πῶς δύναται ἡ ψυχὴ εἶναι τὸ κατ' εἰκόνα; οὐ γὰρ οἶδε τὸ μέλλον ἡ ψυχὴ, ὁ Θεὸς δὲ τὰ πάντα οἶδε. καὶ βλέπομεν τὰ ἔμπροσθεν τοῦ σώματος, τὰ κατόπιν ἀγνοοῦντες. καὶ ἐὰν εἴπῃς ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ ψυχή· [3] πάντως καὶ τὴν ψυχὴν ἄνθρωπον κέκληκεν, καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα ἐστὶν ἄνθρωπος. ἀλλ' εἴποις [4] τὸν νοῦν εἶναι τὸ κατ' εἰκόνα. λέγει ἡ γραφή· ὁρῶ νόμον ἕτερον ἀντιστρατευόμενον ἐν τοῖς μέλεσί μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με ἐν τῷ νοΐ μου τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. πῶς οὖν αἰχμαλωτιζόμενος ἔσται κατ' εἰκόνα; * ὅτι ψαλῶ τῷ νοΐ, ψαλῶ τῷ πνεύματι. καὶ ἐὰν εἴποις ἀρετὴν εἶναι τὸ κατ' εἰκόνα· ἐρῶ σοι, εἰπέ μοι περὶ τοῦ Ἀδὰμ, ποίαν ἀρετὴν εἰργάσατο πρὸ τοῦ αὐτὸν πλασθῆναι; οὐ γὰρ ἦν ἐν ἀρχῇ, ἀπαρχῆς δὲ ἐπλάσθη κατ' εἰκόνα. καὶ ἐὰν εἴπῃς μὴ εἶναι τὴν ἀρετὴν, οὐ καλῶς λέγεις. τίνι γὰρ πρέπει κατ' εἰκόνα εἶναι, ἀλλ' ἢ τῇ ἀρετῇ; πρὶν δὲ ἀρετῆς κατ' εἰκόνα ἐπλάσθη ὁ ἄνθρωπος. οὔπω γὰρ ἦν ὁ Ἀδὰμ ἐν ἀρετῇ πολιτευσάμενος, οὔτε ἐκτισμένος. καὶ ἐὰν εἴπῃς τὸ βάπτισμα εἶναι κατ' εἰκόνα, ἄρα οἱ μὴ λαβόντες βάπτισμα δίκαιοι οὐκ ἦσαν κατ' εἰκόνα. ἀπὸ γὰρ Μωϋσέως καὶ θαλάσσης ἤρξατο ὁ τύπος, ἀπὸ Ἰωάννου ἠνοίγη ὁ τύπος, ἐν δὲ Χριστῷ ἐτελειώθη τὸ δῶρον.

* For. ἔτι.

Ἔχουσιν οὖν πάντες τὸ κατ' εἰκόνα, ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν. οὐ γὰρ κατὰ ἰσότητα Θεοῦ ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸ κατ' εἰκόνα· ὁ γὰρ Θεὸς ἀκατάληπτος, ἀπερινόητος, πνεῦμα ὢν καὶ ὑπὲρ πᾶν πνεῦμα, καὶ φῶς ὑπὲρ πᾶν φῶς. ἃ δὲ αὐτὸς διώρισεν, οὐκ ἀποστεροῦμεν. ἀληθὴς δέ ἐστιν ὁ μετὰ χάριτος τὸ κατ' εἰκόνα τῷ ἀνθρώπῳ δωρησάμενος, καὶ ὅσα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ὁμοίων. ὁρῶμεν γὰρ ὅτι ἔλαβεν ὁ

πατὴρ

1. ἄχρι μερισμῶν. Græcum Novi Testamenti exemplum habet ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος. Vulgata illud idem sequitur. Eo posito Epiphanii argumentum corruit.

2. εἰ τοίνυν μερισμοὺς ἔχει ἡ ψυχή. Petavius vertit, *si ulla est animæ divisio*: quam interpretationem improbat Thomasius.

3. Non solam animam appellavit Deus hominem; sed animam simul & corpus. Unde inter diversas opiniones de imagine Dei homini impressa, ea verisimilior apparet, quæ ipsam statuit in anima simul & in corpore. Diversas illas opiniones vide, si lubeat, apud Petavium de Opificio sex dierum agentem libro II. capitibus II. III & IV. Ubi docte easdem & recenset, & expendit.

4. τὸν νοῦν εἶναι &c. Mentem ab anima distinxisse aliquando Patres juxta veteris philosophiæ placita constat.

nus accepiſſe, ut in Euangelio legitur. Quod a cœna ſurgens hæc acceperit, & gratias agens dixerit: *Hoc* [1] *meum eſt hoc*. Atqui videmus æquale illud non eſſe, nec ſimile; non ſuſceptæ carnis imagini, non Divinitati ipſi quæ videri non poteſt; non membrorum lineamentis ac notis. Illud enim rotundum eſt, & quod ad vim attinet, ſenſus expers: & nihilominus ex gratia pronuntiare voluit: *Hoc meum eſt hoc*. Neque quiſquam eſt, qui ei ſermoni fidem non adhibeat. Nam qui verum illum eſſe non credit, a gratia [2] & ſalute prorſus excidit. Verum quodcumque tandem audierimus ac crediderimus, ipſius eſſe credimus: Dominum vero noſtrum totum eſſe ſenſum, ac totum ſenſu præditum novimus, totum Deum, totum moventem, totum efficientem, totum lumen, totum incomprehenſum, qui hoc nobis pro ſua gratia largitus eſt.

Inſignis locus quo Dominici corporis in Euchariſtia præſentia comprobatur.

LVIII. Adamus igitur in Paradiſo conſtitutus de arbore comedit: [3] *Paradiſus porro in Eden erat ad Orientem: Porro fons de Eden aſcendebat*. Non dicit, deſcendebat: ne *Eden* e cœlo eſſe ſuſpicemur. Nam ſi eſſet in cœlo, dixiſſet utique; Fons e loco ſuperiore deſcendebat. Dixit autem: *Fluvius egreditur ex Edem*: non autem, deſcendit. *Hic dividitur in quatuor capita*. *Nomen uni* [4], *Phiſon*: quem nos oculis ipſi intuemur. *Phiſon* enim is eſt, qui ab Indis & Æthiopibus Ganges appellatur: quem Indum Græci nominant. *Hic ambit regionem Evilat* majorem videlicet ac minorem, quæ eſt Elymæorum provincia, ac magnam Æthiopiam [5] penetrans ad Auſtrum labitur, & intra

Gen. 2. 8.

Paradiſi quatuor fluminum deſcriptio.

1. τοῦτό μου ἐστι τόδε. Integra conſecrationis panis verba non profert Epiphanius, ſed detruncata. Paulo ſuperius etiam vocem τὸν ἄρτον omiſit: Obſcure, atque αἰνιγματώδει compoſitio loqui videtur. Crediderim ob Arcani diſciplinam, quæ illius ætate vigebat, quaque potiſſimum utebantur Patres dum agebant de Euchariſtiæ Sacramento. Vide quæ de illiuſmodi diſciplina diximus ſupra Par. 1. pag. 27. & 196.

2. ἐκπίπτει τῆς χάριτος, καὶ τῆς σωτηρίας. Prorſus ut Euangelicum illud, *niſi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus Sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Ceterum realem præſentiam Corporis Chriſti Domini hoc in loco affirmari ab Epiphanio jam diu adnotatum viris doctis. Quo in re ut ætatis noſtræ Sacramentarii malis ſuis artibus quempiam decipiant, duo ſunt maxime animadvertenda. Alterum verba Euchariſticæ Inſtitutionis heic e re ſua adhiberi ab Epiphanio agente contra Origenem, qui allegoriis ſuis, figuratiſque uſurpationibus, verum divinarum Scripturarum ſenſum vel everterat, vel obſcurum, incertumque fecerat; adhiberi, inquam, tamquam exemplum ſermonis in divino eloquio non figurati, non allegorici; ſed proprii, ſed litteralis. Alterum vero a. Epiphanium exponere, repræſentare repugnantiam externæ ſpeciei Euchariſtici panis cum proprio & naturali ſenſu illorum verborum, *hoc eſt Corpus meum*: quæ tamen Chriſti teſtimonio adhibita fide vincatur oportet. Ea porro repugnantia neque eſſe, neque ullatenus fingi poſſet, ſi Euchariſtia figura eſſet Dominici Corporis, non ipſum Corpus Dominicum.

3. ὁ δὲ Παράδεισος, φησὶν, ἐν Ἐδέμ. *Quæ de Paradiſo Geneſis hiſtoria prodidit, allegorice interpretatus erat Origenes, quemadmodum*

* πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὡς ἔχει ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι ἀνέστη ἐν τῷ δείπνῳ, καὶ ἔλαβε τάδε. καὶ εὐχαριστήσας, εἶπε· [1] τοῦτό μού ἐστι τόδε. καὶ ὁρῶμεν ὅτι οὐκ ἴσον ἐστὶν οὐδὲ ὅμοιον οὐ τῇ ἐνσάρκῳ εἰκόνι, οὐ τῇ ἀοράτῳ θεότητι, οὐ τοῖς χαρακτῆρσι τῶν μελῶν. τὸ μὲν γάρ ἐστι στρογγυλοειδὲς καὶ ἀναίσθητον ὡς πρὸς τὴν δύναμιν. καὶ ἠθέλησεν χάριτι εἰπεῖν· τοῦτό μού ἐστι τόδε, καὶ οὐδεὶς ἀπιστεῖ τῷ λόγῳ. ὁ γὰρ μὴ πιστεύων εἶναι αὐτὸν ἀληθινὸν ὡς εἶπεν, [2] ἐκπίπτει τῆς χάριτος καὶ τῆς σωτηρίας. ὅτι δὲ * ἀκούσωμεν (καὶ πιστεύσωμεν) πιστεύομεν ὅτι ἐστὶν αὐτοῦ· τὸν δὲ Κύριον ἡμῶν οἴδαμεν ὅλον αἴσθησιν, ὅλον αἰσθητικὸν, ὅλον Θεὸν, ὅλον κινοῦντα, ὅλον ἐνεργοῦντα, ὅλον φῶς, ὅλον ἀκατάληπτον, ἀλλὰ μετὰ χάριτος ἡμῖν τοῦτο δεδωρημένον.

* Pro πατήρ lege σωτήρ. Paulo ante pro ἴσα ἐστὶν Cosn. leg. εἶσα.

* Fors. ἀκούσαμεν.

* Οὗτος τοίνυν ὁ Ἀδὰμ ἐν τῷ Παραδείσῳ ἐτέθη, καὶ ἔφαγεν ἀπὸ τοῦ ξύλου. [3] ὁ δὲ Παράδεισος, φησὶν, ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς· πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐξ Ἐδέμ. καὶ οὐκ εἶπε, κατέβαινεν, ἵνα μὴ νομίσωμεν ἐξ οὐρανοῦ εἶναι τὴν Ἐδέμ. εἰ γὰρ ἐν οὐρανῷ ἦν, ἄνωθεν ἂν εἶπε κατέρχεται πηγή. ἀλλὰ φησὶ, ποταμὸς ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδέμ· καὶ οὐκ εἶπε κατέρχεται. οὗτος ἀφορίζει εἰς τέσσαρας ἀρχάς· [4] ὄνομα τῷ ἑνὶ Φεισών. καὶ ὁρῶμεν τὸν Φεισὼν ἐπ᾽ ὄψεσιν ἡμῶν. καὶ Φεισὼν μέν ἐστιν ὁ Γάγγης παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς καλούμενος καὶ Αἰθίοψιν, Ἕλληνες δὲ τοῦτον καλοῦσιν Ἰνδὸν ποταμόν. πᾶσαν γὰρ τὴν Εὐιλὰτ περικυκλοῖ, τὴν μικρὰν καὶ τὴν μεγάλην, τὰ μέρη τῶν Ἐλυμαίων· [5] διαπερᾷ δὲ τὴν μεγάλην Αἰθιοπίαν, καὶ πίπτει εἰς

τὸν

* For. οὕτως.

admodum in ejus Hæresi, & Methodio declaratum est pluribus. Ita etiam Philo: & ex nostris Ambrosius Lib de Parad cap. 111. Sed hanc Origenis opinionem vulgo Patres alii repudiant, qui Paradisum verum aliquem in terra locum extitisse censent. Tametsi ubi tandem ille fuerit, magna inter eosdem sententiarum varietas fuit. Sed a recentioribus eruditis Geographis disceptata illa quæstio est; ac Paradisi sedes ex Mosis descriptione certo constituta. Dum quatuor illa flumina, & ex eis potissimum duo, opinionum ac commentorum licentiam coercent. Petavius.

Vide quæ paucis adnotata leguntur ad caput XXIII. Lib. V. Introductionis in universam Geographiam Philippi Cluverii, pag. 611. Amstelæd. an. 1729.

4. Ὄνομα τῷ ἑνὶ Φεισών. *Mirifica istic Geographia est Phison idem, inquit, est cum Gange, qui Indus a Græcis appellatur. Is majorem Æthiopiam permeans, & ad Austrum conversus in Gaditanum Oceanum erumpit. Quod Phison sit Ganges, omnium prope veterum opinio fuit: quæ est ipsa tamen minime probabilis. Nam Phison est Pasitigris, & Tigris alveus. Indum vero cum Gange permiscere, & eumdem in Gaditanum Oceanum per Æthiopiam circumducere nimis est absurdum.* Petavius.

5. Διαπερᾷ δὲ τὴν μεγάλην Αἰθιοπίαν. *Multiplex apud antiquos erat Æthiopia. Altera in Asia ad Indum, sive, ut alii volunt, Gangem fluvium: Altera in Africa, eademque Ptolemeo duplex. Uni cui sub* Ægypto *cognomen attribuit; altera interior. Hac autem, quæ ab Epiphanio magna dicitur, quamque Phison perlabitur, inextricabilis est. Sed Asianam intellexisse videtur. Nam Ægypto subjectam alteram μικρὰν appellat. Sane Arabia pars Chus, hoc est Æthiopia nomine in Sacris literis comprehenditur. De qua fortean accipiendus Epiphanius. Sed μεγάλην utique nominare non debuit. Aliter Æthiopiam in Orientalem, & Occidentalem dividunt Strabo, Ptolomæus, & alii, interfluente Nilo. Sed ea divisio nihil ad hunc locum pertinet.* Hæc sane ad locum præsentem Petavius.

tra Gades ingentem in Oceanum erumpit. Secundus fluvius est [1]*Geon*: quem nos perinde sensibus expositum, non allegoriis adumbratum cernimus. Hic est, qui per Æthiopiam labitur; & minorem Æthiopiam, Anubiticum tractum, Blemyas & Axumitidem prætervectus, Thebaidem & Ægyptum alluens in mare nostrum influit. Quod si quis fidem mihi non adhibeat, Jer. 2. 16. Jeremiam loquentem audiat: *Quid vobis & terræ Ægypti, ut bibatis aquam Geonis turbidam?* Tertius [2] fluvius est *Tigris*, qui e regione Assyriorum fluit. Quippe Orientis tractus dividens, sub terram demergitur. Qui cum ex Armenia inter Cardiæos & Armenios oriatur, depressus iterum emergit, & Assyriorum agros divisus irrigat. Quartus est *Euphrates*: qui eodem modo terra haustus, ex Armenia oritur, atque ita Persidem alluit. Quamobrem si nullus est aspectabilis Paradisus, neque fons est ullus. Si nullus fons est, neque fluvius. Si fluvius non est, ne quatuor quidem illa sunt initia. Si nusquam *Phison* est, neque *Geon* erit. Si neque *Tigris* est, *Euphrates* e medio tollitur. Euphrate vero sublato, jam neque ficus est, neque folia, nec Adamus, nec illa vetiti fructus degustatio; nec Eva, nec illa ex arbore comedit unquam: nusquam est Adamus. Adamum vero si sustuleris, nulli erunt homines, & in fabulam veritas ipsa commutabitur, omniaque ad allegoriam referentur. Atqui re vera Adamus extitit: nos enim ab illo sumus omnes generis successione propagati, eundemque nos illum in posterorum multitudine quodammodo cernimus.

LIX. Nam Adamus ad imaginem suam Seth genuit. Ac ne quis diversum putet eum esse qui formatus est, ab iis qui generatione producti, ob id Scriptura dixit *ad imaginem suam*. Porro Seth genuit Enos, Enos Cainam, Caina Malaleel, Malaleel Jared & Enoch, Enoch Mathusalem, Mathusalem Lamech, Lamech Noë: sub quo diluvium re vera non allegorice contigit; omniaque animalia perierunt, adeo ut octo duntaxat hominum animæ superessent. Animas porro cum audis, cave figmenta esse putes. nam ab una parte ac specie totus homo nuncupatur. Quippe Jacob in Ægyptum descendens, Gen. 46. Act. 27. 37. Sed ibidem numerus est 276. animas secum LXXV. duxit; nec illas quidem corporibus solutas, sed cum ipsis conjunctas. Item, *Eramus*, inquit Lucas qui Apostolorum Acta conscripsit, *in navigio animæ circiter octoginta*. Quinetiam vulgari loquendi consuetudine servos appellamus

τὸν νότον, καὶ δύει ἔσωθεν Γαδείρων, εἰς τὸν μέγαν Ὠκεανόν. δεύτερος ποταμὸς [1] Γεών. καὶ αἰσθητὸν ὁρώμενον τὸν ποταμόν, καὶ οὐκ ἀλληγορούμενον. οὗτος γὰρ ὁ κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν κατερχόμενος, καὶ διαπερῶν τὴν μικρὰν Αἰθιοπίαν, Ανουβίτην τε καὶ Βλεμμυΐαν καὶ * Εζωμίτιν, καὶ ἐπικλύζων τὰ μέρη Θηβαΐδος καὶ Αἰγύπτου, καὶ εἰς τὴν θάλασσαν ταύτην ἐκπίπτων. εἰ δέ τις ἀπιστεῖ, ἀκουέτω τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος· ἵνα τί ὑμῖν καὶ τῇ γῇ Αἰγύπτου, τοῦ πιεῖν ὕδωρ Γεὼν τὸ τεθολωμένον; [2] τρίτος, φησὶ, ποταμὸς Τίγρης, πορευόμενος, ὁ κατέναντι τῶν Ἀσσυρίων. διαπέμπει γὰρ τὰ μέρη τῆς ἀνατολῆς, καὶ δύνει ὑπὸ τὴν γῆν, καὶ ἀνίσχει ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας καταμέσον Καρδίων καὶ Ἀρμενίων, καὶ ἀναπηγάζει πάλιν, καὶ ἀναπέμπεται εἰς τὴν τῶν Ἀσσυρίων γῆν. ἀλλὰ καὶ ὁ ποταμὸς ὁ τέταρτος Εὐφράτης, ὡσαύτως ὁμοίως τῷ αὐτῷ τρόπῳ δύνων ὑπὸ τὴν γῆν, ἀνέρχεται ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας, καὶ οὕτως ἐπικλύζει τὴν Περσίδα. εἰ τοίνυν οὐκ ἔνι Παράδεισος αἰσθητὸς, οὐκ ἔνι πηγή. εἰ οὐκ ἔνι πηγὴ, οὐκ ἔνι ποταμός. εἰ οὐκ ἔνι ποταμὸς, οὐκ εἰσὶ τέσσαρες ἀρχαί. εἰ οὐκ ἔνι Φεισὼν, οὐκ ἔνι Γεών. εἰ οὐκ ἔνι Τίγρης, οὐκ ἔνι Εὐφράτης. εἰ οὐκ ἔνι Εὐφράτης, οὐκ ἔνι συκῆ, οὐκ ἔνι φύλλα, οὐκ ἔνι Ἀδὰμ, οὐκ ἔνι φαγεῖν, οὐκ ἔνι Εὔα, οὐκ ἔφαγεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὐκ ἔνι Ἀδάμ. εἰ οὐκ ἔνι Ἀδάμ, οὐκ εἰσὶν ἄνθρωποι, ἀλλὰ μῦθος λοιπὸν ἡ ἀλήθεια, καὶ ἀλληγορεῖται τὰ πάντα. ἔστι τοίνυν Ἀδάμ· ἐσμὲν γὰρ ἐξ αὐτοῦ τὸ γένος αὐτοῦ ὄντες πάντες κατὰ διαδοχὴν, καὶ ὁρώμεν αὐτὸν διὰ τοῦ πλήθους ἐν τῇ διαδοχῇ.

Ἀδὰμ γὰρ γεννᾷ κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ τὸν Σὴθ, ἵνα μή τις νομίσῃ τὸν πεπλασμένον ἄλλον, καὶ τοὺς γεγεννημένους ἄλλους. τοῦτό φησιν ἡ γραφὴ, κατὰ τὴν ἰδέαν αὐτοῦ. Σὴθ δὲ γεννᾷ τὸν Ἐνὼς, Ἐνὼς τὸν Καϊνὰν, Καϊνὰν τὸν Μαλελεὴλ, Μαλελεὴλ τὸν Ἰαρὲτ καὶ τὸν Ἐνὼχ, Ἐνὼχ τὸν Μαθουσάλα, Μαθουσάλα τὸν Λαμὲχ, Λαμὲχ τὸν Νῶε, καὶ γέγονε κατακλυσμὸς οὐκ ἀλληγορίᾳ ἀλλ' ἀληθείᾳ, καὶ ἀπώλετο πᾶσα ψυχὴ, ἔμειναν δὲ ὀκτὼ ψυχαὶ ἀνθρώπων. ψυχὰς δὲ ἂν ἀκούσῃς, μὴ νομίσῃς πλάσματα· ἀπὸ γὰρ τοῦ ἑνὸς εἴδους ὁ ἄνθρωπος ὅλος καλεῖται. κατέβη γὰρ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον ἐν ψυχαῖς ἑβδομηκονταπέντε, οὐχ ὅτι αἱ ψυχαὶ εἴποντο ἄνευ σωμάτων, ἀλλὰ σὺν σώμασι. καὶ ἦμεν ἐν τῷ πλοίῳ ὡς ὀγδοήκοντα ψυχαὶ, φησὶν ὁ Λουκᾶς ὁ συγγραψάμενος τὰς Πράξεις τῶν Ἀποστόλων. καὶ ἡ συνήθεια τοὺς δούλους σώματα εἴωθε καλεῖν. δεσπότης, φησὶν, ἑκατὸν

* Ea eſt quæ ab illo ſæpe Ἀξιωμῖτις dicitur.

[1] Γεὼν, ſive Gihon fluvium eumdem eſſe cum Nilo Patrum pleroſque credidiſſe, quos inter Epiphanius noſter ad præſentem locum, nos monet Petavius; cui tamen opinio illa minime probatur. Ipſum, ſi lubet, conſule.

[2] τρίτος, φησί, ποταμὸς &c. Ad Plinii librum VI. cap. XXVII. nos remittit Petavius. Plinium igitur vide.

pellamus *corpora* : veluti dominus centum *corporum* , animatorum utique. Sed quoniam hominum dominatus ad corpora ſolummodo non ad animas pertinet, merito ſervos *corpora* ſed anima prædita nominarunt, ut corporum uſum oſtenderent. Egreſſus eſt autem Noë ex arca poſtquam genuit Sem, Cham & Japheth. Sem vero genuit Arphaxad, Arphaxad Caïnam, Cainam Salam, Sala Heber, Heber Phalec, Phalec Rhagam, Rhagam Seruch, Seruch Nachor, Nachor Tharra, Tharra Abraam, Abraam Iſaac, Iſaac Jacob, Jacob Judam, Judas Phares, Phares Eſrom, Eſrom Aram, Aram Aminadab, Aminadab Naaſon, Naaſon Salmon, Salmon Booz, Booz Obed ex Ruth, Obed Jeſſe, Jeſſe David regem, David Salomonem ex Uriæ conjuge: Salomon Roboam, Roboam Abia, Abia Aſaph, Aſaph Joſaphath, Joſaphath Joram, Joram Ochoziam, Ochozias Joam, Joas Amaſiam, Amaſias Oziam qui & Azarias dictus eſt, Ozias Joatham, Joatham Achaz, Achaz Ezechiam, Ezechias Manaſſem, Manaſſe Amos, Amos Joſiam, Joſias Jechoniam, Jechonias Salathiel, Salathiel Zorobabel, Zorobabel Abiud, Abiud Eliacim, Eliacim Aſor, Aſor Sadoc, Sadoc Achim, Achim Eliud, Eliud Eleazar, Eleazar Matthiam, Matthias Jacob, Jacob Joſeph [1].

LX. Joſeph ætate jam provectus, & orbatus [2] uxore poſt ejus obitum, e qua quatuor mares ſuſceperat, Jacobum Fratrem Domini ideo cognominatum quod cum eo eſſet educatus, & Simonem ac Judam & Joannem, duas itidem filias Annam & Salomen: Joſeph, inquam, jam ſenex uxore mortua, cum ex omni tribu viduorum ac cœlibum ſortitio ad eas virgines fieret quæ ad templum educabantur, eo quod primogeniti quique utriuſque ſexus in templo conſecrari ſolebant, ſortis neceſſitate coactus ſacroſanctam Virginem Mariam in matrimonium accepit: e qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſecundum carnem de Spiritu ſancto ſine ullo virili ſatu vel corpo-

1. Jacobi naturalis Filius s. Joſeph, qui a s. Luca in Evangelio III. 23. Heli fratris ejuſdem Jacobi dicitur filius non natura, ſed lege; quod Jacob viduam uxorem Heli abſque liberis relictam, ex legis mandato ſibi matrimonio jungens fratris excitaverit ſemen, Joſeph filium ſuſceperit. De exploratiſſima hac re videndus Julius Africanus apud Euſebium H. E. cap. VII. libri primi.

2. πρότην γυναῖκα. S. Joſephum antequam beatiſſimam Virginem Mariam ſibi deſponſaret, uxorem aliam habuiſſe, & ex ea ſuſcepiſſe liberos, qui fratres Domini ideo ſint in Evangelio nuncupati, opinio fuit nonnullorum Patrum, quos inter s. noſter Epiphanius tum in loco præſenti, tum in Hæreſi LI. num. X. & in Hæreſi LXXVIII. num. VII. Eam opinionem, utpote quæ *non tam pia, quam audaci temeritate*

τῶν σωμάτων, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς ἐχόντων· ἐπειδὴ δὲ ἡ δεσποτεία τῶν ἀνθρώπων σωμάτων κυριεύει ἀλλ' οὐ ψυχῶν, διὰ τοῦτο τοὺς δούλους ἀλόγως σώματα ἐκάλεσαν σὺν ψυχῇ, ἵνα δείξῃ τὴν χρῆσιν τῶν σωμάτων. ἐξῆλθε γὰρ Νῶε ἐκ τῆς κιβωτοῦ γεννήσας τὸν Σὴμ τὸν Χὰμ τὸν Ἰάφεθ. Σὴμ δὲ γεννᾷ τὸν Ἀρφαξὰδ, Ἀρφαξὰδ γεννᾷ τὸν Καϊνὰν, Καϊνὰν τὸν Σάλα, Σάλα τὸν Ἔβερ, Ἔβερ τὸν Φαλὲκ, Φαλὲκ τὸν Ῥαγὰμ, Ῥαγὰμ τὸν Σερούχ, Σερούχ τὸν Ναχὼρ, Ναχὼρ τὸν Θάῤῥα, Θάῤῥα τὸν Ἀβραὰμ, Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ, Ἰακὼβ Ἰούδαν, Ἰούδας τὸν Φαρὲς, Φαρὲς τὸν Ἐσρὼμ, Ἐσρὼμ τὸν Ἀρὰμ, Ἀρὰμ τὸν Ἀμιναδὰμ, Ἀμιναδὰμ τὸν Ναασσὼμ, Ναασσὼμ τὸν Σαλμὼν, Σαλμὼν τὸν Βοὸζ, Βοὸζ τὸν Ἰωβὴδ ἐκ τῆς Ῥοὺθ, Ἰωβὴδ Ἰεσσαί. Ἰεσσαὶ τὸν Δαβὶδ τὸν Βασιλέα, Δαβὶδ τὸν Σολομῶντα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου, Σολομῶν τὸν Ῥοβοὰμ, Ῥοβοὰμ τὸν Ἀβιὰ, Ἀβιὰ τὸν Ἀσὰφ, Ἀσὰφ τὸν Ἰωσαφὰτ, Ἰωσαφὰτ τὸν Ἰωρὰμ, Ἰωρὰμ τὸν Ὀχοζίαν, Ὀχοζίας Ἰωὰς, Ἰωὰς τὸν Ἀμεσίαν, Ἀμεσίας τὸν Ὀζίαν τὸν κληθέντα Ἀζαρίαν, Ὀζίας τὸν Ἰωάθαμ, Ἰωάθαμ τὸν Ἀχὰζ, Ἀχὰζ τὸν Ἐζεκίαν, Ἐζεκίας τὸν Μανασσῆ, Μανασσῆς τὸν Ἀμὼς, Ἀμὼς τὸν Ἰωσίαν, Ἰωσίας Ἰεχονίαν, Ἰεχονίας πάλιν τὸν Σαλαθιὴλ, Σαλαθιὴλ τὸν Ζοροβαβὲλ, Ζοροβάβελ τὸν Ἀβιοὺδ, Ἀβιοὺδ τὸν Ἐλιακεὶμ, Ἐλιακεὶμ τὸν Ἀσὼρ, Ἀσὼρ τὸν Σαδὼκ, Σαδὼκ τὸν Ἀχεὶμ, Ἀχεὶμ τὸν Ἐλιοὺδ, Ἐλιοὺδ τὸν Ἐλεάζαρ, Ἐλεάζαρ τὸν Ματθίαν, Ματθίας τὸν Ἰακὼβ, Ἰακὼβ τὸν Ἰωσήφ [1].

Ἰωσὴφ γέρων ὢν χῆρος μετὰ τὸ λαβεῖν [2] πρώτην γυναῖκα, καὶ ποιῆσαι ἐξ αὐτῆς παῖδας ἄῤῥενας μὲν τέσσαρας, Ἰακὼβ τὸν Ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου καλούμενον διὰ τὸ συνανατεθράφθαι αὐτῷ, καὶ Σίμωνα καὶ Ἰούδαν καὶ Ἰωάννην, δύο δὲ θυγατέρας, Ἄνναν καὶ Σαλώμην· οὗτος ὁ Ἰωσὴφ γέρων ὢν καὶ χῆρος, κατὰ ἀνάγκην τῶν κλήρων βαλλομένων ἐπὶ χήρας καὶ ἀγάμους καθ' ἑκάστην φυλὴν [3] εἰς τὰς ἀπὸ ναοῦ παρθένους, διὰ τὸ ἀφιερωθῆναι ἐν τῷ ναῷ τοὺς πρωτοτόκους παῖδας ἄῤῥενάς τε καὶ θηλείας, ἔλαβε κατὰ κλῆρον τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν, ἐξ ἧς κατὰ σάρκα ἐγεννήθη ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς οὔτε

συνα-

vitate fuerit conficta, circa annum Christi CCCLXXXII. rejecit S. Hieronymus in libro adversus Helvidium, contendens S. Josephum perpetuam coluisse virginitatem. Hieronymi sententia communis evasit. Vide quae de illa opinione ab Hieronymo rejecta scripsit Tillemontius Adnot. III. ad S. Joseph. H. E. tomo I. pag 480.

3. εἰς τὰς ἀπὸ ναοῦ παρθένους. Habes heic sanctam Virginem Dei Matrem in templo fuisse educatam. Idem, & quidem apertius tradit inter alios S. Joannes Damascenus lib. IV. de Fide Orthodoxa cap. XIV. Vide de hac re Tillemontium adnotat. VI. ad historiam Virginis Mariae tomo mox laudato pag 463. Vide & quae habeat ad laudatum modo sancti Joannis Damasceni locum vir doctus Michael Lequien.

corporum conjunctione natus est. Natus est itaque Dominus e tribu Juda, ex semine David & Abraam secundum carnem, Deus existens, Augusti Imperatoris [1] anno XL.

Imperavit Augustus annos [2] LXVI. & menses VI.
Huic Tiberius ejus filius succedit, A. XXIII.
Post Tiberium Cajus annos III. menses IX. dies [3] XXII.
Post Cajum Claudius annos XIII.
Post Claudium Nero annos XIII.
Post Neronem Vespasianus annos IX.
Post Vespasianum Titus filius ipsius annos II.
Post Titum Domitianus frater ipsius [4] annos V. menses V.
Post Domitianum Nerva [5] annos IV.
Post Nervam Trajanus annos XIX.
Post Trajanum Adrianus annos XXII.
Post Adrianum Antoninus Pius annos XXII.
Post Antoninum Marcus Aurelius Antoninus qui & Verus, annos XIX.
Commodus [6] annos XIV.
Pertinax [7] annos VI.
Severus annos XVIII.
Antoninus ejus filius annos VII.
Macrinus, annum I.
Antoninus alius [8] annos II.
Alexander a Macedone diversus [9] annos III.
Maximinus annos III.
Gordianus annos VI.
Philippus annos VI.
Decius annum I.
Gallus & Volusianus annos III.
Galienus annos XV.
Claudius alter annum I.

Auré-

1. Ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἔτει. Multus est S. Epiphanius in Hæresi Alogorum, quæ est LI. ut suadeat Christi Domini natalem diem esse reponendum in anno Imperii Augusti XLII. Illud affirmat Hæreseos illius num. XXII. & numero XXIX. mendosos esse contendit libros repræsentantes diem illum ad annum Augusti XL. Illud idem conceptis verbis adstruit & in libro de Mensuris & Ponderibus, quem constat Epiphanium composuisse annis duodeviginti postquam Ancoratum ediderat. Quare aut mendosus dicendus est locus iste, in quo legitur anno XL. Augusti natum esse Christum Jesum: aut dicendum hanc suam opinionem secundis, tertiisque curis quum expendisset Epiphanius, emendavisse. Multa tum ad præsentem locum, tum ad insequentem Imperatorum seriem possent animadverti. Nostrum tamen non est, neque instituti nostri operis, operosissimis Chronologiæ disputationibus nos implicare. Videri possunt quæ scripsit Petavius tum ad Hæresim LI. tum ad librum de Mensuris & Ponderi-

συναφεία σώματος. γεννᾶται τοίνυν ὁ Κύριος ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραὰμ κατὰ σάρκα, Θεὸς ὤν, [1] ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας Αὐγούστου.

Αὔγουστος δὲ ἐβασίλευσεν [2] ἑξήκοντα ἓξ ἔτη καὶ μῆνας ἕξ.

Μετ᾽ αὐτὸν δὲ παῖς αὐτοῦ Τιβέριος διαδέχεται τὴν ἀρχὴν ἔτη κγ΄.

Μετὰ Τιβέριον Γάϊος ἔτη τρία καὶ μῆνας θ΄, [3] ἡμέρας κβ΄.

Μετὰ Γάϊον Κλαύδιος ἔτη ιγ΄.

Μετὰ Κλαύδιον Νέρων ἔτη ιγ΄.

Μετὰ Νέρωνα Οὐεσπασιανὸς ἔτη θ΄.

Μετὰ Οὐεσπασιανὸν Τίτος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη β΄.

Μετὰ Τίτον Δομετιανὸς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ [4] ἔτη ε΄ καὶ μῆνας ι΄.

Μετὰ Δομετιανὸν Νερούας [5] ἔτη δ΄.

Μετὰ Νερούαν Τραϊανὸς ἔτη ιθ΄.

Μετὰ Τραϊανὸν Ἀδριανὸς ἔτη κζ΄.

Μετὰ Ἀδριανὸν Ἀντωνῖνος εὐσεβὴς ἔτη κβ΄.

Μετὰ Ἀντωνῖνον Μάρκος Αὐρηλιανὸς Ἀντωνῖνος ὁ καὶ Οὐῆρος ἔτη ιθ΄.

Κόμοδος [6] ἔτη ιδ΄.

Περτίναξ [7] ἔτη ς΄.

Σεβῆρος ἔτη ιη΄.

Ἀντωνῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ζ΄.

* Μαρκῖνος ἔτος ἕν. — * Cor. Μακρῖνος.

Ἀντωνῖνος [8] ἄλλος ἔτη β΄.

Ἀλέξανδρος οὐχ ὁ Μακέδων [9] ἔτη γ΄.

Μαξιμῖνος ἔτη γ΄.

Γορδιανὸς ἔτη ς΄.

Φίλιππος ἔτη ς΄.

Δέκιος ἔτος α΄.

* Γαλσοζῶν καὶ Οὐαλησιανὸς ἔτη γ΄. — * Cor. Γάλλος, καὶ Οὐολουσιανός.

Γαληνὸς ἔτη ιε.

Κλαύδιος ἄλλος ἔτος ἕν.

Αὐρήλ-

deribus, ubi similis & accuratior Imperatorum series ab Epiphanio exhibetur. Nos paucis contenti erimus.

2. Nos monet Petavius, & quidem recte, pro ἑξήκοντα ejus loci, esse legendum τεσσαράκοντα.

3. In Libro de Mensuris & Ponderibus pro ἡμέρας κβ, legitur ἡμέρας κθ΄, dies XXIX.

4. Lege ἔτη ιε, annos XV.

5. ἔτη δ΄ Corrige ἔτος ἕν, μῆνας θ΄, annum unum, menses IV.

6. Κόμοδος ἔτη ιδ΄. Solus XIII. fere annos: cum Patre annos XXI, cum aliquot mensibus. Petavius.

7. Περτίναξ ἔτη ς΄. Ne menses quidem totidem imperavit. Sed μῆνας tamen rescribendum. Ita enim in lib. de mens. & pond. Petavius.

8. Ἀντωνῖνος ἄλλος ἔτη β΄. Imo fere tres. Petavius.

9. ἔτη γ΄. Emenda ἔτη ιγ΄ annos XIII. Ita in Lib. de mens. & pond.

Aurelianus [1] annos XIV.
Tacitus menses VI.
Probus annos VI.
Carus & Carinus & Numerianus annos II.
Diocletianus annos VIII.
Post [2] Diocletianum Maximianus.
Licinius.
Constans.
Constantinus.
Julianus.
Jovianus.
Valentinianus.
Valens.
Gratianus.

Usque [3] in hunc annum postquam mortuus est Gratianus, sunt anni LXX. Nam hiç annus est nonagesimus Diocletiani. Valentiniani & Valentis decimus, Gratiani sextus, Consulatus Gratiani Augusti tertium & Equitii illustrissimi, Indict. II.

LXI. Nos ab Adamo illo deinceps ordine propagati sumus, neque series intercidit: neque allegorice quæ a Deo facta sunt, interpretanda veniunt. Quamobrem vere Adamus exiitit; vere item ficulnea folia & ficus, arbor quoque quæ boni malique scientiam conferebat, & arbor vitæ in medio Paradiso consita, nec non & serpens, & contumacia, & obedientia, ad hæc fluvii, & Eva, & formatum revera opificium extitit. Nihil enim non Deo possibile est; ut quæ corruptibilia sunt, ad incorruptum statum transferre possit, & eandem illam incorruptionis conditionem in terra tribuat. Quod ne cui fortasse mirum videatur, istud ipsum adventu suo ille comprobavit. Quam enim carnem corruptioni obnoxiam accepit, & Divinitati suæ adjunxit, incorruptam reddidit. Quis enim redarguere Deum potest? Sed aliud deinceps videamus. Primos nostros parentes Deus e Paradiso expulit: Cherubinosque cum flammeo gladio ad vitæ arboris servandum aditum collocavit. Adamus igitur cum uxore e Paradisi regione domicilium habuit.

1. Αὐρηλιανὸς ἔτη ιδ'. *Nomen illi, L. Domitius Aurelius Valerius Aurelianus. Sed annum sextum vix attigit.* Petavius.

2. Μετὰ Διοκλητιανὸν Μαξιμιανός. *Collega Maximianus Herculius, successor Galerius Maximianus Armentarius. Sed perturbatissima sunt quæ sequuntur. Nam Licinium Constanti, & Constantino præponit. Vide quæ ad lib. de mensuris adnotamus.* Petavius.

Αὐρέλλιος [1] ἔτη ιδ'.
Τάκιτος μῆνας ϛ'.
Πρίβος ἔτη ϛ'.
Οἱ περὶ Κᾶρον καὶ Καρῖνον καὶ Νυμεριανὸν ἔτη β'.
Διοκλητιανὸς ἔτη κ'.
Μετὰ [2] Διοκλητιανὸν Μαξιμιανός.
Λικίνιος.
Κώνστας.
Κωνσταντῖνος.
Ἰουλιανός.
Ἰοβιανός.
Οὐαλεντινιανός.
Οὐάλης.
Γρατιανός.

Εως [3] τοῦ ἐνιαυτοῦ μετὰ τὸ τελευτῆσαι Γρατιανὸν, ἔτη ό. τὸ ἔτος γὰρ τοῦτο ἐστὶν ἐνενηκοστὸν Διοκλητιανοῦ, Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος ί, Γρατιανοῦ δὲ ἔτος ϛ', Ὑπατεία Γρατιανοῦ Αὐγούστου τὸ δ' [?] [*] Ἐσκουτίου λαμπροτάτου, Ινδικτος β'. *For. Equitius.

Ἡμεῖς τοίνυν ἀπὸ τοῦ προειρημένου Ἀδὰμ κατὰ ἀκολουθίαν, ὃ οὐκ ἀπώλετο ἡ τάξις, οὐδὲ τὰ ὑπὸ Θεοῦ γινόμενα ἀλληγορεῖται· ἔστι τοίνυν Ἀδὰμ, καὶ ἔστι φύλλα συκῆς, καὶ συκῆ, καὶ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ, καὶ ξύλον ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ Παραδείσου, καὶ ὄφις, καὶ παρακοὴ, καὶ ὑπακοὴ, καὶ εἰσὶ ποταμοὶ, καὶ ἔστιν Εὔα, καὶ τὸ πλάσμα. πάντα γὰρ δυνατὰ τῷ Θεῷ, ὃ τὰ φθαρτὰ μεταβάλλειν εἰς ἀφθαρσίαν, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς ποιῆσαι ἐν ἀφθαρσίᾳ διατελεῖν. καὶ μὴ θαυμαζέτω τις. τοῦτο γὰρ ἦλθε, καὶ ἔδειξε, λαβὼν σάρκα φθαρτὴν, καὶ ἐνδυσάμενος ἐν τῷ θνητῷ, καὶ ἀποδείξας ἄφθαρτον. τίς γὰρ ἐγκαλέσει Θεῷ; ἴδωμεν δὲ καὶ ἄλλην θεωρίαν. ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἔξω τοῦ Παραδείσου, καὶ ἔθετο τὰ Χερουβὶμ καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τηρεῖν τὴν εἴσοδον τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. καὶ ἐξελθόντες οἱ περὶ τὸν Ἀδὰμ, ᾤκησαν ἀπέναντι τοῦ Παραδείσου.

μηδεὶς

3. Εως τοῦ ἐνιαυτοῦ μετὰ τὸ τελευτῆσαι. Cæsus est Gratianus Merobaude & Saturnino Coss. ait Socrates lib. v, cap xi, anno Christi CCCLXXXIV. Ad quem annum nondum pervenerat Epiphanius. Nam hunc ipsum, quo scribebat, ait esse xc. Diocletiani, Indict II. Gratiano III, & Equitio Coss. Hic est annus Christi CCCLXXIV. Quare emblema illud otiosi cujusdam notatoris esse videtur. Atque ita corrigendum. Εως τούτου τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἔτος γὰρ τοῦτό ἐστιν &c. Si de annis CCCLXXIV. detraxeris LXX., restabunt CCCIV. Sequenti Constantius Chlorus abiit, si Socrati credimus. A morte Constantii ad Gratianum, & Equitium Coss. anni sunt LXX. Quare nisi mendosus est numerus, neque verba illa rejicienda sint, videndum an a Constantii Chlori obitu, vel, quod idem est, ab epocha Constantini LXX. illos annos computet. Ita pro Γρατιανὸν, Κωνστάντινον rescribendum erit. Potest & non solum in voce Γρατιανὸν, sed etiam in numerum ipsum error irrepsisse, ut a Christi natali, vel passione deduxerit. Petavius.

Matt. 3. 9. buit. Nemo inanibus fabulis illudat: *Potest enim Deus e lapidibus excitare filios*. Potest idem quæ corruptibilia sunt, incorrupta facere; & in terris, quando ita libitum est, paradisi quietem otiumque constituere. Terra quippe non alterius Dei est, neque cœlum alterius, sed omnia ad unum eundemque pertinent: qui immortalitatem unicuique pro sua voluntate largitur. Nam & Adami corpus ex eadem humo fictum esse scimus, e qua corpora nostra fabricata sunt; ac nos quoque spem æternæ & immortalis hæreditatis habemus. Quippe Salvatoris corpus e Maria Virgine ortum habuit, & cum Verbi in cœlo immortalitate conjunctum est. Hæc nos omnia hoc loco colligere ac proponere studuimus, ne quid eorum quæ scripta sunt, reiiceremus: sed ut candorem ac simplicitatem adhiberemus, ac fideles nos præberemus in iis omnibus, quæ nobis ex rei veritate scriptis mandari voluit, ac veritatis viam salutemque concessit: cui soli convenit ut ea quæ comprehendi nequeunt, intelligat.

Origenis error. LXII. Redeo ad Origenem: qui quidem (quod ipsi Deus ignoscat) absurdissimam aliam fabulam & allegoriam fallendis hominibus proposuit. Etenim quas Scriptura pelliceas tunicas primis nostris parentibus Deum fecisse narrat, vere pelliceas tunicas [1] negat fuisse: sed id de corporis mole & carne concreta, vel corpore interpretatur ipso: in quod post inobedientiam ac fructus vetiti degustationem inclusas esse animas [2] arbitratur. Quod quidem dogma otiose confictum ac stolidum est. Sed argutatur nihilominus Origenes, atque ita disputat: Num, inquit, coriarius Deus est, ut subactis pellibus Adamo atque Evæ tunicas consuat? Multo vero magis ea vox est pecude digna. Quid enim facilius erat, cœlum ac terram e nihilo procreare Deum, an pelliceas consuere tunicas? Quandonam vero admiranda sua prodigia non quoties placuit ipsi, molitus est, ut anima carentia in animata converteret? Quando Moysis virgam aridam ac ligneam non in vivum, spirantemque colubrum commutare potuit? qui Moysem ipsum insequeretur & in fugam coniiceret; ut quod tum gerebatur, non fictam quandam esse speciem, sed veritate Deut. 29. 5. constare doceret? Quid illud? Quonam pacto quadraginta totos annos neque populi vestes attritæ sunt, neque capilli creverunt, nec inveterata sunt calceamenta? Dicant velim ineptissimi homines, qui ad illam Origenis insaniam adhærescunt:

μηδεὶς μύθοις ἀπατάτω κενοῖς. δύναται γὰρ ὁ Θεὸς ἐκ τῶν λίθων ἐγεῖραι τέκνα· καὶ δύναται ὁ Θεὸς καὶ τὰ φθαρτὰ μεταβαλεῖν εἰς ἀφθαρσίαν· καὶ δύναται ἐπὶ γῆς ποιῆσαι ἀνάπαυσιν Παραδείσου, ὅτι ἠθέλησεν. οὐ γὰρ ἡ γῆ ἄλλου Θεοῦ, καὶ οὐρανὸς ἄλλου Θεοῦ, ἀλλὰ πάντα τοῦ αὐτοῦ ἐστι, καὶ ὡς θέλει χαρίζεται ἑκάστῳ τὴν ἀφθαρσίαν. καὶ γὰρ τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ οἴδαμεν ἐκ γῆς πεπλασμένον ἐξ ἧσπερ καὶ ἡμῶν τὰ σώματα, καὶ ἐλπίδα ἔχομεν ζωῆς αἰωνίου, καὶ ἀφθάρτου κληρονομίας. καὶ γὰρ τοῦ Σωτῆρος τὸ σῶμα ἀπὸ Μαρίας ἦν, καὶ συνήνωται πνευματικῶς τῇ τοῦ Λόγου ἐν οὐρανῷ ἀφθαρσίᾳ. ταῦτα δὲ πάντα συναγάζομεν ἐνταῦθα * παρεθέμεθα, μηδὲν παραῤῥίψαι τῶν γεγραμμένων θέλοντες, ἀλλὰ μᾶλλον ἁπλότητι φέρεσθαι, πιστοί τε εὑρίσκεσθαι πρὸς τὸν Θεὸν ἐν οἷς ὡς ἐν ἀληθείᾳ ἔγραψεν ἡμῖν, καὶ ἐδωρήσατο τὴν τῆς ἀληθείας ὁδὸν καὶ ἡμῶν σωτηρίαν, συγχωρεῖν αὐτῷ μόνῳ πρέπον ἐστὶν εἰδέναι τὰ ἀκατάληπτα. * Deest ἢ.

Ἄλλην δὲ πάλιν μυθώδη μωρίαν οὗτος ὁ Ὠριγένης, ᾧ ὁ Θεὸς * συγχωρήσει, φαντασίαν τοῖς ἀνθρώποις ἀλληγορεῦνται, παρεσήγαγε, φάσκων, οὓς εἶπεν ἡ θεία γραφὴ χιτῶνας δερματίνους πεποιηκέναι τὸν Θεὸν τοῖς περὶ τὸν Ἀδὰμ, [1] μὴ εἶναι χιτῶνας δερματίνους, ἀλλὰ τοῦτό φησι χιτῶνα δερμάτινον, τὸ σαρκῶδες τοῦ σώματος, ἢ αὐτὸ τὸ σῶμα μετὰ τὴν παρακοὴν καὶ τὸ βεβρωκέναι τοῦ ξύλου, [2] ἐνέδυσε τὰς ψυχάς. καὶ ἔστι * σύνθετον ὅλον εἰπεῖν. σοφίζεται γὰρ αὐτὸς ὁ Ὠριγένης δῆθεν καὶ φησι· μὴ γὰρ ὁ Θεὸς * βυρσοδέψης ἦν, ἵνα βυρσήσας δέρματα, χιτῶνας ἐργάσηται τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ; πολὺ δὲ κηνωδέστερον τὸ τοιοῦτον. τί δυσχερέστερον ἦν, οὐρανὸν καὶ γῆν ἐξ οὐκ ὄντος ποιῆσαι τὸν Θεὸν, ἢ χιτῶνας δερματίνους; πότε γὰρ τὰ θαυμάσια αὐτοῦ θέλων οὐκ εἰργάσατο, καὶ ἄψυχα εἰς ἔμψυχα μεταβαλών; * πότε οὐ δεδύνηται τὴν μὲν ῥάβδον Μωϋσέως ξηρὰν οὖσαν καὶ ξυλίνην, ὄφιν ἔμψυχον ἐποίησε Μωϋσέα καταδιώκοντα, ἀφ' οὗ Μωϋσῆς εἰς φυγὴν ἐξέπετο· ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἦν φάντασμα, ἀλλ' ἀληθὲς τὸ γινόμενον. πῶς δὲ τεσσαράκοντα ἔτη τοῦ λαοῦ τὰ ἱμάτια οὐκ ἐρρικνώθη, καὶ τρίχες οὐκ ἐκίνουν, καὶ τὰ ὑποδήματα οὐκ ἐπαλαιοῦντο; εἰπάτωσαν δέ μοι οἱ ἠλίθιοι οἱ τῇ φρενοβλαβείᾳ Ὠριγένους τοῦτο τὸ μέρος ἀκολουθήσαν-

* Deest ἢ.

* Fort. συγχωρήσει, & mox ἀλληγορῶντι.

* Fort. ἀσύνετον.

* Fort. βυρσοδέψης.

* Deest non nihil.

1. μὴ εἶναι χιτῶνας δερματίνους. Vide ad Hæresim LXIV. in Panario numeros XXII, & XXIII.

2. ἐνέδυσε τὰς ψυχάς. Animas hominum corporibus præextitisse, ac cælestes fuisse virtutes; in corpora deinde veluti carceres conjectas ut scelerum, quibus sese polluerant, pœnas darent; Origenis errorem fuisse ex pluribus constat antiquitatis documentis, ex Methodio, ex Hieronymo, ex Epiphanio nostro tum in præsenti, tum memorata nuper in Hæresi LXIV, num. IV. Vide Origeniana Petri Danielis Huetii lib. II, cap. II, quæst. VI, pag. 91, & sequentibus.

Origenis insania. *Jo. 20. 6.* scunt: cum Christus a mortuis excitatus linteas, uti scriptum est, vestes in sepulchro reliquisset, nudus utique Discipulis cum corpore animaque visendum se non præbuit. aut cum *Jo. ib. 27.* ossa sua Thomæ carnesque & latera monstravit, nudus, opinor, non fuit. quis igitur hæc illi post resurrectionem vestimenta consuit? Dies spiritales quasdam vestes sibi ipsum adornasse. Igitur qui ejusmodi sibi vestes elaborare potuit, pelliceas illas tunicas primis hominibus suapte voluntate conficere non potuit? Enimvero tota illa exploditur Origenis allegoria. Nam si post degustatum fructum carnem Deus Adamo fabricavit, undenam costam illam lateris acceperat? nam cum *Gen. 2. 23.* Adamus ex altissimo illo sopore esset excitatus: *Os*, inquit, *ex ossibus istud est, & caro de carne mea*.

LXIII Nemo itaque deinceps nobis molestiam præbeat. Ita quippe ab initio ad hanc usque diem sacrosancta sensit Ecclesia. Neque vero in illo judicii die nobis Origenes aderit. Hoc enim magnopere demiror, quod nonnulli hominem istum qui in Dominum suum contumeliosus est, sustinere possint. *Origenis errores.* Legant si lubet Origenis librum qui *De Principiis* inscriptus est, atque inde sapere discant, qui Ecclesiæ Catholicæ filii esse videntur; nec deinceps Filium a Patris Divinitate separare audeant. Discant, inquam, quemadmodum [1] Origenes non dubitarit afferere Filium minime Patrem intueri. Sic enim loquitur: *Perinde ac Filius Patrem videre non potest, ita Spiritus sanctus Filium videre nequit*. Ac rursus: *Angeli Spiritum sanctum videre nequeunt, ut & homines Angelos videre non possunt*. Ita sibi ipsi quidem & iis quos in errorem impulit, illudere potuit; sapienti vero ac fideli eique qui veritati ac spiritali doctrinæ credit, non potuit. Desine igitur Origines, & vos Origenis discipuli. Veriores quippe vobis omnibus ac præceptore vestro Apostoli sunt & Prophetæ. Desinant porro Gnostici, qui moribus se suis *catagnosticos*, hoc est, condemnandos præbent. Facessant Valentiniani, Manichæi, Marcionistæ, qui in omnibus decepti sunt. Desinant Ariani, Anomœi, Sabelliani, Pneumatitæ sive Pneumatomachi, Dimœritæ qui stolide mentem reiiciunt. Nam Scriptura ubique vera est ac certa. Sapientia vero imprimis opus est ut & Deum noverimus, & ipsi ejusque sermonibus, atque iis omnibus quæ illius in nos beneficentia contulit vel aliquando futura sunt, fidem

τος· ἀναςάντος τοῦ Χριςοῦ ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ καταλείψαντος τὰς ὀθόνας ἐν τῷ μνήματι, ὡς γέγραπται, γυμνὸς ἄρα * ἐφαίνετο τοῖς μαθηταῖς ἀναςὰς ἐκ τῶν νεκρῶν σὺν σώματι καὶ ψυχῇ. ὁπηνίκα δὲ ἐδείκνυε τοῖς περὶ τὸν Θωμᾶν τὰ ὀςᾶ αὐτοῦ καὶ τὰς σάρκας χεῖράς τε καὶ τὴν πλευρὰν, δηλονότι οὐκ ἦν γυμνός. τοίνυν τὰ ἱμάτια τίς αὐτῷ ὕφανε τὰ μετὰ τὴν ἀνάςασιν; ἀλλ' ἐρεῖς μοι πάντως, ἐνδύματα πνευματικὰ ὁ αὐτὸς ποιήσας. καὶ εἰ τοιαῦτα ἐνδύματα ἠδύνατο ἑαυτῷ ποιεῖν, ἐκείνους τοὺς δερματίνους χιτῶνας οὐκ ἠδύνατο ποιῆσαι τοῖς περὶ τὸν Ἀδὰμ οἰκείῳ θελήματι; * ὄντως ἐκπίπτει τοῦ Ὠριγένους ἡ ἀλληγορία. εἰ γὰρ μετὰ τὸ βεβρωκέναι τοῦ ξύλου ἐκτίσθη τοῦ Ἀδὰμ ἡ σάρξ, πόθεν ἄρα ἔλαβεν ὁ Θεὸς τὴν πλευράν; ὃς διεγερθεὶς ἀπὸ τῆς ἐκςάσεως φησί· ὀςοῦν ἐκ τῶν ὀςῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου τοῦτο.

* Adde οὐκ.

* For. οὕτως.

Τοῦ λοιποῦ τοίνυν μηδεὶς ἡμῖν κόπους παρεχέτω. οὕπω γὰρ δοξάζει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία ἀπὸ τῶν ἀνέκαθεν. οὐ παραςήσεται γὰρ ἡμῖν Ὠριγένης ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. θαυμάζω γὰρ ὡς ἀληθῶς, πῶς τινες ἀνέχονται τοῦ βλασφημήσαντος τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην. ἀναγνώτωσαν Ὠριγένους τὰ Περὶ ἀρχῶν οἱ τοιοῦτοι, καὶ μαθέτωσαν οἱ δοκοῦντες εἶναι υἱοὶ τῆς Ἐκκλησίας τῆς Καθολικῆς, καὶ μὴ τὸν Υἱὸν ἀπὸ τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος χωρίζειν τολμάτωσαν. [1] πῶς οὐκ ἀπηξίωσεν Ὠριγένης εἰπεῖν ὅτι οὐχ ὁρᾷ τὸν Πατέρα ὁ Υἱός. ἀλλά φησι· ὡς οὐ δύναται ὁρᾶν τὸν Πατέρα ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα οὐ δύναται ἰδεῖν τὸν Υἱόν. καὶ πάλιν· οἱ Ἄγγελοι οὐ δύνανται ἰδεῖν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ οἱ ἄνθρωποι οὐ δύνανται ἰδεῖν τοὺς Ἀγγέλους. καὶ ἐφαντασίασεν ἑαυτὸν μᾶλλον καὶ οὓς ἠπάτησεν, ἀλλ' οὐ τὸν συνετὸν καὶ πιςὸν καὶ προσέχοντα τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῇ πνευματικῇ διδασκαλίᾳ. παῦσαι τοίνυν Ὠριγένες, καὶ παύσασθε οἱ τοῦ Ὠριγένους μαθηταί. ἀληθεύουσι γὰρ οἱ Ἀπόςολοι καὶ οἱ Προφῆται, ἤπερ ὑμεῖς καὶ ὁ ὑμῶν διδάσκαλος. παυσάσθωσαν οἱ Γνωςικοὶ, καταγνωςικοὶ ὄντες τὸν τρόπον. καὶ παυσάσθωσαν Οὐαλεντινιανοὶ καὶ Μανιχαῖοι καὶ Μαρκιωνιςαὶ, οἱ κατὰ πάντα πεπλανημένοι. καὶ παυσάσθωσαν Ἀρειανοὶ καὶ Ἀνόμοιοι καὶ Σαβέλλιοι, καὶ Πνευματῖται οἱ καὶ Πνευματομάχοι, καὶ Διμοιρῖται οἱ ἀνςήπως τὸν νοῦν παρεκβάλλοντες. πάντα γὰρ ἀληθεύει ἡ θεία γραφή· συνέσεως δὲ χρεία ἐςὶ τοῦ εἰδέναι τὸν Θεὸν, πιςεύειν αὐτῷ καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις,

1. πῶς οὐκ ἀπηξίωσεν. Origenem Dei Filium Patri non æqualem, non ejusdem substantiæ, sed minorem & inferiorem; nec genitum revera, sed factum & credidisse & docuisse tradunt Patres, qui ipsius audaciam retundendam susceperere. Tradunt etiam non recte credidisse de Spiritu Sancto, utpote qui ipsum in ordine, potestate, dignitate, majestate tertium constituerit. Evolve Epiphanii nostri Panarium, inspice memorata ilaresceus num. VIII. Evolve & Origenianorum quæst. 21. libri 21.

fidem habeamus; & ut perfectam ex illius promissione [1] mortuorum resurrectionem intelligentia percipiamus. Omnis enim hæresis mendax est, utpote quæ Spiritum sanctum [2] ex Patrum traditione in sancta Dei & Catholica Ecclesia non acceperit.

LXIV. Sed nos de his iterum subinde pro nostra tenuitate disputabimus, ac cum nobis illud sit a Deo tributum, ut in sanctæ & Catholicæ Dei Ecclesiæ abjecti licet atque humiles firmitate consisteremus, singillatim iis omnia proponemus, qui salutis suæ curam capessere voluerint. Et quidem sufficere illa poterant, quæ de Patre, Filio & Spiritu sancto huc usque disseruimus. Sed ut eadem illa ad uberiorem fidelium cautionem & salutem institutionemque declarare studeamus, collectis undique Scripturæ testimoniis, quo fidelibus, uti dixi, lectoribus instructius veluti quoddam convivium hilaritatemque præbeamus; iterum hoc loco docere non gravabimur, quam stabilis ac certa spes nostra sit quam in Deo constituimus. Nimirum nihil in Patre, Filio ac Spiru sancto diversum ac discrepans esse: sed eundem esse sanctæ Trinitatis ordinem ac substantiam. Neque vero aliunde aut ex privato sensu docere istud aggredimur: sed ex vita nostra, Prophetarum videlicet oraculis, atque ex nostri Salvatoris adventu simul atque bonitate. Venit quippe Vita nostra venit, ac nobis iterum quos errantes repererat, illuxit. Etenim omnes in superbia, ac blasphemiis, & idolorum simulachris, ac Dæmonum contrariis Deo cultibus, ritibus, ac malorum denique omnium servitute volutati demersique jacebamus. Quibus omnibus cum præter voluntatem impliciti teneremur; *non enim quod vellem,*
Rom 7.15. *faciebam; sed quod oderam* ad faciendum urgebar: cum hic mihi status a peccato subministraretur, sanctus Pater sanctum Filium suum allegans, hujus me misericordia servavit, atque ex omni corruptela mea me liberavit.

LXV. *Apparuit* [3] *gratia Domini nostri Jesu Christi, erudiens*
Tit.2.11. *nos ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobrie pie & juste vivamus in hoc sæculo, exspectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, qui tradidit seipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purgaret sibi ipsi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum,*
Col 2.14. *deleto per decreta sua chirographo quod contra nos erat, ac nobis adversabatur: quod e medio sublatum affixit cruci, ac Principatus*

λόγοις, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κεχαρισμένα καὶ διδόμενα καὶ ἐσόμενα, καὶ εἰδέναι κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν [1] τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἐν τελείῳ ὄντι. πᾶσα γὰρ αἵρεσις ψεύδεται, μὴ λαβοῦσα Πνεῦμα ἅγιον, [2] κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν πατέρων ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ.

Καὶ περὶ τούτων αὐτῶν αὖθις πάλιν ἐροῦμεν κατὰ τὸ ἡμέτερον ἀσθενές. ἀλλ' ἐκ Θεοῦ καταξιωθέντες τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Καθολικῆς Ἐκκλησίας, οἱ ἐλάχιστοι καὶ ταπεινοὶ ἔχειν καὶ ταύτης τὸ ἑδραίωμα, κατὰ τὸ δυνατὸν τῆς ἡμῶν βραχύτητος, παρατιθέμεθα ἀπὸ μέρους περὶ πάντων τοῖς βουλομένοις τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἐπιμελεῖσθαι. καὶ ἤρκει μὲν ἱκανῶς τὰ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος εἰρημένα. ἵνα δὲ περισσότερον εἰς * εὐφραξίαν καὶ περιποίησιν καὶ πληροφορίαν τῶν πιστῶν σαφηνίσαι σπουδάσωμεν, πανταχόθεν συνάγοντες τῆς θείας γραφῆς τὰς μαρτυρίας εἰς πλάτος εὐωχίας καὶ ἀγαλλίασιν τοῖς ἐντυγχάνουσι πιστοῖς, πάλιν οὐκ ὀκνήσαιμεν ὑποδεῖξαι, ὡς ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν ἐν Θεῷ τὴν ἡμετέραν ἐλπίδα, ὅτι οὐδὲν παρήλλακται ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, ἀλλ' ὁμόστοιχος καὶ ὁμοούσιος ἐστὶν ἡ ἁγία Τριάς. οὐκ ἀλλαχόθεν δέ ποθεν, οὐδὲ ἀπὸ ἰδίων διανοημάτων ποιούμεθα τὴν διδασκαλίαν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ζωῆς, τουτέστιν ἐκ Προφητῶν, καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας καὶ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας. ἦλθε γὰρ ἦλθεν ἡ ζωὴ ἡμῶν, καὶ τὸ φῶς αὖθις ἡμῖν ἐπέλαμψεν οὐ ζῶντας ἡμᾶς πεπλανημένους. ἦμεν γὰρ ἦμεν ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ βλασφημίαις, εἰδώλων ὁμοιώσεσι, πνευμάτων ἀθείαις, κακῶν πάντων ἐπαγωγαῖς βεβαπτισμένοι. τούτων τοίνυν προσόντων ἡμῖν ἀκουσίως, οὐ γὰρ ὃ ἤθελον ἔπραττον, ἀλλ' ὃ ἐμίσουν ἠπειγόμην ποιεῖν ἁμαρτίας διακονούσης μοι οὕτως, ὁ ἅγιος Πατὴρ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἅγιον ἀπέστειλε, καὶ ἐν τῷ αὐτοῦ ἐλέει ἔσωσέ με, καὶ ἐκ πασῶν τῶν διαφθορῶν μου ἐρρύσατό με.

Ἐπεφάνη [3] γὰρ ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος, διδάσκουσα ἡμᾶς ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον ζηλωτὴν καλῶν ἔργων, ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον

1. τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν.] Constat aut errasse Origenem circa mortuorum resurrectionem; aut dubia saltem & incerta de illa protulisse. Adeunda & hæc eadem Hæresis LXIV. num. 2. Adeunde & Origeniana lib. II. quæst. IX.

2. Addiscant illinc ex Epiphanio qui Christo nomen dedere, unde, ex quo fonte, religionis dogmata accipere nos oporteat.

3. Hæc & sequentia usque ad eundem numerum LXXVII. habes & in Panario post numerum primum Hæres. LXXIV. quæ est Pneumatomachorum, sive dogma impetentium de Spiritu Sancto. De hac Hæresi videndus præ ceteris Socrates lib. II. capite XXXV. & Sozomenus lib. IV. cap. XIX.

tus & Potestates spolians traduxit audacter, triumphans illos in semetipso. & *cum aeneas fores contrivisset, ac vectes ferreos confregisset*, vitae postmodum lumen ostendit, manus porrigens, ac viam muniens, & ad coelum conscendendum scalas ostendens, ac Paradisum denique rursus ad habitandum offerens.
Joan.1. Hic igitur *habitavit in nobis*, ac Legis Spiritus sancti justificationem nobis est largitus, ut tam ipsum quam quae sunt ipsius propria cognoscamus: quod vitae initium ac finis est. Ergo justitiae nobis concessa lex est; lex, inquam, fidei, lex Spiritus, & a lege carnis peccati libera. Quamobrem *quod ad interiorem hominem pertinet, Dei me lux delectat*. Est autem intra nos Christus: si quidem *habitat in nobis*. Sed mortuus ipse, via vitae nostra causa factus est: *Ut qui vivunt, non sibi ipsis amplius vivant: sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit*. Idemque vitae principium: ac *jurisjurandi* quo se ante plures annos obstrinxerat, ut ait David, *recordatus est*. *Deus enim erat in Christo mundum reconcilians sibi, sua illis delicta non imputans*. *Quoniam in ipso placuit omnem habitare plenitudinem, & per illum reconciliare in ipsum omnia; cum pacem, crucis sanguine sanxisset*. Hic igitur ad temporum administrandam plenitudinem advenit: quemadmodum Abraamo caeterisque sanctis data fides erat: *Ut in ipso instauraret omnia, ac velut in summam redigeret quae in coelo sunt ac terra*. Etenim per illam Dei patientiam dissensio quaedam & inimicitia fuerat: Christus vero in corpore carneque sua in gratiam concordiamque restituit, cum per sese unum ambo fecisset. *Venit enim pax nostra; & interjectum maceriae septum, simultatem videlicet omnem, in sua carne diruit: ac praeceptorum legem suis dogmatibus abolevit, ut ambos* [1] *in unum novum hominem componeret*. Gentes vero in idem corpus coalescere, ac promissorum una participes & haeredes esse jussit his verbis: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*. Igitur *cum ego carne imbecillus essem; Salvator ad me sub carnis peccati specie missus est*, qui totum hoc negotium conficeret: ut me a servitute, ut a corruptela, ut a morte redimeret: ac mihi illa *justitia, sanctificatio, ac redemptio factus est*. *Justitia* quidem, quod per fidem suam peccatum dissolvit: *Sanctificatio*, quod per aquam & spiritum ac verbo suo in libertatem asseruit: *Redemptio* denique, quod pro me seipsum ac veri agni sanguinem hoc est suum

Marginal references: Rom.7.22. — 2.Cor.5.15. — Ps. 88.4. — 2.Cor.5.19. — Col.1.19. — Eph.1.10. — Eph.2.14. — Matth.11.28. — Rom.8.3. — Rom.8.3. — 1.Cor.1.30.

χαρὲν τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν, * ἄρας ἐκ μέσου, καὶ προσηλώσας τῷ σταυρῷ, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, παρεδειγμάτισεν ἐν παρρησίᾳ, θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτῷ, πύλας χαλκᾶς συντρίψας, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσας, τὸ φῶς αὖθις ὑπέδειξε τῆς ζωῆς, χεῖρας ὀρέγων, ὁδοποιῶν * ὑποβάθρας, οὐρανὸν ὑποδεικνύς. Παράδεισον αὖθις οἰκεῖν ἀξιῶν. τοίνυν κατῴκησεν ἐν ἡμῖν, καὶ τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου δοὺς ἡμῖν τοῦ Πνεύματος. εἰς τὸ γνῶναι αὐτὸν τὸ περὶ αὐτοῦ· ὅ ἐστιν ἀρχὴ καὶ τέλος ζωῆς· νόμος δικαιοσύνης γέγονεν ἡμῖν, νόμος πνεύματος ἐλεύθερος ἐκ νόμου * ζωῆς ἁμαρτίας. διὸ συνειδόμεθα τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. ἔσω δὲ ἡμῶν ὁ Χριστὸς, εἴπερ οἰκεῖ ἐν ἡμῖν. αὐτὸς γὰρ θανὼν ὁδὸς ζωῆς ὑπὲρ ἡμῶν γέγονεν· ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι, αἰτίῳ ζωῆς· τοῦ πρὸ πολλῶν γενεῶν ἔρχου μνησθεὶς, κατὰ τὸν Δαβίδ· Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν. ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος ἐν τῷ σταυρῷ. παρεγένετο τοίνυν εἰς οἰκονομίαν τοῦ πληρώματος τῶν καιρῶν, καθὼς ἐπήγγελται Ἀβραὰμ καὶ λοιποῖς ἁγίοις, ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν αὐτῷ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. διάστασις δὲ ἦν καὶ ἔχθρα ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ Θεοῦ, ἀποκατήλλαξε δὲ ἐν τῷ σώματι τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δι' αὐτοῦ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν. ἦλθε γὰρ ἡ εἰρήνη ἡμῶν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας· [1] ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον· εἶναί τε τὰ ἔθνη σύσσωμα καὶ συμμέτοχα καὶ συγκληρονόμα τῆς ἐπαγγελίας ἐκάλεσεν, εἰπών· δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. τοίνυν ἐν ᾧ ἐγὼ ἤθελον διὰ τῆς σαρκὸς, ἀπεστάλη μοι ὁ Σωτὴρ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, οἰκονομίαν τοιαύτην πληρῶν, ἵνα με δουλείας ἐξαγοράσῃ, ἵνα με φθορᾶς, ἵνα με θανάτου. καὶ ἐγένετό μοι δικαιοσύνη καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις. δικαιοσύνη μὲν, διὰ πίστεως αὐτοῦ * ἁμαρτίας λύσας. ἁγιασμὸς δὲ δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος καὶ ἐν ῥήματι αὐτοῦ ἐλευθερώσας. ἀπολύτρωσις δὲ τὸ αἷμα αὐτοῦ, λύτρον ἀμνοῦ ἀληθοῦς ὑπὲρ

ἐμοῦ

* In Haeresi LXIV. legitur ἦρκεν ἐκ μέσου, προσηλ.

* Corrige ex Haeresi LXIV. ὑποβάθρας οὐρανῶν.

* Ibid. σαρκὸς pro ζωῆς mox ibidem corr. συνείδομαι τῷ νόμῳ.

* γρ. ἁμαρτίαν.

1. Ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον. Ad Ephesios II. 15. græcum exemplum post verbum κτίσῃ infert ἐν ἑαυτῷ. Vulgata, *ut duos condat in semetipso in unum novum hominem*. Petavius locum in Epiphanio de græco ita latinum fecit, *ut ambos in seipso eumdem in novum hominem componeret*: Thomasius Petavii mutavit versionem.

Col. 1. 20. suum, in redemptionis pretium effuderit; *Propitiatorium*,
Ib. 26. quo & mundus repurgatus, *& omnia cœlo terraque reconciliata sunt: dum mysterium ante sæcula ac generationes occultum, constitutis temporibus implevit*. Idem vero *transformabit corpus hu-*
Phil. 3. 21. *militatis nostræ ut conforme sit gloriæ ipsius, secundum operatio-*
Col. 2. 9. *nem qua potest subiicere sibi omnia. Quoniam in ipso habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter*.

LXVI. Quocirca sapientiæ illud ac Divinitatis receptacu-
1. Cor. 5. 19. lum Christus, *Mediator* existens *omnia in sese cum Deo reconciliat, peccatum non imputans*, & ad exitum arcana mysteria perducens, testamenti sui fide, quod a Lege & Prophetis ostensum antea fuerat: Dei, inquam, Filius prædicatus, ac Davidis appellatus Filius, siquidem utrumque Deus & homo,
1. Tim. 2. 5. *Dei & hominum mediator fuit*; verum Dei domicilium, sacerdotium sanctum, sancti Spiritus regenerantis, ac Deo instaurantis omnia largitor: nam *Verbum caro factum est, & habi-*
Joan. 1. *tavit in nobis: & vidimus gloriam ejus tamquam gloriam Unigeniti a Patre*. Ut enim pluvia cum arboribus coalescens ac
Similitudo qua Christi nativitas explicatur. stirpibus, corpus efficit, & unumquemque fructuum ad ejus unde ortus est, similitudinem producit: & in oliva quidem ex ejus natura & substantia assumptum [2] pingue oleum efficitur: in vite in suavissimi vini qualitatem coloremque transit: in ficus arbore dulcissimo ficus sapore temperatur: & in quolibet semine pro uniuscujusque forma incrementum capit ac pullu-
Jo. 1. 45. lat. Ita *Verbum* Dei, opinor, in Maria *caro factum est*: & in Abraami stirpe homo ex promissi fide repertus est. *Inve-*
Deut. 32. 2. *nimus enim*, inquit, *Messiam, quem scripsit Moyses*. Idem vero Moyses: *Descendat*, inquit, *ut pluvia eloquium meum,*
Psa. 71. 6. *& tanquam guttæ stillantes in terram*. Item David: *Descendat sicut ros in vellus*. Lana itaque rorem excipiens fœtum auget velleris. Terra pluviam excipiens, fructum ad maturitatem perducit, eaque perfusa ex imperio Domini naturales fruges prompte ac libenter emittit, & ab eodem rursus accipiendi majori desiderio tenetur. Sic & Maria virgo cum ita respon-
Luc. 1. 34. disset: *Unde*, inquit, *cognoscam mibi istud affuturum*? audiit; *Spiritus Domini in te descendet, & virtus Altissimi obumbrabit te: ideoque & quod nascetur ex te, sanctum erit, & Filius Altissimi vocabitur*. Christus in Angelo loquitur: & in sui ipsius
Phil. 2. 7. formatione semetipsum Dominus effingit, *servi formam induens*.

ἐμοῦ ἑαυτὸν παραδοὺς. ἱλαστήριον καθάρσεως κόσμου, καταλλαγῆς ἁπάντων * ἐν οὐρανῷ καὶ γῆς, μυστήριον τὸ ἀπόκρυφον πρὸ τῶν αἰώνων καὶ γενεῶν πληρῶν καιροῖς τοῖς * ὡρισμένοις. ὁ αὐτὸς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι σύμμορφον [1] τῆς δόξης κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι, καὶ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα, ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς.

* γρ. οὐρανοῦ.
* γρ. διωρισμένοις.

Τὸ δοχεῖον τοίνυν τῆς σοφίας καὶ τῆς θεότητος ὁ Χριστὸς, μεσιτεύων * καταλλάσσει τὰ πάντα τῷ Θεῷ ἐν αὐτῷ, μὴ λογιζόμενος ἁμαρτίας, ἀπόκρυφα μυστήρια πληρῶν, πίστει διαθήκης αὐτοῦ προεπηγγελμένης ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν Προφητῶν, υἱὸς Θεοῦ κηρυσσόμενος, υἱὸς Δαβὶδ λεγόμενος, ἄμφω γὰρ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀληθινὸς οἶκος Θεοῦ, ἱεράτευμα ἅγιον, ἁγίου Πνεύματος δοτὴρ τοῦ ἀναγεννῶντος καὶ ἀνακαινίζοντος αὖθις τὰ πάντα τῷ Θεῷ. * ὅτι ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, * εἴδομεν τὴν δόξαν αὐτοῦ ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρός. ὁ ὑετὸς δένδρεσι καὶ φυτοῖς συμφυσιούμενος, σῶμα ἀπεργάζεται, καὶ τῶν καρπῶν καθ' ὁμοιότητα ἕκαστον. καὶ ἐν μὲν τῇ ἐλαίᾳ ἔλαιον πῖον γίνεται [2] προσλαβόμενον ἐξ αὐτῆς τὸ οὐσιῶδες. ἐν δὲ ἀμπέλῳ οἶνος ἡδὺς χρώζεται. ἐν δὲ συκῇ σῦκον γλυκαίνεται. καὶ ἑκάστῳ σπερμάτων πρὸς τὸ εἶδος * αὔξεται αὐτοῦ, καὶ φύει. οὕτως οἶμαι ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐν Μαρίᾳ σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐν σπέρματι Ἀβραὰμ ἄνθρωπος ηὑρίσκετο κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν. εἰρήκαμεν γὰρ Μεσσίαν, ὃν ἔγραψε Μωϋσῆς. * ἔφη· καταβήτω ὡς ὑετὸς τὸ ἀπόφθεγμά μου, καὶ ὡς ἡ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τὴν γῆν. καὶ ὁ Δαβίδ· καταβήτω ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον. ἔριον τοίνυν δεχόμενον τὴν δρόσον, αὔξει πόκου γονήν. γῆ δὲ δεχομένη * τὸν ὑετὸν, αὔξει καρπὸν προστάγματι δεσπότου, προσδιδοῦσα τὴν φύσιν προθυμοτέρως· τὸ δὲ λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ πλέον ἔχει οὐδέν. οὕτω δὴ καὶ ἡ παρθένος Μαρία, κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, φησίν. ὅτι ἔσται μοι τοῦτο; ἤκουσε· Πνεῦμα Κυρίου ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ, ἅγιον ἔσται, καὶ Υἱὸς ὑψίστου κληθήσεται. Χριστὸς ἐν ἀγγέλῳ λαλεῖ, ἀναπλάττει δὲ ἑαυτὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ πλάσει ὁ δεσπότης μορ-

* γρ. καὶ καταλλάσσων.
* γρ. καὶ Λόγος.
* γρ. καὶ εἴδομεν.
* γρ. αὐτοῦ αὔξει φυέν.
* Deest aliquid.
* Perperam hæc Hæresi LXXIV. ita leguntur δεχόμενον ἐλαίδιος γεωργὸν ὑετόν.

1. al. τῆς δόξης αὐτοῦ, cui consentit græcum exemplum Epistolæ ad Ephesios; consentit & Vulgata. Excidit fortasse typographo oscitanti vox illa αὐτοῦ.

2. προσλαβόμενον. Petavius vertit *adjunctum*. Thomasius noster totum hunc similitudinis pluviæ locum Petavianæ interpretationis emendavit.

duens. Cæterum Maria Verbum Dei ad generationem, velut terra pluviam, haurit & attrahit. Deus vero ſanctum ſeſe fructum in mortali natura capeſſenda demonſtrat. Ergo hic ex illa terræ inſtar ac velleris attrahente profectus eſt, veræ
Luc. 1.42. ſolidæque ſpei fructus, & a ſanctis exſpectatus. Quemadmodum Eliſabetha dixit: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*. Hoc autem omne ex humana conditione ac natura in ſeſe tranſtulit Verbum illud, quod expers alio-
Jo. 6.51. qui paſſionis perpeti voluit. *Hic eſt panis ille vivus qui de*
Exod.30. *cœlo deſcendit*, ac vitam impertiit. Hic eſt veræ fructus oleæ;
Jo. 15. 1. unctionis & compoſitionis oleum illud, quod Moyſes ſpecie quadam adumbravit. Idem *vera vitis eſt*, quam ſolus Pater
Jo. 4.13. colit, qui lætitiæ nobis uvam progenuit. Hic eſt *aqua illa viva, quam ſitiens homo cum biberit, non ſitiet amplius; ſed in ejus ventre permanet ſaliens in vitam æternam*. Ab hoc novi agricolæ propaginem capientes toto orbe ſparſerunt: veteres autem agricolæ evulſam ſuapte perfidia profligarunt. Gentes illius cruore ſanctificantur: ille & per Spiritum ſanctum quos
Rom. 8.14. vocavit ad regnum cæleſte perducit. Sane *quicunque Dei aguntur Spiritu*, Deo ipſi vivunt: quicunque vero morti adhuc attributi ſunt, animales vel carnales potius appellantur. Proinde carnis extinguere opera quod munimentum quoddam eſt peccati; & membra mortis ſua gratia mortificare; & accipere Spiritum ſanctum quo carebamus, imperat: qui me pridem mortuum revocavit ad vitam; quem niſi recepero, ſubinde moriar. nam absque ejus Spiritu quilibet eſt mortuus.
Rom. 8.11. *Quod ſi Spiritus ejus in nobis eſt, qui excitavit illum a mortuis, vivificabit mortalia corpora noſtra per inhabitantem Spiritum ejus in nobis*. Verum ambo in juſto, ut opinor, habitant, Chriſtus, ejuſque Spiritus.

LXVII. Jam vero cum Chriſtus a Patre profectus, Deus videlicet a Deo credatur; & Dei Spiritus a Chriſto, utpote qui
Jo. 15. 26. & 16. 14. ab [1] utroque procedit: id quod Chriſtus ipſe teſtatur: *Qui a Patre procedit*, inquit; &, *Hic de meo accipiet*: cumque Chri-
Matth. 1. 20. ſtus e Spiritu ſancto natus ſit: *Quod enim in ipſa eſt, de Spiritu ſancto natum eſt*, ut Angeli verbis utar: myſterium illud per quod ſum redemptus, fide atque auditu duntaxat intelligo: tum amore erga illum ac benevolentia, qui ad me uſque deſcendit. Deus enim ſeipſum cognoſcit: Chriſtus ſeſe prædicat: Spiri-

φὴν δύλου λαβών. καὶ Μαρία μὲν ἀνιμᾶται τὸν Λόγον εἰς σύλληψιν, ὡς ὑετὸν ἡ γῆ· ἑαυτὸν δὲ καρπὸν ἅγιον ὑποδείκνυσιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος προσλαβόμενος θνητὴν φύσιν. * οὕτως οὖν ἐξ αὐτῆς ἀνιμώσης, ὡς γῆ καὶ πόκος ὁ τῆς ἀληθοῦς ἐλπίδος καρπὸς, ἡ τῶν ἁγίων προσδοκία, καθὼς Ἐλισάβετ ἔλεγεν· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· ὃν προσελάβετο ἐξ ἀνθρωπότητος παθὼν, ἀπαθὴς ὢν ὁ Λόγος. οὗτος ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ζωὴν διδούς· οὗτος ὁ τῆς ἀληθοῦς ἐλαίας καρπὸς, τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ τῆς συνθέσεως, ὃ προετύπωσε Μωϋσῆς. οὗτος ἡ ἀληθινὴ ἄμπελος, ἣν γεωργεῖ μόνος ὁ Πατὴρ, βότρυν χαρᾶς γεννήσας ἡμῖν. οὗτος τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν, ὃ διψῶν ἄνθρωπος λαβὼν, οὐ διψήσει πάλιν, ἀλλ' ἔστιν ἐν τῇ κοιλίᾳ αὐτοῦ ἀλλόμενον εἰς ζωὴν αἰώνιον. ἐκ τούτου λαβόντες μετέδωκαν οἱ νέοι γεωργοὶ εἰς τὸν κόσμον· παλαιοὶ δὲ γεωργοὶ * ἐξήραναν καὶ ἔφθειραν διὰ ἀπιστίαν. αἵματι μὲν * αὐτοῦ ἁγιάζεται τὰ ἔθνη· Πνεύματι δὲ αὐτοῦ ἰδίῳ ἀνάγει τοὺς κλητοὺς εἰς οὐρανούς. ὅσοι οὖν Πνεύματι αὐτοῦ ἄγονται, οὗτοι ζῶσι Θεῷ· ὅσοι * δὲ ἔτι θανάτῳ λελογισμένοι εἰσὶ, ψυχικοὶ ἤτοι σαρκικοὶ ἤτοι καλοῦνται. τοίνυν * ἀποθεῖν τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς ὀχυρώματα ὄντα τῆς ἁμαρτίας, νεκροῦν δὲ τὰ μέλη τοῦ θανάτου διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ, λαβεῖν τὸ Πνεῦμα ἅγιον ὃ οὐκ εἴχομεν, προστάσσει, τὸ ζωοποιοῦν ἐμὲ τὸν πάλαι τεθνηκότα, ὅπερ μὴ λαβὼν τεθνήξομαι· δίχα γὰρ Πνεύματος αὐτοῦ πᾶς νεκρός. εἰ τοίνυν τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ ἐν ἡμῖν, ὁ ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει τὰ θνητὰ σώματα ἡμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος Πνεύματος ἐν ἡμῖν. ἀλλ' οἶμαι ἀμφότερα κατοικεῖ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ δικαίῳ ὁ Χριστὸς καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ.

* γρ. οὕτως οὖν.
* γρ. ἐξήραν.
* γρ. ἑαυτοῦ ἁγιάζει.
* γρ. δὲ μὴ, ἔτι.
* γρ. ἀποτοῖ & νεκροῖ.

ΕΙ δὲ Χριστὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς πιστεύεται Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ, [2] ἢ παρ' ἀμφοτέρων, ὥ φησιν ὁ Χριστός· ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, καὶ οὗτος ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται· ὁ δὲ Χριστὸς ἐκ Πνεύματος ἁγίου Ἀγγέλου φωνῇ, * συνιὼν τῷ λυτρουμένῳ με μυστηρίῳ, πίστει, ἀκοῇ μόνῃ, φιλίᾳ πρὸς τὸν ἐλθόντα πρὸς με. ἑαυτὸν γὰρ ὁ Θεὸς γινώσκει, ἑαυτὸν * Χριστὸν κηρύσσει, ἑαυτὸ Τὸ

* γρ. συνιὼν τὸ λυτρούμενον.
* Cor. Χριστόν.

20 ἢ παρ' ἀμφοτέρων. Animadverte processionem Spiritus Sancti a Patre, & a Filio conceptis verbis illic Epiphanium agnoscere, & satis aperte insinuare.

Spiritus sanctus denique seipsum iis qui digni sunt, ostendit. Porro sacris in literis nuntiata nobis est, fideique nostræ proposita Trinitas: in qua nihil curiosum est, contentiosum nihil, [1] quam ex audita tessera Symboloque didici. Quippe ex ipsa fide gratiæ salus: *Ex fide justitia, citra legis opera*, uti scriptum est: ex fidei, inquam, auditu iis qui salutem obtinent, Spiritus Christi conceditur. Cæterum quantum e scripturarum disciplina judicare possum, generalis illa fides præconum vocibus declaratur ejusmodi: Tria esse sancta, tria simul sancta: tria forma prædita, tria eandem formam habentia: tria efficacia, tria simul efficientia: tria subsistentia, tria simul subsistentia, & invicem conjuncta. Atque ea demum sancta Trinitas appellatur, in qua tria sunt, sed una trium consensio, una divinitas ejusdem virtutis ejusdemque [2] substantiæ, similis e simili; quæ æqualem gratiam ex eadem efficit gratia Patris & Filii ac Spiritus sancti. Quonam vero modo possit istud esse, ipsismet illis docendum relinquitur: *Nemo*, inquit, *novit Patrem, nisi Filius; neque Filium, nisi Pater, & cui Filius revelarit*. cui autem per Spiritum sanctum revelat, ei & Pater revelat. Tria igitur ista sunt; aut ex ipso, aut ab ipso, aut ad ipsum; quæ in unoquoque, ut par est, intelliguntur, prout seipsas personæ illæ declarant; lux, ignis, spiritus, & cæterarum rerum aspectabilium nominibus appellantur, pro eo ac quilibet hominum dignus est, cui hoc officii genus impenditur. Deus igitur ille qui initio dixit: *Fiat lux, & facta est* aspectabilis illa *lux*; ipse est, qui ad verum lumen intuendum nobis illuxit, *quod illuminat omnem hominem venientem in mundum*. *Emitte lucem tuam*, ait David, *& veritatem tuam*. Ille ipse Dominus est, qui dixit: *In novissimis diebus effundam de Spiritu meo in omnem carnem; & prophetabunt filia*

Rom 3, 20. & Gal. 2, 16.

Trinitatis fides.

Matth. 11. 27.

Gen. 1.

Ioan. 1.

Ps. 42. 3.

Ioel. 2. 28.

1. συνθημάτων ἀκοῆς. *Depravata ipsa sunt: qua ex conjectura tamen non difficile est emendare. Ita nos vertimus, quasi esset, σύνθημα τῶν ἀκοῶν*. Petavius.

2. ὑποστάσεως. Hypostasim pro substantia eo loci sumere videtur Epiphanius; nec tamen eodem sensu & usurpatione, qua eodem in loco ponit οὐσίαν. Paullo inferius ad calcem numeri hujus, sive capitis iterum occurrit mentio ὑποστάσεως. Et, ni fallimur, accipitur non ad denotandam substantiam, sed potius ultimum illud substantiæ complementum, quod personam appellant. Ni fallimur, inquam, videmus enim neque Petavium, neque Thomasium, qui sæpe Petavii interpretationem reformavit, vocem illam ad numeri finem positam, latinitate donare ausos esse. Ad rem eamdem accedit & conditio dictionis textus Epiphanii præsenti in loco aliquantulum vetustate labefactati. Verum etiamsi diceret aliquis Epiphanium vocem ὑπόστασιν modo pro οὐσίᾳ, & natura accepisse, modo pro persona: is profecto novi nihil moliretur in theo-

Πνεῦμα τὸ ἅγιον δηλοῖ τοῖς ἁγίοις. ἐν δὲ γραφαῖς ἁγίαις Τριὰς ἡμῖν καταγγέλλεται, καὶ πιστεύετε, ἀπεριέργως, ἀφιλονείκως [1] συνθημάτων * ἀκοῆς. ἐκ πίστεως ταύτης ἡ σωτηρία τῆς χάριτος, ἐκ πίστεως ἡ δικαιοσύνη χωρὶς * νόμου. γέγραπται, ἐξ ἀκοῆς πίστεως τὸ Πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ δίδοσθαι τοῖς σωζομένοις. πιστὴ δὲ ἡ καθόλου κηρύκων φωνὴ, αὕτη σημαίνεται, ὡς ἐγώ γε οἶμαι, κατηχούμενος ἐκ γραφῶν, τρία ἅγια, τρία συνάγια· τρία ἔμμορφα, τρία σύμμορφα, τρία ἐνεργὰ, τρία συνεργά· τρία ἐνυπόστατα * ἀλλήλοις συνόντα, Τριὰς αὕτη ἡ ἁγία καλεῖται, τρία ὄντα, μία συμφωνία, μία θεότης τῆς αὐτῆς οὐσίας, τῆς αὐτῆς * θεότητος, τῆς αὐτῆς [2] ὑποστάσεως, * ὅμοια ἐξ ὁμοίου, ἰσότητι χάριτος Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. τὸ δὲ πῶς, αὐτοῖς ἀπολείπεται διδάσκειν· οὐδεὶς γὰρ οἶδε τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὐδεὶς τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ ᾧ ἐὰν ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψῃ. * ἀποκαλύπτει δὲ διὰ Πνεύματος ἁγίου, τούτῳ καὶ ὁ Πατὴρ ἀποκαλύπτει. οὐκοῦν ταῦτα τρία ὄντα, ἢ ἐξ αὐτοῦ, ἢ παρ' αὐτοῦ, ἢ πρὸς αὐτὸν ἑκάστῳ ἀξίως νοούμενα, καθὼς ἑαυτὰ ἀποκαλύπτει. φῶς, πῦρ, πνεῦμα, καὶ ἄλλαις οἶμαι ὁράσεων ὁμοιώσεσι, καθὼς ἄξιος ὁ διακονούμενος ἄνθρωπος. αὐτὸς τοίνυν ὁ Θεὸς ὁ ἐν ἀρχῇ εἰπών· γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς, * αὐτὸς ὁ φωτίσας ἡμᾶς τὸ φῶς ἰδεῖν τὸ ἀληθινὸν τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου, φησὶν ὁ Δαβίδ. αὐτός ἐστιν ὁ Κύριος ὁ εἰπών· ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῶν

* γρ. ἀκοαῖς.
* γρ. ἔργων νόμου.
* Deest τρία συνυπόστατα.
* γρ. δυνάμεως.
* γρ. ὁμοίως & max ἰσότητα.
* Desunt hæc Hæresi LXXIV.
* Deest τὸ ἐρχόμενον.

theologia. Constat enim quarti Ecclesiæ Seculi Patrum Græcorum plurimos, illorum etiam qui ante dimidium quinti floruerunt, eadem fere usurpatione & sensu adhibere consuevisse voces ὑπόστασις & οὐσία, antequam ubique locorum obtinuisset quod exemplo suo Concilia, œcumenica potissimum Constantinopolitanum primum & Calchedonense docuerunt, ut ὑπόστασις nimirum ad denotandam personam adhiberetur. Constat quot quantisque dissidiis illa vocum usurpandarum inconstantia occasionem dederit. Vel unus Gregorius Nazianzenus a re nostra declarare illud poterit ea in Oratione, quam de Laudibus s. Athanasii adornavit; ubi non longe a fine memoratis Sabellianorum & Arianorum concertationibus sic periculum fuisse, *ne orbis terrarum fines una cum Syllabis abrumperentur*. Videatur & Epistola Synodica Concilii Alexandrini celebrati anno CCCLXII; in quo s. Athanasius dissidentes inter se Patres ad concordiam mirifice revocavit, ipsis deraganda diversum vocis ὑποστάσεως usum, quo & nolentes implicabantur. De usu ejusdem vocis ὑποστάσεως apud Epiphanium nostrum inspiciendus locus illius præsens: inspicienda & loca in Panario plurima, & præsertim numerus XVI in Hæresi LXXIII. Profecto s. Basilius Magnus in Epistola ad ipsum Epiphanium data, quæ juxta recensionem novam est in ordine CCLVIII, tom. III, Garner. pag. 392. iterum gaudet, & Epiphanio gratulatur, quod statuerit τὸ τρεῖς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν, necessarium esse tres in divinis personas fateri. Ceterum memoratæ usurpationis varietatem præ oculis habeat necesse est theologiæ studiosus, si Patrum doctrinas, & falsa Hæreticorum sensa assequi velit. Ut exemplo res planior fiat. Sabelliani Dei Filium *μονοούσιον* appellabant, quod recto sensu theologus accipiens non talicarat; vere enim *μονοούσιος*, sicut & ὁμοούσιος est Dei Filius. Absit tamen ut Hæreticis illis adhæreamus, quippe qui *οὐσίας* nomine personam denotabant, & unam tantum personam agnoscebant in divinis, dum *μονοούσιον* Dei Filium dicebant.

filiæ illorum, & adolescentes ipsorum visiones videbunt. Ac tres
functionis sacræ personas nobis ostendit, cum tertia ex hypo-
stasi procedat hypostasis.

[Rom. 15. 8.] LXVIII. *Dico igitur Christum ministrum fuisse Circuncisionis*
pro veritate Dei, ut promissa compleret. Porro Spiritum sanctum
una ministrare e sacrorum Librorum authoritate ita didici-
mus. Christus a Patre mittitur, mittitur & Spiritus sanctus:
Christus in sanctis loquitur, loquitur & Spiritus sanctus: Sa-
nat Christus, sanat & Spiritus sanctus: Sanctificat Christus,
sanctificat & Spiritus sanctus: Baptizat in suo nomine Chri-
stus, baptizat & Spiritus sanctus. Ad eum modum Scriptura
[Ps. 103. 10.] loquitur: *Emittes Spiritum tuum, & renovabis faciem terræ:*
[Ps. 147. 18.] quod idem est atque istud: *Emittes Verbum tuum, & liquefa-*
[Act. 13. 2.] *cies ea*. Item: *Ministrantibus illis Domino ac jejunantibus, di-*
xit Spiritus sanctus: Segregate mihi Barnabam & Saulum ad opus
[Act. 9. 7.] *ad quod eos vocavi*. idem hoc est cum isto: *Dominus autem di-*
xit: Ingredere urbem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.
[Act. 13. 4.] Item: *Illi igitur missi a Spiritu sancto, abierunt Seleuciam*.
[Matth. 10. 16.] quemadmodum Christus ipse diceret: *Ecce mitto vos sicut oves*
in medio luporum. Item: *Visum est Spiritui sancto nihil aliud*
[Act. 15. 28.] *imponere vobis oneris præter hæc necessaria*. cum quo eodem
istud recidit: [1] *Dico autem non ego, sed Dominus, uxorem ab ho-*
[1. Cor. 7. 10.] *mine non separari*. Item: *Peragrarunt vero Phrygiam & Galatiæ*
tractum, prohibiti a Spiritu sancto prædicare verbum in Asia. cum
[Act. 16. 6.] *autem pervenissent in Mysiam, conabantur in Bithyniam profici-*
[Matth. 18. 19.] *sci: neque sivit eos Spiritus sanctus*. perinde ac Christus dixit:
[Matth. 10. 10. & Mar. 6. 8.] *Euntes baptizate omnes gentes. nolite portare peram neque vir-*
gam neque calceamenta. Item: *Qui quidem Paulo dicebant per*
[Act. 21. 4. 11.] *Spiritum, ne ascenderet Hierosolyma:* & Agabus: *Hæc dicit Spi-*
ritus: Virum cujus est hæc zona. cui simile est illud Apostoli:
[2. Cor. 13. 3.] *An experimentum quæritis* [2] *loquentis in me Christi?* vel: *Memen-*
[Act. 20. 35.] *tote verborum Domini quoniam ipse dixit: Melius est dare, quam*
[Spiritus S. æqualis Christo. V. 22.] *accipere*. Item: *Et nunc ego Spiritu alligatus abeo*. quasi dicat:
Paulus vinctus Jesu Christi. Item: *Verumtamen Spiritus con-*
testatur mihi per urbes dicens. cujusmodi est illud: *Dominus*
[Philip. 1.] *testis est animæ meæ quod non mentior. In virtute secundum Spi-*
[Gal. 1. 20. Rom. 1. 4.] *ritum sanctificationis*: simile est huic: *Sanctus in sanctis requie-*
[Esa. 57. 15.] *scens*. Item: *Circuncisio cordis in Spiritu*. cui respondet illud:
Et circuncisus [3] *circuncisione non manu facta, in expoliatione cor-*
poris

αὐτῷ, καὶ οἱ νεανίσκοι αὐτῷ ὁράσεις ὄψονται. τρία πρόσωπα ἁγίας λειτουργίας δεικνὺς ἡμῖν * ἐξ ὑποστάσεως οὔσης τρίτης. * γρ. ὑποστάσεως ἐξ ἴσ.

Λέγω οὖν Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι Περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ εἰς τὸ πληρῶσαι τὰς ἐπαγγελίας, συνδιακονεῖν δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συμπαρειλήφαμεν ἐκ θείων γραφῶν οὕτως. ἀποστέλλεται ὁ Χριστὸς ἀπὸ Πατρὸς, ἀποστέλλεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. * λαλεῖται ἐν ἁγίοις ὁ Χριστὸς, λαλεῖται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἰᾶται ὁ Χριστὸς, ἰᾶται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἁγιάζει Χριστὸς, ἁγιάζει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. βαπτίζει Χριστὸς ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, βαπτίζει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. οὕτω λέγουσιν αἱ γραφαί· ἀποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. ὅμοιον τῷ λέγειν, ἐξαποστελεῖς τὸν Λόγον σου, καὶ τήξεις αὐτά. Λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ Κυρίῳ καὶ νηστευόντων, εἶπε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀφορίσατέ μοι Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον, ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ὁ δὲ Κύριος εἶπεν, εἴσελθε εἰς τὴν πόλιν, κἀκεῖ λαληθήσεταί σοι τί σε δεῖ ποιεῖν. Οὗτοι μὲν οὖν ἐκπεμφθέντες ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, κατῆλθον εἰς Σελεύκειαν· ὡς ἂν εἴποι Χριστὸς, ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. Ἔδοξε γὰρ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ μηδὲν ἄλλο ἐπιτίθεσθαι βάρος πλὴν τῶν ἐπάναγκες· ὡς ἂν * εἴποι, [1] λέγω δὲ οὐκ ἐγὼ, ἀλλ᾽ ὁ Κύριος, * γρ. Χριστὸς εἶπεν. γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι. Διῆλθον δὲ τὴν Φρυγίαν καὶ τὴν Γαλατικὴν χώραν, κωλυθέντες ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου λαλῆσαι τὸν λόγον ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ἐλθόντες δὲ εἰς τὴν Μυσίαν, ἐπείραζον εἰς τὴν Βιθυνίαν πορεύεσθαι, καὶ οὐκ εἴασεν αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα· ὡς ἂν εἴποι Χριστὸς, πορευθέντες βαπτίσατε πάντα τὰ ἔθνη· μὴ βαστάζητε πήραν μὴ ῥάβδον μηδὲ ὑποδήματα. Οἵτινες, φησὶν, ἔλεγον τῷ Παύλῳ διὰ τοῦ Πνεύματος, μὴ ἀναβαίνειν εἰς Ἱερουσαλήμ· Ἄγαβος φησὶ, τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸν ἄνδρα οὗ ἐστιν ἡ ζώνη αὕτη· ὁμοίως ὡσεὶ ἔλεγε Παῦλος, εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ [2] λαλοῦντος Θεοῦ; ἤ, μνημονεύετε τῶν λόγων Κυρίου, ὅτι αὐτὸς εἶπεν, ἀγαθὸν διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. Καὶ νῦν ἰδοὺ ἐγὼ δεδεμένος τῷ Πνεύματι πορεύομαι· ὡς εἴποι, Παῦλος δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πλὴν τὸ Πνεῦμά μοι διαμαρτύρεται κατὰ πόλιν λέγον· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, Κύριος μαρτυρεῖ τῇ ἐμῇ ψυχῇ ὅτι οὐ ψεύδομαι· Ἐν δυνάμει κατὰ Πνεῦμα ἁγιωσύνης· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ἅγιος ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος [3], καὶ, περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ.

1. λέγω δὲ οὐκ ἐγὼ, ἀλλ᾽ ὁ Κύριος. Irrepserat in utraque latina interpretatione & Petaviana & Thomasiana. *Dico autem ego non Dominus*; quod nos emendari voluimus.

2. In Graeco textu illius loci Epistolae secundae ad Corinthios legimus λαλοῦντος Χριστοῦ.

3. Juxta latinam versionem in graeco textu illius loci desideratur illud Epistolae ad Romanos II. 29. περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, ὅμοιον τῷ. Quod & Petavio excidisse constat.

Rom. 2. 29. *poris peccatorum, in circuncisione Christi*. Illud vero: *Si Spiri-*
1. Cor. 3. 16. *tus Dei habitat in vobis*: huic est affine: *Quemadmodum acce-*
Col. 1. 12. *pistis Christum, in ipso ambulate*. Et, *Spiritus Domini locutus est*
1. Cor. 3. 16. *in me*: &, *Verbum ejus in ore meo*. Item: *Primitias Spiritus*
Col. 2. 6. *habentes*: ad illud accedit: *Primitiæ Christus*. *Sed ipse Spiritus*
2. Reg. 23. 2. *postulat pro nobis*: idem est cum illo: *Qui est ad dexteram Dei*
Rom 8. 23. *qui interpellat pro nobis*. *Ut sit oblatio gentium accepta, sancti-*
1. Cor. 15. 23. *ficata in Spiritu sancto*: cui hoc simile est: *Dominus autem san-*
Rom. 8. 26. *ctificet vos, ut sitis sinceri & sine offensione in diem Domini*. ¹ *No-*
Ib. 34. *bis vero revelavit Dominus per ipsius Spiritum*: idem cum isto
Rom. 15. 16. loco significat: *Quando placuit ei, qui me segregavit ab utero*
Phil. 1. 10. *matris meæ, per gratiam ipsius, revelare in me Filium suum*.
1. Cor. 2. 10. *Nos autem non mundi spiritum accepimus, sed spiritum Dei*: cum
Gal. 1. 15. eo conferendum istud est: *Vosmetipsos probate num Christus sit in*
1. Cor. 2. 12. *vobis*. *Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis*: per-
2. Cor. 13. 5. inde atque illud: *Habitabo in illis & inambulabo, & ero illorum*
1. Cor. 3. 16. *Deus, & ipsi erunt mihi populus*.
2. Cor. 6. 16. LXIX. Quinetiam justificationem ab utroque manare de-
1. Cor. 6. 11. monstrat & gratiam: *Justificati porro in nomine Domini nostri*
Rom. 5. 1. *Jesu Christi & in Spiritu Dei nostri*: cui simile est: *Justificati*
autem ex fide, pacem habemus cum Deo per Dominum nostrum
Jesum Christum. *Nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in*
Spiritu sancto: &; *Nemo potest accipere Spiritum sanctum, nisi*
1. Cor. 12. 3. *a Domino*. *Divisiones porro gratiarum sunt, idem vero Spiri-*
1. Cor. 12. 4. *tus*: *& divisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus*: *&*
divisiones operationum sunt, idem autem Deus qui operatur omnia
2. Cor. 3. 18. *in omnibus*: &; *A gloria in gloriam, tanquam a Domini Spiri-*
Eph. 4. 30. *tu*. Et, *Nolite contristare Spiritum sanctum, in quo signati estis*
in diem redemptionis: cum illo consentiunt: *Si provocamus Do-*
1. Cor. 10. 22. *minum, an fortiores ipso sumus*? Hoc autem: *Spiritus manifeste*
1. Tim. 4. 1. *dicit*; simile est huic: *Hæc dicit Dominus omnipotens*. Et: *Spi-*
Ag. 2. 6. *ritus meus stat in medio vestri*: cum isto conjungitur: *Si quis*
Apoc. 3. 20. *aperuerit mihi, ingrediemur ego & Pater, & mansionem apud*
Jo. 14. 23. *ipsum faciemus*. Ad hæc Isaias: *Et super ipsum*, inquit, *Spi-*
Isa. 11. 2. *ritus Dei*: Christus vero: *Spiritus Domini super me, propter quod*
Luc. 4. 18. *unxit me*: &, *Jesum a Nazaret, quem unxit Deus Spiritu san-*
Act. 10. 38. *cto*: vel: *Dominus misit me & Spiritus ejus*. Nec obscura Sera-
phinorum clamantium vox est: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Do-*
Isa. 48. 16. *minus Sabaoth*. Præterea cum illud audies: *Dextra Dei exal-*
tatus,

ἐζωοποίησεν ἐν ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῶν ἁμαρτιῶν, ἐν περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ. Εἴπερ Πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, καθὼς ἐλάβετε Χριστὸν, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε. Καὶ πνεῦμα Κυρίου ἐλάλησεν ἐν ἐμοί· καὶ λόγος αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου. Καὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντες· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ἀπαρχῆς Χριστός. Ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ὅς ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. Ἵνα γένηται ἡ προσφορὰ τῶν ἐθνῶν εὐπρόσδεκτος, ἁγιασθεῖσα ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ὁ δὲ Κύριος ἁγιάζει ὑμᾶς, ἵνα ἦτε εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι εἰς ἡμέραν Χριστοῦ. Ἡμῖν δὲ [1] ἀπεκάλυψεν ὁ Χριστὸς διὰ Πνεύματος αὐτοῦ· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ὅτε εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας ἐκ κοιλίας μητρός μου διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἀποκαλύψαι τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί. Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ Πνεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ Θεοῦ· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ἑαυτοὺς δοκιμάζετε, εἰ ὁ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. Ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.

Ἀλλὰ καὶ τὴν δικαιοσύνην ἐξ ἀμφοῖν λέγει καὶ τὴν χάριν. Δικαιωθέντες δὲ ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ ἐν Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, δικαιωθέντες δὲ ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· καὶ οὐδεὶς δύναται Πνεῦμα ἅγιον λαβεῖν, εἰ μὴ παρὰ Κυρίου. Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς κύριος· καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι· καὶ, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος· καὶ, μὴ λυπεῖτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ ἐσφραγίσθητε εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, εἰ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον, μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν; Τὸ δὲ Πνεῦμα * ῥητῶς λέγει· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ. καὶ, τὸ Πνεῦμά μου ἐφέστηκεν ἐν μέσῳ ὑμῶν· ἐάν τις ἐμοὶ ἀνοίξῃ, εἰσελθῶ ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα. Ἡσαΐας δὲ, καὶ ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα Θεοῦ· ὁ δὲ * Χριστὸς, Πνεῦμα Κυρίου οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με· καὶ, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὃν ἔχρισε Πνεύματι ἁγίῳ. εἰ Κύριος ἀπέσταλκέ με καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Φανερὰ δὲ καὶ ἡ φωνὴ τῶν Σεραφὶμ κραζόντων· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος Σαβαώθ.

* γρ. ἀῤῥήτως.

* Deest aliquid.

1. Græcum Epistolæ Primæ ad Corinthios, II. 10. ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε. Vulgata revelavit Deus. Juxta Epiphanii dictionem latine dicendum esset revelavit Christus.

Isa. 6. 3. *tatus, & promissionem Spiritus accipiens a Patre*: vel, *Exspectate promissionem Patris, quam audistis*; vel quemadmodum *Spiritus illum in desertum expulit*: vel quod idem ait: *Nolite cogitare quid loquamini, quoniam Spiritus Patris mei loquitur in vobis*: sive illud: *Si autem in Spiritu Dei eiicio Dæmonia*: vel: *Qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei &c.* vel, *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum*: vel, *Puer crescebat, & corroborabatur Spiritu*: &, *Jesus repletus Spiritu sancto, reversus est a Jordane*: sive, *Reversus est Jesus virtute Spiritus*: vel, *Quod natum est e Spiritu, spiritus est*. Hæc omnia eodem cum iisce recidunt: *Quod factum est, in ipso vita erat*: vel cum eo: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, Spiritum veritatis*: vel cum isto: *Cur implevit cor tuum Satanas* (ait Petrus Ananiæ) *mentiri te Spiritui sancto?* deinde subiicit: *Non hominibus mentitus es, sed Deo*. Igitur Deus ex Deo: Deus est, inquam, Spritus sanctus, cui mentiti sunt qui ex agri pretio nonnihil interverterant. Ejusmodi est & istud: *Qui manifestatus est in carne, justificatus est in Spiritu*. Hoc ego majus nihil habeo quod dicam. Porro Deus est Filius: nam Apostolus: *Ex quibus*, inquit, *Christus secundum carnem, qui est supra omnia Deus*. *Crede*, inquit, *in Dominum Jesum, & salvaberis*. item: *Locutus est*, inquit, *illis sermonem Domini. Et deducens eos in domum, apposuit illis mensam: & lætatus est cum universa familia postquam credidit Deo*. Sive illud consideres: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: vel, *Ut doctrinam*[1] *nostri Salvatoris ornent*: sive, *Apparuit gratia Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi omnibus hominibus erudiens nos*. vel, *Exspectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi*. Item: *Hoc est ministerium Spiritus & verbi*. *Attendite*, inquit, *vobis & universo gregi, in quo posuit vos Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei*: perinde ac si diceret: *Gratias ago corroboranti me Christo Jesu Domino nostro, quod me fidelem arbitratus est ad ministerium constituens*.

[Marginal references: Isa. 6. 3. — Act. 1. 33. — Act 1. 4. — Marc. 1. 12. — Matth. 19. — Luc. 11. 19. — Mar. 3. 19. — ibid. — Luc. 23. 46. — Luc. 1. 80. — Luc. 4. 1. — Jo. 3. 6. — Joan. 1. — Jo. 14. 16. — Act. 5. 3. — *Spiritus S. Deus est.* — 1. Tim. 3. 16. — Rom. 9. 5. — Act. 16. 31. — Act. 16. 34. — Joan. 1. — Tit. 2. 10. — Ibid. 11. — Act. 20. 28. — 1. Tim. 1. 12.]

LXX. Itaque Filius & Spiritus sanctus cum Patre, uti demonstravimus, agunt communiter: *Verbo enim Domini cœli firmati sunt; & Spiritu oris ipsius omnis virtus eorum*. Spiritus vero sanctus adorandus est: *Qui enim adorant Deum, spiritu adorare*

[Marginal references: Ps. 32. 6. — *Spiritus S. adorandus.* — Jo. 4. 24.]

ἐὰν δὲ ἀκούσῃς ὅτι τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ ὑψωθεὶς, τήν τε ἐπαγγελίαν τοῦ Πνεύματος λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρός· ἢ, περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς ἣν ἠκούσατε· ἢ ὅτι τὸ πνεῦμα αὐτὸν ἐκβάλλει εἰς τὴν ἔρημον, ἢ ὅτι αὐτὸς λέγει, μὴ προμεριμνήσητε τί εἴπητε, ὅτι τὸ πνεῦμα τοῦ Πατρός μου τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν· ἢ, εἰ δὲ ἐν πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ Δαιμόνια. ἢ, ὁ δὲ βλασφημήσας εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, καὶ τὰ ἑξῆς· * ἢ, τὸ παιδίον ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι· ἢ, Ἰησοῦς πλήρης Πνεύματος ἁγίου ὑπέστρεψεν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου. ἢ, ὑπέστρεψεν Ἰησοῦς τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος· ἢ, τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν· ὅμοιον τὸ εἰπεῖν, ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν· ἢ, κἀγὼ παρακαλέσω τὸν Πατέρα μου, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας· ἢ, διατί ἐπλήρωσε τὴν καρδίαν σου ὁ Σατανᾶς, τῷ Ἀνανίᾳ Πέτρος, ψεύσασθαί σε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; καὶ μετὰ ταῦτα· οὐκ ἀνθρώποις ἐψεύσω, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. ἄρα Θεὸς ἐκ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ᾧ ἐψεύσαντο οἱ τοῦ τιμήματος τοῦ χωρίου νοσφισάμενοι. ἢ, ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι. τούτου μεῖζον οὐκ ἔχω λέγειν. Θεὸς δὲ ὁ Υἱός· ἐξ ὧν, φησὶν, ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεός. πίστευσον, φησὶν, εἰς τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ σωθήσῃ. καὶ ἐλάλησε αὐτοῖς τὸν λόγον τοῦ Κυρίου· ἀναγαγών τε αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον, παρέθηκεν αὐτοῖς τράπεζαν, καὶ ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκὼς τῷ Θεῷ. ἢ, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. ἢ, ἵνα τὴν διδασκαλίαν [1] τοῦ Πατρὸς ἡμῶν Θεοῦ * κοσμήσωσιν. ἢ, ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ, * ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς. ἢ, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ Κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἢ, αὕτη ἡ διακονία τοῦ Πνεύματος καὶ τοῦ λόγου. προσέχετε δὲ, φησὶν, ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς ἔθετο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπισκόπους ποιμαίνειν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ· ὅμοιον τῷ εἰπεῖν, χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι πιστόν με ἡγήσατο θέμενος εἰς διακονίαν.

* Deest τ, Πάτερ εἰς χεῖράς σου παραθέσομαι τὸ Πνεῦμά μου;

* γρ. κοσμοῦσιν.
* γρ. τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ.

Συνεργεῖ τοίνυν, ὡς ἀποδέδεικται, τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. τῷ γὰρ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. προσκυνητὸν δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τοὺς γὰρ προσκυνοῦντας Θεῷ, ἐν πνεύματι δεῖ

1. Textus græcus Epistolæ ad Titum habet ii. 10. τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ.

adorare oportet & veritate. Quod si veritas communiter agit, creatura creaturam aliam non efficit, neque creari Divinitas potest, neque certo modo ac circunscriptione definitus cognoscitur Deus. circunscribi enim non potest, aut capi, aut intelligentia comprehendi, cum universa Dei opera contineat. Sed neque creaturæ serviendum: *Servierunt*, inquit, *creaturæ potius quam Creatori, & fatui redditi sunt*. nonne stolidum est creaturæ Divinitatem tribuere, ac primum hoc violare præceptum: *Audi Israel! Dominus Deus tuus unus est*. *Non erit in te Deus recens*? Cæterum diversis in Scriptura nominibus Pater & Filius & Spiritus sanctus insigniri solent: utputa Pater, *Pater omnipotens*, *Pater omnium*, *Pater Christi* vocatur: Filius vero, *Verbum*, *Christus*, *Filius*, *Lux vera*: Spiritus sanctus denique, *Paracletus*, *Spiritus veritatis*, *Spiritus Dei*, *Spiritus Christi*. Quinetiam Deus ille idem ac Pater lux intelligitur, & quidem admirabili splendore collucens, necnon & *virtus* & *sapientia*. Atque uti lux est Deus & Pater: ita lux est de luce Filius; unde & *lucem inhabitat inaccessam*. Porro virtus est totus Deus: unde & *virtutum est* Dominus. Sapientia totus est Deus: igitur sapientia est e sapientia Filius, *in quo sapientiæ thesauri sunt omnes reconditi*. Vita totus est Deus: ergo vita est e vita Filius; *Ego enim sum*, inquit, *veritas & vita*. At Spiritus sanctus ab [1] ambobus oritur, Spiritus [2] e spiritu: *Spiritus quippe Deus est*, Idem & cœlestium donorum largitor est verissimus, lucis efficax, consolator, consiliorum Patris interpres, ac nuncius. nam ut Filius *magni consilii Angelus est*; ita Spiritus sanctus: *Sed accepimus*, inquit, *Spiritum Dei ut videamus quæ a Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur non blandis sapientiæ sermonibus, sed probatione Spiritus Dei, spiritalibus spiritalia comparantes*.

Rom. 1. 25. Deut. 6. 4. Ps. 80. 10. Varia nomina Personarum trium. 1. Tim. 6. Ps. 58. 6. Col. 2. 3. Jo. 14. 6. Spiritus S. a Patre oritur & Filio. Jo. 4. 24. Esa. 9. 6. 1. Cor. 2. 12.

LXXI. Dicat aliquis: Duos ergo [3] Filios statuimus. quod si ita est, qui tandem esse potest Unigenitus? Imo vero *tu quis es qui contradicas Deo*? Cum enim Filium vocet illum qui a se oritur; Spiritum vero sanctum, illum qui ab [4] utroque procedit: eæ tres Personæ sola fide a sanctis viris perceptæ, lucidæ ac lucis auctores lucida sunt actione præditæ, & cum ipso Patre

Objectio solvitur. Rom. 9. 32.

1. παρὰ ἀμφοτέρων. Quo sensu Epiphanius hic profiteatur Spiritum sanctum *abs ambobus* oriri, hoc est a Patre & a Filio, colligendum ex iis quæ supra adnotavimus ad pag. 25. adnotat. 1. pag. 29. adnotat. 1. pag. 31. adnotat. 1. pag. 247. animadversione nostra (1).

2. Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς, *Spiritus ex Patre* latine, si dictionis vim intueamur.

προσκυνεῖν καὶ ἀληθείᾳ. εἰ δὲ συνεργεῖ * ταῦτα, κτίσις κτίσιν οὐκ ἐργάζεται, οὐδὲ κτιστὴ θεότης γίνεται, οὐδὲ ἐν μέτρῳ ἢ περιοχῇ Θεὸς γινώσκεται. ἔστι γὰρ ἀπερίγραφος, ἀχώρητος, ἀπερινόητος, πάντα περιέχων τὰ ποιήματα * ὁ Θεός. οὐδὲ λατρεύσει κτίσις· ἐλάτρευσαν γὰρ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, καὶ ἐμωράνθησαν. πῶς γὰρ οὐ μωρὸν κτίσιν θεολογεῖν, ἀθετεῖν δὲ * πρώτην ἐντολὴν τὴν λέγουσαν· ἄκουε Ισραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου κύριος εἷς ἐστιν, οὐκ ἔσται ἐν σοὶ Θεὸς πρόσφατος; ἐν γραφαῖς δὴ ἁγίαις διάφορα ὀνόματα καλεῖται Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. Πατρὸς μὲν, Πατὴρ παντοκράτωρ, Πατὴρ ἁπάντων, Πατὴρ Χριστοῦ. Υἱοῦ δὲ, Λόγος, Χριστὸς, φῶς ἀληθινόν. τοῦ δὲ ἁγίου Πνεύματος, Παράκλητος, Πνεῦμα ἀληθείας, Πνεῦμα Θεοῦ, Πνεῦμα Χριστοῦ. * τί τοίνυν ὁ Θεὸς νοεῖται καὶ Πατὴρ, φῶς ἀλλ' ὡς ὑπερλάμπων, δύναμις, σοφία. εἰ δὲ φῶς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, φῶς ἄρα ἐκ φωτὸς ὁ Υἱὸς, καὶ διὰ * τοῦτο οἰκῶν φῶς τὸ ἀπρόσιτον, δύναμις δὲ ὅλος ὁ Θεὸς, καὶ διὰ τοῦτο Κύριος τῶν δυνάμεων. σοφία ὅλος ὁ Υἱός· οὐκοῦν σοφία ὁ Υἱὸς ἐκ σοφίας, ἐν ᾧ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας ἀπόκρυφοι. ζωὴ δὲ ὅλος ὁ Θεὸς, οὐκοῦν ζωὴ ἐκ ζωῆς ὁ Υἱός· ἐγὼ γάρ εἰμι ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα [1] παρὰ ἀμφοτέρων, [2] Πνεῦμα ἐκ Πατρός· πνεῦμα γὰρ ὁ Θεὸς, θεότης χαρισμάτων ἐστὶ δοτὴρ, ἀληθέστατον, φωτιστικὸν, παράκλητον, βουλευμάτων Πατρὸς ἀγγελτικόν. ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλ' ἐλάβομεν, φησὶ, Πνεῦμα Θεοῦ, ἵνα ἴδωμεν τὰ χαρισθέντα ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ, ἃ καὶ λαλοῦμεν οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος Θεοῦ, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες.

* γρ. ἡ ἀλήθεια.
* γρ. τοῦ Θεοῦ.
* γρ. Πατρός.
* Cor. ἔτι τείνει.
* γρ. διὰ τοῦ φωτός.

Ἀλλ' ἐρεῖ τις. οὐκοῦν φαμὲν [3] δύο εἶναι υἱούς· καὶ πῶς μονογενής; μενοῦν γε σὺ τίς εἶ ὁ ἀντιλογιζόμενος τῷ Θεῷ; εἰ γὰρ τὸν Υἱὸν καλεῖ τὸν ἐξ αὐτοῦ, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα τὸ [4] παρ' ἀμφοτέρων, ἃ μόνον πίστει νοούμενα ὑπὸ τῶν ἁγίων, φωτεινά, φωτοδότα, φωτεινὴν τὴν ἐνέργειαν ἔχει, σύμφωνά τε πρὸς αὐτὸν τὸν Πατέρα ποιεῖται φωτὸς

3. δύο εἶναι υἱούς. Inepta prorsus adversariorum objectio, & cæcum ingenio digna, qui evanescentes in cogitationibus suis ad tutissimos sinceræ ratiocinationis fontes nusquam respiciunt. Neque in divinis Scripturis, neque in sacra patrum Traditione habemus duos esse in Trinitate agnoscendos Filios, sed Filium unum, unumque Spiritum Sanctum, a quo sacratiore eloquio discedere sane absque impietate nullo possumus modo.

4. παρ' ἀμφοτέρων. Iterum, quemadmodum paullo superius, habet Epiphanius ab utroque, a Patre videlicet & Filio oriri Spiritum Sanctum. Petavius locum reddidit scribens *qui ab utroque procedit*, quod ad Epiphanii sensum & mentem referri potius debet, quam ad ipsius mera verba. Confer Epiphanium cum Epiphanio ipso in Hæresi LXXIV. num. VII. Vide & Petavium libro de Trinitate VII. cap. III. num. II.

Patre fidei luce concordiam ſervant. Heus tu! igitur audi, quemadmodum Pater veri ſit Filii Pater, totuſque lux: & Filius veri ſit Patris Filius, lumen de lumine; non ut facta, creatave cætera, appellatione duntaxat: Spiritus denique ſanctus veritatis ſit Spiritus, ac tertium [1] a Patre Filioque lumen. Cætera omnia adoptione vel comparatione vel appellatione vel appoſitione, non ſimili cum eo actione vel virtute vel luce vel notione cenſentur. ſive quis illud dixerit: *Filios genui & exaltavi*. ſive illud: *Ego dixi, dii eſtis & filii Altiſſimi omnes*. ſive iſtud: *Qui genuit ſtillas roris*. ſive hoc ipſum: *A quo omnis paternitas in cœlis & in terra*. ſive: *Ego firmans tonitru, & creans ſpiritum*. Non enim cæterorum patrum patriarcharumve more, verus ille Pater aut eſſe pater aliquando cœpit, aut progreſſu temporis eſſe quandoque deſinet. Nam ſi pater eſſe cœperit, neceſſe eſt ut filius alterius patris olim fuerit, antequam ipſe eſſet Unigeniti Pater: [2] ſimiliter ac patres, qui dum intelliguntur eſſe filii patrum, in infinitum verus originis ſator ac pater inveniri poteſt. Neque vero cæterorum inſtar filiorum qui adoptione facti ſunt, verus Filius recens eſt factus filius. alioquin enim tempus aliquando fuit, quo Pater nondum eſſet Unigeniti Pater. Sed neque uti reliqui ſpiritus, veritatis Spiritus creatum quiddam eſt aut factum: neque cæterorum inſtar Angelorum, *magni* ille *conſilii Angelus* dicitur. Si quidem illa initium habent & finem: [3] hæc duo robur ac principatum habent, quem nulla cujuſquam intelligentia poſſit aſſequi. Hæc univerſa procrearunt, quæ cum Patre per infinita ſæcula communiter omnia moliuntur: cætera ab illis pro ut ipſis libet, creantur. Illa ſerviunt iis & colunt: his a creaturis omnibus ſervitus cultuſque tribuitur. Hæc operibus ſuis medicinam adhibent; illa medicinam ab iſtis

Eſa. 1. 2. Pſ. 81. 6. Iob 38. 28. Eph. 3. 5. Amos 4. 13. ex LXX.

Eſa. 9. 6. *Spiritus S. a creaturis differt.*

1. φῶς τρίτον παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Tertius a Patre & Filio Spiritus ſanctus dicitur; non natura quidem, uti blaſphemans aſſerebat Eunomius, quem Libro contra ipſum tertio ideo refellit s. Baſilius: ſed dignitate & ordine τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει ſicuti idem ait Baſilius. Ordine quidem Spiritus ſanctus ſecundus dicitur a Filio quod ab ipſo procedat: & quum Filius eadem ratione ob eundem ordinem ſecundus a Patre dicatur, quod nimirum ab ipſo procedat; heinc veterum aliqui Spiritum ſanctum dixere a Patre eo in ordine tertium. Simili modo argumentaberis & de dignitate, cujus notio & nomen negotium tibi faceſſere debet nullum, non enim denotat aut naturæ, aut majeſtatis, aut divinitatis imminutionem aliquam. Filium dignitate ſecundum a Patre dicunt, quia Pater, quod ipſius eſt Pater, origo ejus eſt, & cauſſa, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία τοῦ εἶναι αὐτοῦ ait Baſilius. Quandoquidem vero Spiritus ſanctus a Filio procedit, a Filio accipit; heinc pari ratione, quemadmodum ordine;

τὸς πίστι. ἄκουε ὦ οὗτος, ὅτι ὁ Πατὴρ * ἀληθοῦς Υἱοῦ ἐστι Πατὴρ, φῶς ὅλος. καὶ Υἱὸς ἀληθοῦς Πατρὸς, φῶς ἐκ φωτὸς, οὐχ ὡς τὰ ποιήματα ἢ κτίσματα προσηγορίᾳ μόνῃ. καὶ Πνεῦμα ἅγιον Πνεῦμα ἀληθείας ἐστι, [1] φῶς τρίτον παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. τὰ δ' ἄλλα πάντα θέσει ἢ κλήσει, οὐχ ὅμοια τούτοις ἐνεργείᾳ ἢ δυνάμει ἢ φωτὶ ἢ ἐννοίᾳ. ὡς ἂν εἴποι τις· υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα. ἢ ὡς ἂν εἴποι τις· ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. ἢ ὡς ἂν εἴποι τις· ὁ τετοκὼς βώλους δρόσου. ἢ ὡς ἂν εἴποι τις· ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. ἢ ὡς ἂν εἴποι τις· ἐγὼ ὁ στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα. οὐ γὰρ ὡς οἱ λοιποὶ πατέρες ἢ πατριάρχαι ὁ ἀληθινὸς Πατὴρ ἀρξάμενος τοῦ εἶναι πατὴρ, ἢ ἐκλιπὼν ποτε χρόνῳ τοῦ εἶναι πατήρ. εἰ γὰρ ἄρχεται τοῦ εἶναι πατὴρ, υἱὸς ἄρα ἦν ποτε ἑτέρου πατρὸς, πρὸ τοῦ εἶναι αὐτὸν Πατέρα Μονογενοῦς. [2] καθ' ὁμοιότητα δὲ πατέρες πατέρων * νοούμενα τέκνα, εἰς ἄπειρον τὸν ἀληθῶς πατέρα τῆς ἀρχαιολογίας εὑρεῖν ἐστιν. οὐδὲ ὡς τὰ λοιπὰ τέκνα θέσει, ὁ Υἱὸς ὁ ἀληθινὸς, νέος τοῦ εἶναι υἱός· εἰ γὰρ νέος τοῦ εἶναι υἱὸς, ἦν ποτε χρόνος ὅτε οὐκ ἦν πατὴρ Πατὴρ Μονογενοῦς. οὐδὲ ὡς τὰ λοιπὰ πνεύματα, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας κτιστὸν ἢ ποιητόν. οὐδὲ ὡς οἱ λοιποὶ Ἄγγελοι, ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος καλεῖται. ἃ μὲν γὰρ ἀρχὴν καὶ τέλος ἔχει, * ὁ δ' [3] ἂν ἀνεπινόητον ἔχει τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος. καὶ ἃ μὲν κτίζει τὰ πάντα εἰς ἀπείρους αἰῶνας, συνεργοῦντα Πατρί· ἃ δὲ κτίζεται ἀπὸ τούτων, ὡς ἂν ἐθέλοι. καὶ ἃ μὲν λατρεύει τούτοις, ἃ δὲ λατρευτὰ ὑπὸ τῶν ὅλων κτισμάτων. καὶ ἃ μὲν ἰᾶται τὰ ποιήματα, ἃ δὲ τὴν ἴασιν λαμβάνει παρ' αὐτῶν. καὶ ἃ μὲν

* γρ. ἀληθῶν.

* γρ. νοοῦντες.

*Fot. ἃ δ'.

dioe, ita & dignitate ipsum secundum a Filio dicunt; & ideo a Patre tertium. Vide laudati non semel s. Basilii in initio Libri III. adversus Eunomium, locum sane celeberrimum, non tam singulari doctrina, quam stricte repraesentavimus, sed ob lites & controversias, quibus occasionem praebuit in Oecumenico Florentino Concilio.

2. καθ' ὁμοιότητα &c. Petavius interpretatur. *Porro similitudine quadam patrum patres intelliguntur esse Filii, & in infinitum verus originis sator, ac parens perduci potest.* Eam interpretationem mutavit Thomasius.

3. ὁ δ' ἂν. Emendandam esse locum illum credidit Petavius, & fortasse esse legendum ἃ δ' ἂν quemadmodum in Panario legitur ad num. VIII. Haereseos LXXIV. Ac suspicio esse posset correctionis illius nullam adesse necessitatem. Et nulla adesset si nil vetaret illud ὁ δ' referri ad magni consilii Angelum, ita ut aequivaleat dicenti, ὁ δὲ μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. Si autem locus emendandus, forte & referre illum non incommode possemus ad vocem Πνεῦμα, & legere τὸ δ' ἂν. Dissimulare tamen non debemus Epiphanium ἀντίθεσιν heic constituere inter spiritum increatum & creatos; & in orationis contextu uti plurium numero ἃ μὲν, & ἃ δὲ, quorum alterum refertur ad τὰ λοιπὰ πνεύματα, & οἱ λοιποὶ Ἄγγελοι. Alterum ad Spiritum sanctum, quem paullo superius appellaverat Πνεῦμα τῆς ἀληθείας. & μεγάλης βουλῆς Ἄγγελος. Haec Petavianae emendationis ratio, quam probarem sane, si exploratum mihi esset, Epiphanio nefas fuisse vel semel, in principio praesertim illius ἀντιθέσεως, singulari numero appellare, quod revera singulare est. Sequentia vero ἀνεπινόητον ἔχει τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος redde, *inexcogitabile habet principium & fortitudinem.* Principium videlicet, quo magni consilii Angelus Spiritus sanctus ineffabili modo a Patre & Filio procedit.

iſtis accipiunt. Illa pro ſuo quæque merito judicium ſubeunt: hæc juſtum exercent judicium. Hæc in tempore; illa extra tempus ſunt. Hæc univerſa colluſtrant: ab his illa colluſtrantur. Hæc *infantes ad ſublimitatem vocant*: illa a perfecto vocantur. Hæc largiuntur omnibus: illa muneribus afficiuntur. Ad ſummam illa in cœlis cœlorum, ac cæteris quæ oculis ſubducta ſunt, locis ſanctitatem illam prædicant: hæc illorum prædicatione celebrata cum dignis ſua digne dona communicant.

Pſal. 103. 16. LXXII. Cæterum complures ſpiritus ſacræ literæ eſſe ſignificant: *Qui facit*, inquit, *Angelos ſuos ſpiritus*, *& miniſtros ſuos*
Pſ. 150. 6. *flammam ignis*. Item: *Omnes ſpiritus laudate Dominum*, Sed &
Plures in ſacris litteris ſpiritus. iis qui digni ſunt, diſcernendorum ſpirituum dona tribuuntur. Nam alii cœleſtes ſunt ſpiritus, qui veritate delectantur: alii
1. Cor. 12. 10. terreni, qui fraudibus & erroribus obnoxii ſunt: alii denique ſubterranei, abyſſi, tenebrarumque filii. *Rogabat enim*. ut
Luc. 8. 31. *Mar. 1. 34.* Euangelium ait, *ne ſe in abyſſum ire juberet*. Ita & ſpiritibus
Eſa. 4. 4. imperabat Chriſtus; & ſpiritus fugabat verbo, nec *ſinebat eos*
1. Cor. 2. 12. Ibid. *loqui*. Quinetiam *ſpiritus judicii*, & *ſpiritus ardoris* nominatur.
Pſ. 77. 39. Itidemque *mundi ſpiritus*: *Nos enim*, inquit, *mundi ſpiritum*
Pſ. 103. 16. *non accepimus*. Nec non & hominis ſpiritus: *Quis hominum*,
Pſ. 103. 29. inquit, *novit quæ ſunt hominis*, *niſi ſpiritus qui eſt in homine*?
1. Cor. 14. 32. Item: *Spiritus vadens & non revertens*. *Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo & non ſubſiſtet*. Et, *Auferes ſpiritum eorum*, *&*
3. Reg. 22. 21. *deficient*. Adde & illud: *Spiritus Prophetarum* & *Prophetis ſu-*
Rom. 11. 8. *biiciuntur*. *Et ecce ſpiritus mendax ſtetit coram Domino*: *& di-*
Act. 16. 16. *xit ipſi*: *In quo decipies Achab*? *Et ero*, inquit *ſpiritus mendax*
Oſe. 4. 12. & O. 5. 4. *in ore prophetarum*. Præterea *Spiritus* quidam *compunctionis* ap-
Pſ. 10. 6. pellantur, & *ſpiritus ignaviæ*: & *ſpiritus Pythonis*: & *ſpiritus*
Luc. 13. *fornicationis*: & *ſpiritus procellæ*: & *ſpiritus loquax*: & *ſpiritus*
Marc. 9. 25. *infirmatis*: & *ſpiritus immundus*: & *ſpiritus ſurdus*: & *ſpiritus*
Luc. 8. 30. & Mar. 5. *mutus*: & *ſpiritus ægre loquens*: & *ſpiritus difficilis valde qui vocatur Legio*: *& ſpiritalia nequitiæ*. Poſtremo infinitis in ſcripturæ locis ſpirituum factam eſſe mentionem ſapientes intelligunt. Sed quemadmodum plures ſunt adoptione vel vocatione filii, [1] non veritate; eo quod & initio & fine conſtant, & ad peccandum propenſi ſunt: ſic & ſpiritus adoptione ſunt aut vocatione complures, qui & in peccatum proni ſunt ac proclives. At Spiritus ſanctus ſolus a Patre & Filio, *Spiritus veri-*

μὲν κρίνεται κατ' ἀξίαν, ἃ δὲ τὴν κρίσιν ἔχει τὴν δικαίαν. καὶ ἃ μὲν * χρόνῳ ἐστὶν, ἃ δὲ οὐκ ἐν χρόνῳ τυγχάνει. καὶ ἃ μὲν φωτίζει τὰ πάντα, ἃ δὲ φωτίζεται ὑπὸ τούτων. καὶ ἃ μὲν καλεῖ νηπίους εἰς ὕψος, ἃ δὲ καλεῖται ὑπὸ τελείου. καὶ ἃ μὲν χαρίζεται πᾶσιν, ἃ δὲ χαρίσματα λαμβάνει. καὶ καθάπαξ εἰπεῖν, ἃ μὲν ἐξυμνεῖ τὴν ἁγιότητα ἐν οὐρανοῖς οὐρανῶν καὶ λοιποῖς ἀοράτοις τόποις, ἃ δὲ ἐξυμνούμενα τὰ δῶρα ἀξίως παρέχει τοῖς ἀξίοις.

* γρ. χρόνῳ.

Πνεύματα δὲ πλεῖστα, φησὶν ἡ γραφή· ὁ ποιῶν τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. καὶ, πάντα τὰ πνεύματα αἰνεσάτω τὸν Κύριον. χαρίσματα δὲ ἀξίοις δίδοται διακρίσεως πνευμάτων. ἃ μὲν γὰρ ἐπουράνιά εἰσι, χαίροντα τῇ ἀληθείᾳ· ἃ δὲ ἐπίγεια, ἀπάτης καὶ πλάνης ἐπιτήδεια· ἃ δὲ ὑπόγεια, ἀβύσσου καὶ σκότους τέκνα. παρεκάλει γὰρ, τὸ Εὐαγγέλιόν φησιν, ἵνα μὴ πέμψῃ αὐτοὺς εἰς τὴν ἄβυσσον. ὡσαύτως δὲ καὶ τοῖς πνεύμασιν ἐπιτάσσει, καὶ τὰ πνεύματα ἐξεδίωκε λόγῳ, καὶ οὐκ εἴα αὐτὰ λαλεῖν. λέγεται δὲ πνεῦμα κρίσεως, καὶ πνεῦμα * καύσεως· λέγεται καὶ πνεῦμα κόσμου· ἡμεῖς δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ κόσμου οὐκ ἐλάβομεν, φησί. καὶ πνεῦμα δὲ ἀνθρώπου· τίς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου; καὶ, πνεῦμα πορευόμενον καὶ οὐκ ἐπιστρέφον· ὅτι πνεῦμα διῆλθεν ἐν αὐτῷ, καὶ οὐχ ὑπάρξει. καὶ ἀνταναλεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι· καὶ πνεῦμα Προφητῶν καὶ Προφήταις ὑποτάσσεται. ἤ, ἰδοὺ πνεῦμα ψευδὲς ἔστη ἐνώπιον Κυρίου, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἐν τίνι ἀπατήσεις τὸν Ἀχαάβ; καὶ ἔσομαι, φησὶ, πνεῦμα ψευδὲς ἐν τῷ στόματι τῶν * ψευδοπροφητῶν. λέγεται δὲ πνεῦμα κατανύξεως εἶναι, πνεῦμα δειλίας, καὶ πνεῦμα Πύθωνος, καὶ πνεῦμα πορνείας, καὶ πνεῦμα καταιγίδος, καὶ πνεῦμα πολυρρῆμον, καὶ πνεῦμα ἀσθενείας, καὶ πνεῦμα ἀκάθαρτον, καὶ πνεῦμα κωφὸν, καὶ πνεῦμα ἄλαλον, καὶ πνεῦμα μογιλάλον, καὶ πνεῦμα χαλεπὸν λίαν ὃ καλεῖται Λεγεὼν, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας. ἄπειρα δὲ τὰ περὶ πνευμάτων λόγια σοφοῖς, εἴπερ οἱ πολλοὶ υἱοὶ θέσει ἢ κλήσει, ([1] * οὐκ ἀληθείᾳ δὲ διὰ τὸ ἀρχὴν ἔχειν καὶ τέλος ἁμαρτητικῶς. οὕτω καὶ πνεύματα πλεῖστα θέσει ἢ κλήσει κἂν ἁμαρτητικὰ ἦν·) τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα μόνον καλεῖται ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ πνεῦμα ἀληθείας, καὶ πνεῦμα Θεοῦ,

* γρ. καύσωνος.

* γρ. Προφητῶν.

* Hæc ex Panario hær. LXXIV num. 9. hic restituuntur.

1. Ea quæ uncis, sive parenthesi ibi inclusa leguntur, desiderantur in Petavii editione. Restituit Thomasius ex num IX. Panarii & Hæreseos LXXIV, ubi constat, sicuti alias monuimus, ex Ancorato exscribi ibique repeti capita sive numeros novem, a septuagesimo quinto videlicet ineunte usque ad exeuntem LXXIII.

Jo. 14. 17. *veritatis*, & *Dei Spiritus*, & *Spiritus CHRISTI*, & *Spiritus gratiæ* nominatur. Gratificatur enim unicuique, ac bonum
1. Cor. 12. 8. variis modis impertitur. *Nam alii ſpiritus ſapientiæ conceditur, alteri ſpiritus ſcientiæ, huic ſpiritus fortitudinis, illi ſpiritus curationum, iſti ſpiritus prophetiæ; huic ſpiritus diſcretionis, interpretationum illi*. Ac cætera denique dona, ut teſtatur Apoſtolus: *Unus porro & idem Spiritus eſt, dividens unicuique prout*
Pſa. 142. 11. *vult*. *Quoniam Spiritus tuus bonus deducet me Deus*, ait David. vel, *Spiritus ubi vult, ſpirat*. quibus verbis ſubſiſtentem eſſe Spiritum ſanctum nobis oſtendit. *Et vocem ejus audis; ſed*
Joan. 3. 8. *neſcis unde venit, aut quo vadit*. item: *Niſi geniti fueritis ex*
Ibid. *aqua & Spiritu*. cui conſentaneum illud eſt Pauli: *Nam in*
1. Cor. 4. 15. *Chriſto Jeſu ego genui vos*. De eodem Spiritu Dominus ita lo-
Jo. 16. 13. quitur: *Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me*. Item: *Adhuc multa habeo dicenda: ſed non poteſtis ferre modo. Cum venerit ille Spiritus veritatis, inducet vos in omnem veritatem. non enim loquetur a ſeipſo: ſed quæcumque audiet, loquetur; & ventura nunciabit vobis. Ille me clarificabit; quia de meo accipiet, & vobis omnia nunciabit*.

Matth. 11. 27. LXXIII. Igitur, *ſi a Patre procedit, & de meo*, ait Dominus, *accipit*; quemadmodum *nemo novit Patrem niſi Filius, neque Filium niſi Pater*: ita dicere audeo; neque Spiritum novit quiſpiam, niſi Filius a quo accepit, & Pater a quo proce-
Trinitate forma dicatur, Substantiam appellamus. Nam qui hæc dicit, callide tergiversatur ac dissimulat, & dolo malo sic loquitur: Credo Patrem esse Patrem, & Filium esse Filium, & Spiritum sanctum esse Spiritum sanctum: cum interim occultam quandam cogitationem in animo foveat, atque ad exemplum naturæ nostræ tale sibi quiddam de Divinitate fingat: uti ego corpore, anima & humano sum spiritu præditus, ita Divinitas ipsa[1]. Quare Pater velut forma quædam est, ut ita dixerim, ac species; Filius perinde est atque hominis anima; Spiritus instar ejus est qui per hominem spirat. Nec enim cavillatores quidam desunt, qui de Divinitate sic *Matth. 18.* judicent. Nos autem longe aliter didicimus. Ecce tibi Pater e cœlo clara voce testatur: en Filius ad Jordanem: en Spiritus columbæ specie apparens hanc per sese figuram induit, persona per sese sua constans, non a Patre, Filioque diversæ, sed ejusdem cum illis substantiæ. Potest & illud alio modo declarari: Pater in cælo considet: considere vero cum dicitur, non humano more, sed alia quadam ratione, quæ nec explicari, neque comprehendi potest, intellige. Neque dixit, Ascendit ad Patrem Filius, sed *Sedet ad dexteram Patris*. De *Joan. 16.* Spiritu vero sancto sic nos unicus Dei Filius edocuit: *Ego vado: & Spiritus ille sanctus veniet, spiritus veritatis. Nisi ego abiero, ille non veniet*. Atqui si cum Filio confusus esset Spiritus, non diceret, *Abeo, & ille veniet*: sed aliam atque aliam personam esse demonstrare voluit: Una porro Divinitas est, unus Deus, una Deitas.

LXXXII. Hæc a me in illorum gratiam scripta sunt, qui vitæ ac salutis nostræ congruam & consentaneam rationem, & certissimam professionem scire amplectique voluerint; *Ecclesiæ firmitas.* quæ jam tum ab Lege, Prophetis, Euangeliis, Apostolis, Apostolicisque temporibus, ad hæc nostra tempora in Ecclesia Catholica incorrupta servatur: quæque per invidiam ac turbas adversus unam ac veram fidem concitatas singulis quibusque temporibus variarum hæreseωn insectatione jactata, ac multis incommodis earum importunitate conflictata; illa, inquam, ipsa fides, spes, salusque nostra in sua veritate perstitit: cum ex adverso hæreses identidem sua se labe contami- *Nova in Ægypto hæresis.* nent, & ab Ecclesiæ societate separentur. Cujusmodi nonnullos nuper [1] excitatos esse comperimus, quibus plerique omnium,

qui

Τριάδος. χρυσίζόμενος γὰρ ὁ τοιοῦτος, ὡς εἶπον, ῥᾳδιούργως, καὶ πάλιν δολίως λέγει, πιστεύω ὅτι Πατὴρ Πατὴρ, Υἱὸς Υἱὸς, Πνεῦμα ἅγιον Πνεῦμα ἅγιον. ὑπόνοιαν δὲ ἔχει τοιαύτην κεκρυμμένην, ὡς ἀφ' ἡμῶν τὸ θεῖον ἀπεικάσας λέγει ἐν ἑαυτῷ, ὅτι ὡς ἔχω σῶμα καὶ ψυχὴν καὶ πνεῦμα ἀνθρώπειον, οὕτω καὶ ἡ θεότης. Πατὴρ μὲν, ὡς εἰπεῖν, τὸ εἶδος· Υἱὸς δὲ ὡς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ψυχή· Πνεῦμα δὲ ὥσπερ τὸ ἐμπνέον διὰ τοῦ ἀνθρώπου. τινὲς γὰρ δολιεύονται, καὶ οὕτως νομίζουσι τὴν θεότητα. ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθομεν, ἀλλ' ἰδοὺ ὁ Πατὴρ ἐν οὐρανῷ διὰ φωνῆς μαρτυρεῖ· ἰδοὺ ὁ Υἱὸς ἐν Ἰορδάνῃ· ἰδοὺ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς κατερχόμενον ἐσχηματίζετο, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸ ἐσχηματίζετο, καθ' ἑαυτὸ ὑπόστασις ὂν, οὐκ ἀλλοία παρὰ τὴν τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς οὐσίας. πάλιν ἑτέρως, ἰδοὺ Πατὴρ κάθηται ἐν οὐρανῷ. τὸ δὲ κάθηται μὴ πάλιν ὑπολάμβανε ἀνθρωπίνως, ἀλλ' ἀνεκδιηγήτως καὶ ἀκαταλήπτως ἔχει. καὶ οὐκ εἶπεν, ἀνῆλθεν ὁ Υἱὸς εἰς τὸν Πατέρα, ἀλλ', ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς. καὶ πάλιν περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου λέγων ὁ μονογενὴς ἐδίδασκεν· ἀπέρχομαι, κἀκεῖνος ἐλεύσεται, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας. ἂν μὴ ἐγὼ ἀπέλθω, κἀκεῖνος οὐκ ἔρχεται, εἰ δὲ ἦν τὸ Πνεῦμα συναλοιφὴ αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ, οὐκ ἂν ἔλεγεν, ἀπέρχομαι, κἀκεῖνος ἔρχεται· ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὑπόστασιν καὶ ὑπόστασιν. μία δέ ἐστι θεότης, εἷς Θεὸς, μία ἀλήθεια.

Καὶ οὕτω γέγραφα τῷ βουλομένῳ τὴν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀκολουθίαν, καὶ βεβαίαν ὁμολογίαν τὴν ἀπὸ τοῦ Νόμου καὶ τῶν Προφητῶν καὶ Εὐαγγελίων καὶ Ἀποστόλων, καὶ ἀπὸ τῶν χρόνων τῶν Ἀποστόλων ἕως * ἡμερῶν χρόνων ἐν τῇ Καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ἀχράντως πεφυλαγμένην. ἐπὶ φθόνῳ δὲ ἀκαταστασίας τῆς μιᾶς καὶ ἀληθινῆς πίστεως, κατὰ καιρὸν καὶ καιρὸν διὰ τῶν αἱρέσεων τὴν αὐτῶν πίστιν καὶ ἐλπίδα καὶ σωτηρίαν ἡμῶν διωχθεῖσαν, ὑπομείνασαν δὲ ἐν τῇ αὐτῆς ἀληθείᾳ· τῶν Αἱρέσεων καθ' ἕκαστον χρόνον ἑαυτὰς καινουσῶν, καὶ ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀπαλλοτριουμένων· [1] ὡς καὶ προσφάτως πάλιν ἀκούομεν τινῶν τῶν τὰ πρωτεῖα δοκούντων ἀποφέρεσθαι παρά τισι τῶν ἐν Αἰγύ-

* Cor. ἡμετέρων.

1. Ὡς καὶ προσφάτως πάλιν. *Origenistas perstringit, Evagrium, Didimum Rufinum, ac Monachos complures Ægyptios, qui Epiphanium, Theophilum; & Hieronymum agitarunt. Vide Epist. Epiphanii ad Joannem Hierosol.* Petavius.

qui monasticam in Ægypto, Thebaide cæterisque regionibus vitam exercent, facile primas deferunt. Qui in eodem cum Hieracitis [1] errore versantur, ac perinde ut illi resurrectionem carnis, non hujus quam habemus modo, sed alterius in hujus locum substitutæ prædicant. Qui omnes a veritate defecerunt, ac Dei veritatem, certissimamque spem nostram ad nugas fabulasque transtulerunt. Quocirca necesse est, ut adversus illos subinde disputemus.

LXXXIII. Infideles igitur ac Gentiles resurrectionem funditus negant: quorum vero depravata fides est, quique stolide & imperite se ab omni spe veritatis abstraxerunt, horum propria est illa de resurrectione sententia. Ac Gentiles quidem qui resurrectionem nullam esse penitus putant, ob scelerum suorum quæ quotidie perpetrant, impietatem ita sentiunt. quippe resurrectionem oderunt, per quam summam infamiam, ignominiamque subituri sunt, quod Deum ejusque mandata prorsus ignorarint. quanquam vel inviti necessario resurgent. Atque illos quidem creatæ res omnes palam coarguunt; quæ quotidie speciem quandam resurrectionis ostendunt. Nam & dies occidit; & mortuorum adumbrat interitum dum soporem hominibus indicit: & eadem rursus exoritur, atque a somno nos excitat; itaque resurrectionis judicium demonstrat. Decerpuntur fructus, ac rerum status exciditur; unde nostri ex hac vita digressus velut modus quidam præscribitur: terra proseminatur ac pullulat; quoniam quæ succisa sunt post excisionem rursus excitantur. Locusta moritur, postquam fœtum quendam emisit, & in terram deposuit; & aliquanto post tempore terra mandata sibi ac consepulta restituit. Herbarum stirpiumque semina conferuntur; ac primum emortua ad perfecta postmodum incrementa perveniunt: nisi enim mortua fuerint, nequaquam vivificunt. Quid quod & in decem manuum ac pedum unguibus resurrectionem nobis quodammodo Deus obsignat, ac spei nostræ evidenti testimonio suffragatur. Quin & ipsa capillorum corona eandem resurrectionem prædicat: etenim quæ corporis pars in nobis mortua videtur, hoc est, pili quotidie detonsi atque iterum pullulantes, spem nobis resurrectionis ostendunt.

Resurrectio variis exemplis adumbratur.

LXXXIV. Possum alia & quidem infinita percensere, quorum exemplis persuadere Infidelibus ista possint. Verum nec illis palumbes avis quædam, nec animal illud quem [2] murem Alpi-

Alia resurrectionis exempla.

Αἰγύπτῳ Ἀσκητῶν καὶ Θηβαΐδι καὶ ἄλλων ἄλλοθι κλιμάτων, [1] τὰ ὅμοια τοῖς Ἱερακίταις φρονούντων, καὶ λεγόντων, ἀνάστασιν μὲν τῆς ἡμετέρας σαρκὸς, οὐ ταύτης δὲ, ἀλλ᾽ ἄλλης τινὸς ἀντ᾽ αὐτῆς· ὡς ἐκτραπέντων τῶν τοιούτων, καὶ εἰς μύθους ἐκτρεψάντων τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν, καὶ τὴν βεβαίαν ἡμῶν ἐλπίδα. διὸ καὶ περὶ τούτου ἀναγκαζόμεθα αὖθις λέγειν.

Ἄπιστοι μὲν γὰρ ἀρνοῦνται τὸ πᾶν τῆς ἀναστάσεως, κακοπίστων δὲ συρφετωδῶς καὶ ἀνοήτως τῆς κατὰ ἀλήθειαν ἐλπίδος ἐκπεπτωκότων, τὸ οὔπω νοεῖν περὶ τῆς ἀναστάσεως. καὶ Ἕλληνες μὲν οἱ τελείως ἀρνούμενοι τὴν ἀνάστασιν, διὰ τὴν ἀσέβειαν τοῦ πλήθους τῶν παρ᾽ αὐτοῖς γινομένων ἀνομημάτων· μισοῦσι γὰρ τὴν ἀνάστασιν, δι᾽ ἧς μέλλουσιν αἰσχύνην ὑφίστασθαι, τὸν Θεὸν ἀγνοήσαντες, καὶ τὰς αὐτοῦ ἐντολάς. πλὴν ὅτι ἀναστήσονται, κἂν μὴ βούλονται. καὶ ἡ κτίσις πᾶσα διαρρήδην αὐτοὺς ἐλέγχει, ὑποφαίνουσα καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀναστάσεως τὸ εἶδος. δύνει γὰρ ἡ ἡμέρα, καὶ νεκρῶν αἰνιττόμεθα τὸν τρόπον, * κοιμισμὸν αἰνιττομένης· ἀνατέλλει ἡ ἡμέρα ἡμᾶς διϋπνίζουσα, καὶ ἀναστάσεως ὑποδεικνύουσα τὸ σημεῖον. τρέπονται οἱ καρποὶ, καὶ ἡ στάσις τῶν ὕπνων ἐκπέμπεται, τῆς ἡμῶν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆς ὁριζομένου τοῦ * προσώπου. σπείρεται ἡ γῆ καὶ βλαστάνει, * ὅτι τὰ τεθλιμμένα μετὰ τὴν τομὴν ἀναστήσεται. ἀκρὶς τελευτᾷ, θάψασά τι ἑαυτῆς ἀποβληθὲν κύημα ἐν τῇ γῇ· καὶ μετὰ καιρὸν ἡ γῆ ἀποδίδωσι τὰ τεθαμμένα. τὰ σπέρματα τῶν γεννημάτων σπείρεται, καὶ πρῶτον ἀποθνήσκει, ἔπειτα τελεσφορεῖται· ἐὰν γὰρ μὴ ἀποθάνῃ, οὐ ζωογονεῖται. σφραγῖδας ἐν ἡμῖν ὁ Θεὸς ἐποίησε διὰ τῶν ὀνύχων δέκα καὶ δέκα, ἀναστάσεως, περὶ τῶν ἡμῶν ἐλπίδων μαρτυρούσας. ἀλλὰ καὶ ὡς διὰ στεφάνου τῆς τριχὸς τὴν ἡμῶν ἀνάστασιν ἐκήρυξε· τὸ γὰρ δοκοῦν ἐν ἡμῖν νεκρὸν σῶμα, τουτέστιν αἱ τρίχες, καθ᾽ ἑκάστην τεμνόμεναι αὖθις θάλλουσαι, τῆς ἀναστάσεως * τὴν ἐλπίδα.

* For. αἰνίσσεται: sed hæc corrupta leviter.
* For. τρίτου.
* For. τετμημένα.
* Deest quippiam.

Καὶ ἀμύθητά ἐστιν εἰπεῖν εἰς πληροφορίαν τῶν ἀπίστων ἐξ ὑποδειγμάτων. ἀλλ᾽ οὐκ ἔπεισε τούτους ἡ φάττα τὸ ὄρνεον, οὐδὲ [2] ὁ μυωξὸς τὸ ζῶον· ἀποθνήσκει γὰρ τὸ τοιοῦτον ἑξάμηνον, καὶ ἡ

1. τὰ ὅμοια τοῖς Ἱερακίταις. De Hieracitis ab Hierace sive Hieraca quodam in Ægypto ortis, quos Brixiensis Episcopus Philastrius cap. 36. & *Abstinentes* vocat, non solum hoc in loco agit Epiphanius noster; sed & in Panario, Hæresi LXVII. ubi eorum originem, & progressus narratione late prosequitur, & errores convellit. Eosdem de Trinitatis Mysterio minus recte credidisse, testem habemus lucentissimum s. Hilarium de Trinitate agentem tum in lib. IV. num. 12. tum in lib. VI. num. 5. & num. 12. Baronius de illis agit ad ann. 288.

2. De animalculo illo, cui nomen μυωξὸς Græci fecere, Epiphanius idem in Hæresi LXIV. num. LXXIII. sub finem hæc habet juxta latinam Petavii interpretationem: *naturalium rerum scriptores asserunt Myoxum in latibulis suis fœtus eodem partu plures edere; quin-*que

Mus Alpinus VI. mensibus latet. Alpinum vocant, fidem possunt facere: e quibus hic sex totos menses intermortuus jacet; illa quadragenos dies: ac subinde suis cuique temporibus evolutis, rursus excitantur ad vitam. Scarabæi appropinquante morte stercoris se pilula condunt, quam sub terram defodiunt; & genitali quodam humore quem e seipsis emittunt, reviviscere per sese cernuntur. Nam de Phœnice Arabiæ ave mentionem facere supervacaneum est: est enim ea res plurimorum tam fidelium quam infidelium auditione vulgata. *Phœnicis historia.* Cujus quidem historia est ejusmodi. Quingentesimo ætatis anno, cum instare obitus sui tempus præsenserit, cellulam ex aromatibus constructam in urbem quandam Ægypti transportare solet, quæ Heliopolis appellatur, ab Ægyptiis vero & Hebræis On. Ibi pectus suum sæpius alis converberans, ignem e suo corpore exprimit, quo subjectam materiam incendit. ita semetipsam carnemque suam omnem cum ossibus exurit. tum occulta quadam Dei providentia superfusa nubes depluit, ac flammam illam quæ avis corpus depasta fuerit, extinguit. Mortua igitur ave ac flammis prorsus assata, restincta flamma, carnis ac corporis superstites reliquiæ eodem die consumptæ vermem generant: qui paulo post pennatus evadit, & in pullum convertitur. is tertio die demum adolescit, atque ita loci illius accolis qui istic occupantur, conspiciendum se præbet. inde in patriam convolat, & acquiescit.

LXXXV. Ego vero Gentiles istos Græcos ac Barbaros infideles admiror: quorum adeo occæcatus est animus, ut in suis ipsorum fabulis resurrectionis mentionem identidem aspergere, ac de ea quamplurima prædicare minime vereantur. *Gentilium ipsis fabulis resurrectionis fides adstruitur.* Nam, ut fictis illorum commentis traditur, Alcestis Peliæ filia pro Admeto viro suo mortua, triduo postea ab Hercule ad superos excitata, ex inferorum penetralibus emersit. Quod idem & Pelopi contigit Tantali filio, cum ejus corpus in frusta concisum parens ipse falsis illorum numinibus apposuisset. Necnon Eucleis, quem Æsculapius revocavit ad vitam. Itemque Castor Pollucis fratris beneficio ab interitu vindicatur: qui alternis cum eo vitam suam commutare maluit. Adhæc Protesilaus idem Laodamiæ opera consecutus fingitur. Præterea Sisyphum, & Tantalum, & Caucasi filias quas Furias vocant, ac denique Tiresiam, in tartara detrusos scelerum illic pœnas expendere, & alium saxo, alium rota, alium sup-

φάντα ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ αὖθις μετὰ τοὺς καιροὺς αὐτῶν ἀναβιοῦσι, κάνθαροι δὲ μέλλοντες τελευτᾷν ἐπὶ σφαῖραν τῆς κόπρου ἑαυτοὺς κρύπτουσι, θάψαντες τὴν τοιαύτην σφαῖραν ἐν γῇ καὶ καταχώσαντες, καὶ οὕτως ἐκ τῆς αὐτῶν ἰκμάδος αὖθις εὑρίσκονται ἀναβιοῦντες ἐξ αὐτῶν. περὶ δὲ τοῦ φοίνικος τοῦ Αραβικοῦ ὀρνέου περισσόν μοι τὸ λέγειν. ἤδη γὰρ εἰς ἀκοὴν ἀφῖκται πολλῶν πιστῶν τε καὶ ἀπίστων. ἡ δὲ κατ' αὐτὸν ὑπόθεσις τοιάδε φαίνεται· πεντακοσιοστὸν ἔτος διαπελῶν, ἐπὰν γνοίη τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἐνστάντα, σηκὸν μὲν ἐργάζεται ἀρωμάτων, καὶ φέρων ἔρχεται εἰς πόλιν τῶν Αἰγυπτίων Ἡλιούπολιν οὕτω καλουμένην, Ων δ' ἑρμηνευομένην ἀπὸ τῆς Αἰγυπτιακῆς διαλέκτου καὶ Εβραϊκῆς. καὶ ταρσοῖς ἰδίοις τὰ στήθη τὰ ἑαυτοῦ μαστίξας πολλά, πῦρ ἀπὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ προφερόμενος, ἐμπίπρησι τὴν ὑποκειμένην ὕλην τῷ τόπῳ, καὶ οὕτως ἑαυτὸν ὁλοκαυτοῖ καὶ πάσας τὰς σάρκας αὐτοῦ σὺν ὀστέοις. ἐκ Θεοῦ δὲ οἰκονομίας νέφος ἀποστέλλεται, καὶ ὑετίζει, καὶ κατασβεννύει τὴν τὸ σῶμα τοῦ ὀρνέου καταδαπανήσασαν φλόγα, νεκροῦ μὲν ἤδη ὄντος τοῦ ὀρνέου, καὶ ὁπτηθέντος ἀκρόπαντα· σβεσθείσης δὲ τῆς φλογὸς, λείψανα τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ἔτι σῶμα περιλείπεται, καὶ πρὸς μίαν ἡμέραν ἀφανισθέντα σκώληκα γεννᾷ· ὁ σκώληξ πτεροφυεῖ νεοττὸς γενόμενος· τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἁδρύνεται, καὶ ἁδρυνθεὶς τοῖς τῷ τόπῳ ἐξυπηρετουμένοις ἑαυτὸν ἐμφανίζει, καὶ αὖθις ἀνατρέχει εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα, καὶ ἀναπαύεται·

Θαυμάσαι δὲ μοι ἔπεισι περὶ τῆς τῶν ἀπίστων Ελλήνων καὶ ἄλλων βαρβάρων ἠπατημένης κατὰ πάντα διανοίας, ὡς ἐν τοῖς αὐτῶν μύθοις οὐκ αἰσχύνονται ἀνάστασιν παντὶ σημαίνειν, καὶ περὶ ἀναστάσεως πολλάκις ᾄδειν, ὡς οἱ μῦθοι αὐτῶν ἀναγράφουσιν. Αλκηστιν μὲν τελευτήσασαν τὴν Πελίου ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Αδμήτου, καὶ * ὑπὲρ τοῦ Ηρακλέους μετὰ (δὲ) τριήμερον ἐγηγερμένην, καὶ ἀπὸ τῶν ἀδύτων ἀνηνεγμένην. Πέλοπά τε τὸν Ταντάλου μετὰ τὸ κρεωνομηθῆναι ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς (* ἀμφιάραω) τοῖς ψευδωνύμοις αὐτῶν θεοῖς. καὶ ὁ Ετεοκλῆς ὑπὸ τοῦ Ασκληπιοῦ ἀναζωογονηθείς. Κάστωρ διὰ Πολυδεύκην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ὡς ἑκὼν αὐτῷ τὴν ζωὴν παρ' ἡμέραν ἀλλάσσειν εἵλετο. καὶ ὁ Πρωτεσίλαος διὰ Λαοδάμειαν. ἀλλὰ καὶ Σίσυφον, καὶ τὸν Τάνταλον, καὶ τὰς Καυκάσου θυγατέρας ἃς Εριννύας κεκλήκασι, καὶ Τειρεσίαν ἅμα τούτῳ καταπεπαρτῶσθαι, καὶ δοῦναι δίκην ἐκεῖσε, τὸν μὲν διὰ πέτρας, τὸν δὲ ὑπὸ

* Cor. [illegible]

* Vitium subest huic loco.

A a 2 ἔρχεσθαι

quę videlicet. & eo amplius, iisque insidiari viderant. Quia uno versus in tabulo naali, cum aevorare simul omnes nequeat, tum quidem unum, alterumque ad satietatem absumit; caeteros confossis oculis ad pabulum aufert; caecosque nutrit, donec prolatos, ubi libitum est, singulos depascatur. Ac si forte ignari quidam in tales inciderint, & ad vescendum ceperint, lethiferum ex iis venenum hauriunt, utpote vipera veneno nutritis.

ſupplicii alio genere cruciari, in eoque perſeverare commenti ſunt: ut non penitus in nihilum redacti ſint, ſed cum corporibus etiamnum ſuperſint. Nam ſi carerent corporibus, quinam ſaxo rotave damnari poſſent? Multa id genus alia comprehendi poſſunt, quibus & fides noſtra corroborari, & illorum convinci falſitas poſſit.

LXXXVI. His Gentilium ſomniis & infidelitati gemina ſunt ac germana, quæ ab Hæreticis adſeruntur. Quorum nonnulli non [1] corporum, ſed animarum reſurrectionem ſore prædicant. Quod idem Gentiles illi, de quibus dixi, opinione ſua profitentur: adeo ut illorum longe abſurdiſſima ſit oratio, & ad excitandum riſum ab illis explicata. Nam quod reſurrectionem hæreſes illæ utcumque fatentur ac futuram exiſtiment, ſed eam ad ſolas animas referunt; fingi nihil poteſt ineptius. Qui enim reſurgere poterit anima, quæ nunquam ceciderit? non enim animas in ſepulchra ſed corpora deponimus: animæ quippe non cadunt, ſed carnes; unde & mortuorum corpora vulgo *Cadavera* nominantur. Quamobrem ſi qua apud illos eſt reſurrectionis fides, nemini dubium eſt, quin ad corpus quod cecidit, non ad animam ipſam pertinere debeat. Græci vero ac Gentiles ipſi qui reſurrectionem funditus negant, vel hoc uno argumento refelluntur, quod ſolennibus quos vocant diebus, cibum ac potum ad mortuorum ſepulchra deferunt: ubi cibum omnem flammis adolent, & de vino libant: qua in re neque mortuis proſunt, & ſibi ipſis detrimentum adferunt. Sed vel ipſa eos conſuetudo ad confitendam mortuorum reſurrectionem adigit etiam invitos. Siquidem ad eum locum [2] in quo condita ſunt mortuorum corpora, ſeſe conferentes, conſepultos illic nominatim inclamant: Surge, inquiunt, defuncti nomen appellantes, bibe & epulare. Atqui ſive animas reſidere illic putant ubi mortuorum depoſitæ ſunt reliquiæ, affectionis expers animarum exſpectatio illa videtur. ſiquidem futurum illum diem ac reſurrectionem & iteratam generationem tamdiu præſtolantur, donec cognata ac comparia ſibi corpora recipiant. quanquam Græci carnem tanquam malam, penituſque conſumendam, & ab omni ſpe reviviſcendi prorſus excluſam abominari ſolent. Sive non idcirco iſta faciant; quibus tandem de cauſis animas quæ ſubſtantiæ corporum præſtant, illigantes, damnare potius videntur, dum iſtiuſmodi opi-

Adverſus Hæreticos qui reſurrectionem negant.

Gentilium mos epulas ad ſepulcra deferendi.

τροχὸν, καὶ ἄλλους ἄλλως τετιμωρῆσθαι, καὶ ἔτι ὑπάρχειν ἐν τιμωρίᾳ, ὡς μὴ εἰς ἀνυπαρξίαν κεχωρηκότας, ὑπάρχοντας δὲ ἐν σώμασιν· εἰ μὴ γὰρ σώματα εἶχον, πῶς ὑπὸ πέτραν καὶ τροχὸν τιμωρίαις παρεδίδοντο; καὶ πολλά ἐστιν περὶ τούτων λέγειν, εἰς παράστασιν τῆς ἐν ἡμῖν πίστεως, ἔλεγχον δὲ τῶν πρὸς αὐτούς.

Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκ τῶν Αἱρέσεων ὁρμώμενοι ἀδελφὰ τούτοις ᾄδουσι καὶ σύμφωνα τῆς ἀπιστίας. ἐν τῷ τινὰς μὲν τῶν Αἱρετικῶν λέγειν [1] οὐ σώματος ἀλλὰ ψυχῆς ἀνάστασιν ἔσεσθαι· ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς προειρημένους Ἕλληνας τὸ αὐτὸ νομίζειν τε καὶ συνδοξάζειν· ὡς εἶναι τὸν λόγον αὐτῶν ληρώδη μᾶλλον *ὑπὲρ κινήσεως προβαλλόμενον. ἐὰν γὰρ ἀνάστασιν εἴπωσιν αἱ αἱρέσεις, καὶ ὅλως ἀνάστασιν ἡγοῦνται, περὶ ψυχῶν δὲ τοῦτο ὁρίζονται, εὔηθές ἐστι τὸ τοιοῦτον· πῶς γὰρ ψυχὴ ἀναστήσεται μὴ πεπτωκυῖα; οὐ γὰρ θάπτομεν τὰς ψυχὰς ἐν τοῖς μνημείοις, ἀλλὰ τὰ σώματα· ψυχαὶ γὰρ οὐ πίπτουσιν, ἀλλ' αἱ σάρκες· ὡς καὶ ἡ συνήθεια εἴωθε καλεῖν τὰ νεκρὰ σώματα, Πτώματα. τοίνυν εἰ ἀνάστασις παρ' αὐτοῖς ὁμολογεῖται, παντί που δῆλόν ἐστιν οὐ ψυχῆς, ἀλλὰ σώματος πεπτωκότος. Ἕλληνες δὲ πάλιν ἐλέγχονται τὸ πᾶν τῆς ἀναστάσεως ἀρνούμενοι, ἀποφέροντες εἰς τὰ μνήματα βρώματά τε καὶ πόματα ἐν ταῖς πανδήμοις καλουμέναις ἡμέραις· ὁλοκαυτοῦσι μὲν τὰ ἐδέσματα, σπένδουσι δὲ τοὺς οἴνους, μηδὲν μὲν τοὺς νεκροὺς ὠφελοῦντες, ἑαυτοὺς δὲ μᾶλλον βλάπτοντες. πάλιν ἀναγκάζονται ἀπὸ τῆς συνηθείας ὁμολογεῖν τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν· [2] ἔνθα γὰρ ἐτέθη τὰ σώματα τῶν τελευτησάντων παραγίνονται, καὶ προσφωνοῦσι τοῖς τεθαμμένοις νεκροῖς ἐξ ὀνόματος· ἀνάστα, φάσκοντες, ὁ δεῖνα φάγε καὶ πίθι καὶ εὐφράνθητι. καὶ εἰ μὲν τὰς ψυχὰς ἐκεῖσε νομίζουσιν ἐμπαραμένειν, ἔνθα τὰ λείψανα τῶν τελευτησάντων τέθαπται, ἀπαθής τις τοιαύτη τῶν ψυχῶν προσδοκία· ἐμπαραμένουσι γὰρ τὴν ἡμέραν τὴν μέλλουσαν, καὶ τὴν ἀνάστασιν τῆς παλιγγενεσίας, ἕως τὰ σύνθετα καὶ τὰ σύζυγα αὐτῶν ἀπολάβωσι σώματα· εἰ καὶ βδελύττονται οἱ τῶν Ἑλλήνων παῖδες τὴν σάρκα ὡς φαύλην οὖσαν, καὶ τέλεον ἀφανιζομένην, καὶ ἐλπίδα μὴ ἔχουσαν ἀναβιώσεως. εἰ δὲ μὴ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦτο ποιοῦσι, τίνι τῷ λόγῳ τὰς βελτίους ψυχὰς τῆς τῶν σωμάτων οὐσίας ἐγκαταδέοντες καταδίκῃ μᾶλλον περιβάλλουσι, τῇ ὑπο-

*For. ὑπὲρ τῆς τῶν γέλωτος κινήσεως.

1. οὐ σώματος; Vide Hæresim LXVII. numeris I. & VI. potissimum.

2. Ἔνθα γὰρ ἐτέθη τὰ σώματα. *Zeno Veron. in Psal. XLIX.* non ii solum, qui tales sunt, displicent Deo; sed & illi, qui per sepulcra discurrunt; qui fœtosis prandiis cadaveribus sacrificant mortuorum. *Augustinus VI. Conf. cap. II. scribit Ambrosium Mediolani prohibuisse, ne pultes, panem, & merum, sicut in Africa fieri solebat, ad honorandas defunctorum memorias inferrent*; ne ulla occasio se ingurgitandi daretur ebriosis; & quia illa quasi pa-

opiniones ſequuntur ? Cur ad mortuorum reliquias adhære-ſcunt ? aut quam in ſpem his in locis commorantur ? dicant ſi poſſunt. Sed illud, opinor, manifeſtum eſt, animas illos non in ſepulchris, ſed certis in locis domiciliiſque collocare, quæ unicuique a Deo pro eorum quæ in vita geſſit ac ſuſcepit, merito tribuuntur: dum interim quilibet propinquorum ſuorum corpora in cadaverum vel oſſium potius loculis componit. Cæterum ridiculum illud ac ſtolidum eſt, cum omnibus inſita ſit communis illa opinio ac veluti præſumptio ut reſurrectionem univerſi plane fateantur; ab infidelibus tamen ex adverſo certiſſima illa negari, & ea quæ Dei virtute præſtari utique poſſunt, nequaquam ſpei firmitate roborari.

Contra Origenē, & Chriſtianos male de reſurrectione ſentientes.

LXXXVII. Verum de his hactenus. nam ex infinito exemplorum numero pauca quædam a me collecta ſufficiunt. Jam vero quod ad eos attinet qui ſe Chriſtianos profitentur, & Origenem ſecuti mortuorum quidem reſurrectionem admittunt cum carnis noſtræ, tum ſanctiſſimi illius Dominici corporis quod e Maria ſuſceptum eſt; ſed eandem nihilominus carnem excitari non putant, [1] ſed aliam a Deo in ejus locum ſubſtitui: nonne hanc ipſam opinionem cæteras omnes impietate ſuperare, ac Gentilium etiam erroribus abſurdiorem eſſe putabimus? Imprimis enim ſi alia quædam ex illorum opinione caro in hujus noſtræ locum ſuccedit; minime juſtum eſt Dei judicium, qui aut aliam carnem pro ea quæ peccaverit, condemnet, aut aliud corpus ad cœleſtis patrimonii gloriam regnumque perducat, quam illud ipſum quod jejuniis, vigiliis, inſectationibus Dei eſt cauſa conflictatum. Quinam vero convenit, ut ſola anima ſine peccati ſocio ac participe condemnetur? ut hæreſes iſtæ ſibi perſuadent. Merito quippe Dei judicio ejuſmodi reſiſtere poterit anima, ac corporis propria eſſe delicta cauſari. Neque rationes ei ac firmamenta deerunt, ſi illorum dogma quod pertinacia magis quam veritate nititur, fidem ullam mereatur. hoc enim pro ſe poteſt afferre: Ego non peccavi, ſed corpus: ex quo enim ab eo diſceſſi, fornicationem nullam, aut adulterium, aut furtum, aut homicidium admiſi; ac nullo me Idolorum cultu, aut cæteris id

genus

patentalia ſuperſtitioni gentilium eſſet ſimillima. *Tertullianus Apolog. cap.* xiii. Quid omnino ad honorandos eos facitis, quod non etiam mortuis veſtris conferatis? Ædes proinde: aras proinde. Idem habitus, & inſignia in ſtatuis; ut ætas, ut ars, ut negotium mortui fuit, ita Deus eſt. Quo differt ab epulo Jovis, Silicernium? a ſimpulo obba? ab aruſpice pollinctor? Nam & aruſpes mortuis apparet. Petavius.

ὑπολήψει ταῦτα ὁριζόμενοι; καὶ προσεδρεύουσι τοῖς τετελευτηκόσι λειψάνοις; ἢ ἐπὶ ποίᾳ προσδοκίᾳ ἐλπίδος παραμένουσι; λεγέτωσαν. ἀλλὰ δῆλον ὅτι οὐ τὰς ψυχὰς νομίζουσιν εἶναι ἐν μνήμασιν, ἀλλ' ἐν ταμείοις τισὶν ἐκ Θεοῦ ἑκάστῃ ψυχῇ ἀποτεταγμένοις κατ' ἀξίαν ὧν ἐβίων, ἔδρασάν τε καὶ ἐπολιτεύσαντο· τὰ δὲ σώματα ἰδίαις χερσὶν ἕκαστος τοῦ πέλας ἐν ταῖς θήκαις τῶν σωμάτων εἴτουν ὀστέων κατέθεντο. εὔηθες δ' ἂν εἴη παρὰ πᾶσιν εἶναι τὴν μίαν ὑπόληψιν τούτων καὶ ἀκολουθίαν, οἷς ἐκ πανταχόθεν ὁμολόγηται· παρὰ δὲ τοῖς ἀπίστοις τοὐναντίον τὰ ἀληθινὰ ἐξαρνεῖσθαι, καὶ τὰ ἐν Θεῷ δυνατὰ εἰς ἐλπίδας παρ' αὐτοῖς μὴ κεκρατύνθαι.

Ἀλλὰ περὶ τούτων ἱκανὰ νομίζω εἰρῆσθαι, ἐκ τῶν πολλῶν παραδειγμάτων ὀλίγα ἡμῶν παραθέντες. περὶ τῶν δοκούντων Χριστιανῶν εἶναι, Ὠριγένει δὲ πειθομένων, καὶ τὴν μὲν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ὁμολογούντων, σαρκός τε τῆς ἡμετέρας, καὶ σώματος τοῦ Κυρίου τοῦ ἁγίου ἐκείνου τοῦ ἀπὸ Μαρίας ἀνειλημμένου, ταύτην δὲ τὴν σάρκα λεγόντων μὴ ἐγείρεσθαι, [1] ἀλλ' ἄλλην ἀντὶ ταύτης ἐκ Θεοῦ δίδοσθαι, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων εἴποιμεν ἀσεβεστέραν ἔχειν ὑπόληψιν, καὶ εὐηθεστέραν τῆς παρ' Ἕλλησι; πρῶτον μὲν γὰρ εἰ ἄλλη ἀντὶ ταύτης ἐγείρεται κατὰ τὸν αὐτῶν λόγον, οὐ δικαία ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις, ἄλλην σάρκα κρίνουσα ἀντὶ τῆς ἁμαρτησάσης, ἢ ἄλλο σῶμα φέρουσα εἰς δόξαν κληρονομίας καὶ βασιλείας οὐρανῶν, ἀντὶ τοῦ ἐν νηστείαις καὶ ἀγρυπνίαις καὶ διωγμοῖς ὑπὲρ ὀνόματος Θεοῦ κεκμηκότος σώματος. πῶς δὲ καὶ ψυχὴ * καθήσεται μόνη κατὰ τὸν λόγον τῶν αἱρέσεων, μὴ παρόντος τοῦ συναμαρτήσαντος σώματος; ἀντείποι γὰρ ἡ τοιαύτη ψυχὴ τῇ τοῦ Θεοῦ κρίσει, φάσκουσα τοῦ σώματος γεγενῆσθαι τὰ ἁμαρτήματα. ἔχει καὶ τὴν ἀπόδειξιν κατὰ τὸν φιλονεικίᾳ φερόμενον λόγον καὶ μὴ ἀληθείᾳ· δύναται γὰρ λέγειν· οὐκ ἐγὼ ἥμαρτον, ἀλλὰ τὸ σῶμα· ἐξότου γὰρ ἐξῆλθον ἐκ τοῦ σώματος, οὔτε ἐπόρνευσα, οὔτε ἐμοίχευσα, οὐκ ἔκλεψα, οὐκ ἐφόνευσα, οὐκ εἰδωλολάτρευσα, οὔτι τῶν κακῶν καὶ ἀνηκέστων εἰργα-

* For. κρίνεται.

1. ἀλλ' ἄλλην. Origenem Platonis abreptum philosophia inter cetera sua errata, & circa resurrectionem mortuorum a recto sinceræ doctrinæ tramite deflexisse; & quidem ad eum modum, quem in præsenti exponit Epiphanius, constat apud Patres, ex Epiphanio præsertim tum heic in Ancorato, tum in Panario ad Hæresim LXIV; ex fragmentis quæ exstant apud Epiphanium memorata in Hæresi LXIV.; item ex lib. de Resurrectione Methodii Patarorum primum, deinde Tyri Episcopi, qui non longe a temporibus Origenis vixit; florebat enim seculo Ecclesiæ tertio exeunte. Negat nemo implicatam, obscuram, ambagibus repletam invenit Origenis de resurrectione doctrinam in ipsiusmet scriptis, qualia ad nostram pervenere ætatem. Qua de re adeantur Huetii Origeniana lib. II. quæst. IX.

genus detestandis sceleribus obstrinxi. Nec injusta defensio ista fuerit. Cum hæc igitur merito ad sui excusationem attulerit, quid dicemus? An otiosum ac supervacaneum est Dei judicium? at injuste suam in homines iram exercere putandus est Deus? Absit.

Cur totus homo resurrecturus sit.

LXXXVIII. Nos enim scimus nihil non a Deo fieri posse: ac non modo sine anima corpora proferre posse, sed & extincta penitus illa revivifcere denuo posse, ac per sese etiam non animata moveri, si velit. quemadmodum corpora illa quæ sanctissimo Ezechieli per visum oblata sunt, exemplo suo comprobarunt. Nam cum Prophetæ dixisset Deus: *Dic fili hominis, ut os ad os, & junctura ad juncturam redeat*: tum stupendum virtutis Divinæ specimen contigit, ut, cum nondum infusæ essent animæ, sed arida duntaxat ossa superessent, non modo movendi sui vim ad Divinum illud opus haberent; sed & sapientia, intelligentiaque minime vulgari ossa illa prædita viderentur. non enim quæ vicina capiti sunt, ad pedes quadam oblivione sese conferebant; neque colli vertebræ, ad talorum commissuras oberrantes locum quærebant: sed unumquodque ossium sic, tanquam intelligentia præditum esset, agitari progredique visum est, & ad compagem adhærescere suam. Quocirca potest Deus, si lubet, animas sine corporibus excitare: qui in eo viam suam ac potentiam comprobavit, quod istud ipsum quod maxime ab hominibus desperatum esset, revivifcere ante cætera omnia voluerit per mandatum illud quod Ezechieli datum est. Neque vero dixit: Jube fili hominis, primum advenire spiritum: sed prius, quod difficilius videbatur, informandæ fidei gratia planum ac facile reddidit, hoc est, corpora ipsa conglutinavit, ac tum animas in corpora subire jussit: *Et surrexit*, inquit, *ingens turba*. Itaque cum Deus, uti demonstratum est, vitam corporis instaurare sine anima possit, corpus tamen ipsum per sese sine anima condemnari non potest. habet [1] enim justissimam defensionem, quam adversus Divinum judicium opponat. nam & ipsum pro se istud allegare potest: Ab anima illa peccatum omne profectum est: ego quid potui? nam ex quo a me hæc abscessit, num adulterium aut fornicationem furtumve commisi? num idola colui? num cæterorum criminum aliquod perpetravi? Ita ex pervicacium istorum sententia Dei judicium inane & inutile fuerit.

Ezech. 37. 7.

εἰργασάμην. καὶ εὔλογος εὑρεθήσεται ἡ αὐτῆς ἀπολογία. εὐλόγως δὲ αὐτῆς ἀπολογουμένης, τί ἐροῦμεν; ἀργεῖ ἄρα ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις; ἀλλ' ἀδίκως ἐπιφέρει τὴν ὀργὴν ὁ Θεὸς κατὰ τῶν ἀνθρώπων; μὴ γένοιτο.

Οἴδαμεν δὲ ὅτι πάντα τῷ Θεῷ δυνατὰ, καὶ δύναται καὶ σῶμα φέρειν ἄνευ ψυχῆς, καὶ τὰ ἀφανῆ γεγονότα σώματα δύναται πάλιν ἀναβιοῦν, κινεῖσθαί τε αὐτὰ ἀφ' ἑαυτῶν ἄνευ ψυχῶν, ἐὰν θέλῃ. ὡς καὶ ἤδη τὰ τοῦ ἁγιωτάτου Ἰεζεκιὴλ τὴν τοιαύτην οἰκονομίαν ἐποίησεν. ἔλεγε γὰρ τῷ ἁγίῳ Προφήτῃ· εἰπὲ υἱὲ ἀνθρώπου, ὀστοῦν πρὸς ὀστοῦν, καὶ ἁρμονίαν πρὸς ἁρμονίαν. καὶ ἦν θαυμάσαι τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, ὅτι μηδέπω τῶν ψυχῶν ἐμβληθεισῶν, ἀλλὰ ξηρῶν ὄντων ὀστέων, οὐ μόνον τοῦ κινεῖσθαι *ἔχων δύναμιν ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ πράξεως, ἀλλὰ καὶ συνέσεως τὰ ὀστᾶ ἐνεπλήσθη καὶ γνώσεως οὐ τῆς τυχούσης· οὐ γὰρ τὰ πρὸς τοὺς πόδας ὀστέα, ἐγγὺς τῆς κεφαλῆς κατὰ λήθην ἐβάδιζεν· οὐδὲ οἱ τοῦ τραχήλου σπόνδυλοι, περὶ τὰς τῶν ἀστραγάλων ἁρμονίας πλανώμενοι τὸν τόπον ἐζήτουν· ἀλλ' ἕκαστον τῶν ὀστέων καὶ ἐκινήθη καὶ ἐβάδιζε κατὰ σύνεσιν, καὶ τῇ αὐτοῦ ἁρμονίᾳ προσετίθετο. εἰ γοῦν θέλει ὁ Θεὸς, δύναται καὶ σώματα ἄνευ ψυχῆς ἐγεῖραι. ἐν τούτῳ γὰρ τὸ δυνατὸν αὐτοῦ ἔδειξεν, ἐν τῷ τὸ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀπηλπισμένον, ἐκεῖνο πρῶτον ἀναβιοῦν, διὰ τὸ τῷ Ἰεζεκιὴλ προστεταχέναι. καὶ οὐκ εἶπεν· εἰπὲ υἱὲ ἀνθρώπου πρῶτον ἐλθεῖν τὸ πνεῦμα· ἀλλὰ μετὰ τὸ *ἐξαμαρῦσαι τὸ δυσχερὲς διὰ τὴν πίστιν, φημὶ δὲ τὸ τὰ σώματα συναφθῆναι, τότε προσέταξε τὰς ψυχὰς εἰσελθεῖν εἰς αὐτὰ τὰ σώματα· καὶ ἀνέστη, φησὶ, πολλὴ συναγωγή. δύνασθαι τοίνυν τὸν Θεὸν ποιῆσαι ἔφην καὶ σῶμα δίχα ψυχῆς ἀναβιοῦν, καθὰ προδέδεικται· ἀλλ' οὐ δύναται κριθῆναι ἑαυτὸ τὸ σῶμα. [1] ἔχει γὰρ δικαίαν ἀπολογίαν πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν. φάσκει γὰρ καὶ αὐτὸ λέγον· ἐκ τῆς ψυχῆς ἐκείνης ἦν ἡ ἁμαρτία, οὐκ ἤμην αἴτιον ἐγώ. ἐξότου γὰρ ἐκείνη ἀπ' ἐμοῦ ἀπέστη, μὴ ἐμοίχευσα; μὴ ἐπόρνευσα; μὴ κέκλοφα; μὴ εἰδωλολάτρευσα; μή τι τῶν τοιούτων ἀμπλακημάτων εἰργασάμην; καὶ ἔσται κατὰ τὸν τῶν φιλονείκων λόγον ἄπρακτος ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις. διὰ τοῦτο ὡς ἦν τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυ-

* Fort. ἔχει.

* Reg. ἐξερευνῆσαι.

1. ἔχει γὰρ δικαίαν ἀπολογίαν; De eodem hoc argumento vide numerum LXXII. Haereseos LXIV. in Panario.

fuerit. Quocirca uti corpus & anima in unum conjuncta unum hominem conflarunt a Deo productum: sic justus ille judex corpus excitat, ac suam illi animam infundit. Atque hoc pacto justum est Dei judicium; cum ambæ partes sive constituti peccato supplicii, sive pietati virtutique ac sanctis omnibus promissæ gloriæ communione jungantur.

LXXXIX. Hæc nos ad veritatem spei nostræ comprobandam sufficere rati, e multis pauca proposuimus. Nunc adversus illos [1], qui aliud quoddam corpus ab eo quod cecidit, excitari putant, ad susceptum disputandi laborem nonnihil adiiciemus: ut eos qui intelligere ista voluerint, & salutem retinere studuerint, adiuvemus. Neque vero tenuissimis nobis ac nullius pretii hominibus detrectandus labor est: si modo ea in omnes utilitas derivetur ut ne carnis nostræ resurrectionem abnegent; in qua thesaurus omnis & sanæ mentis firmamentum, ac boni omnis officii spes est: *Habentes thesaurum hunc in fictilibus corporibus &c.* Quippe nos imbecilles licet continentiam ac castitatem colimus, & in pauperes benefici esse studemus quamvis infirmi ac debiles, ut iis rebus quas speramus, in mortuorum illa resurrectione perfruamur. Ita qui labores suscipit, fidei spei ac Divinæ charitatis testimonio fundatur, & pro Dei nomine in persecutionum cruciatibus & atrocissimis suppliciis inter eos perseverat, qui carnis nostræ resurrectionem non negant, sed idem illud quod modo proseminatur in terra, resurrecturum esse credunt. Duas enim perspicuas ac certissimas authoritates sacræ nobis literæ suppeditant, quibus resurrectionis nostræ spem cognoscere possumus: ne inanium hominum fabulis abducamur, qui & ipsi falsi sunt, & [2] humano generi suis scriptis falsitatis auctores exstiterunt. Quare ne pluribus testimoniis ad id utar, quoniam non pauca sunt in novo ac vetere testamento, quibus spes nostra ac resurrectionis fides nititur, paucis ista complectar [3].

Resurrectionis vis ad excitandos homines.

2.Cor.4.7.

XC. Si

1. πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας. Origenem, ejusque sectatores intelligit, qui statuebant homines in resurrectione corpora habituros esse ab iis, quibus in vita mortali utuntur, diversa, & orbiculatæ nescio cujus figuræ.

2. ἐν τῷ βίῳ. Vocem βίος pro hominum universitate recte interpretati sunt Petavius atque Thomasius; id enim postulat loci indoles græci sermonis genio minime repugnante. Epiphanius mihi Origenem perstringere videtur, illiusque scripta, quæ tanta memorantur, ut non defuerint qui sex millia numeraverint volumina: De Origene vide Vincentium Lirinensem in Commonitorio supra ad pag 139. & sequent. Partis 1.

3. Si ad rationes & argumenta respicimus, qui-

χὴ σύνθετος εἷς ἄνθρωπος ἐκ Θεοῦ γενόμενος, αὖθις ὁ δίκαιος κριτὴς τὸ σῶμα ἐγείρῃ, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτῷ ἐν αὐτῷ δίδωσι. καὶ οὕτως δικαία γενήσεται ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις, ἀμφοτέρων κοινωνούντων, ἢ τῆς δι' ἁμαρτίας τιμωρίας, ἢ τῆς δι' ἀρετὴν θεοσεβείας, καὶ τῆς μελλούσης ἀποδίδοσθαι τοῖς ἁγίοις μισθαποδοσίας.

Ταῦτα δὲ εἰς παράστασιν τῆς ἀληθείας τῆς ἡμετέρας ἐλπίδος ἱκανῶς ἔχειν νομίζοντες, ὀλίγα ἀντὶ πολλῶν παρεθέμεθα. διὰ δὲ [1] τοὺς λέγοντας ἕτερον σῶμα ἀντὶ τοῦ πίπτοντος ἐγείρεσθαι, πάλιν τῷ καμάτῳ προσιθέμεθα, ὠφελῆσαι τοὺς βουλομένους σωθῆναι, καὶ τὴν αὐτὴν ζωὴν ἀπολέσαι μὴ πειρωμένους βουλόμενοι. γένοιτο γὰρ κάμνειν ἡμᾶς τοὺς ἐλαχίστους καὶ οὐδαμινούς, καὶ πάντας ὠφελεῖσθαι, καὶ μὴ ἀρνεῖσθαι ἀνάστασιν τῆς ἡμετέρας σαρκὸς, ἐν ᾗπερ πᾶς ὁ θησαυρὸς καὶ κρηπὶς παντὸς σώφρονος λογισμοῦ, καὶ πάσης ἀγαθοεργίας ἐλπὶς διάκειται, κατὰ τὸ εἰρημένον· ἔχοντες τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σώμασι, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐγκρατευόμεθα γὰρ οἱ ἀσθενεῖς, ἁγνευόμενοι, ἐλεημοσύνας ἐπιποθοῦμεν ποιεῖν οἱ ἀδύνατοι, διὰ τὴν τῶν ἐλπιζομένων ἀπόλαυσιν τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως. καὶ οὕτως ὁ κάμνων τεθεμελίωται πίστεως καὶ ἐλπίδος, Θεοῦ ἀγάπης μαρτυρίῳ, καὶ ὑπὲρ ὀνόματος Θεοῦ ἐν διωγμοῖς βασάνων καὶ ἄλλων ἀπανθρώπων κολάσεων, ἐν τοῖς μὴ ἀρνουμένοις ἀνάστασιν τῆς ἡμετέρας σαρκὸς, ἀλλὰ πιστεύουσιν ὅτι αὐτὸ τὸ σπειρόμενον ἐν τῇ γῇ * ἐξεγερθήσεται. δύο γὰρ σαφεῖς καὶ ἀληθεῖς μαρτυρίας ἔδωκαν ἡμῖν αἱ θεῖαι γραφαὶ, δι' ὧν δυνάμεθα τὴν τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως ἐλπίδα γνῶναι, καὶ μὴ σφαλῆναι μύθοις καινοδόξων ἀνθρώπων, ἀπατηθέντων, [2] καὶ τῷ βίῳ ἀπάτην γραψάντων. ἵν' οὖν μὴ πολλαῖς μαρτυρίαις χρήσωμαι· οὐ γάρ εἰσιν ὀλίγαι ἐν καινῇ τε καὶ παλαιᾷ περὶ τῆς ἡμετέρας ἐλπίδος καὶ ἀναστάσεως, συντόμως ἐρῶ ταῦτα [3].

* For. ἐξεγερθήσεται.

quibus s. Epiphanius pro resurrectione carnis agit adversus haereticos, patet rem suam principio exemplis quibusdam a rebus naturae desumptis ipsum exornavisse: deinde moribus, religiosisque institutis hominum illam confirmare suscepisse. Quod sane argumenti genus satis validum reputetur necesse est; declarat enim quandam omnium gentium veluti consensionem, intimumque sensum resurrectionem corporum ostendentem. Simili vi & ratione Deum existere cum Cicerone, Tertulliano, aliisque veteribus philosophis demonstrare solemus. Tertio progreditur Epiphanius ad eum argumentationis locum, cui rationis theologicae nomen juxta morem in scholis receptum, facere possumus. Qui sane locus, ut in praesentia ab Epiphanio adhibetur, licet ineluctabilem habere vim non videatur; elumbem, infirmumque omnino reputare tamen illum non debemus. Se convertit demum ad divinarum Scripturarum documenta, quae ad adstruendam rem eamdem adhibuit uberius deinde in Panario ad Haereses LXIV, & LXVII. Ea documenta, si illis, ut par est, utatur theologus, firmissimam prae omnibus aliis argumentis sufficiunt ad evincendum rationem; sacrae quaevis religionis capita illis roborentur: roborentur & illud de corporum resurrectione.

XC. Si aliud esset quod resurgit corpus, ut nonnullis placet, nunquam istud affirmaret Apostolus: *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem*. De sanctorum vero gloria quemadmodum splendidiores fieri, ac post resurrectionem in gloria commutari debent, quemadmodum dicit; *resurget in gloria*; quandoquidem in ea spe confirmari nos oportet, scriptura sic loquitur: *Stulte tu quod seminas non vivificit, nisi mortuum sit: & non idem quod generandum est corpus seminas, sed, si forte, tritici granum, vel alterius seminis*; [1] *Deus vero dat illi corpus prout vult*. Hoc ipsum ad eorum repræsentandam gloriam qui cum illo splendore ac luce resurrecturi sunt, injecit. Atque ut granum per seipsum ad eam gloriam pervenire monstraret, in Euangelio dixit idem qui & in Paulo de resurrectione disseruit: *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit; solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert*. Ergo & Apostolus granum nominavit, & idem granum corporis Salvator per seipsum ostendit. Quid igitur dicere possumus? Nonne proprium ipsum ejus corpus, hoc est, idem granum surrexit? an aliud est quod ex ipso post triduum e sepulchro surrexit? ut Angeli testantur: *Surrexit non est hic*: aut id quod Mariæ dicit: *Noli me tangere*: *nondum enim ascendi ad Patrem meum*: aut cum *manus suas ac latus* Thomæ cum his verbis demonstrat: *Noli esse incredulus*. Sed aut infidelium est penitus illum resurrexisse negare: aut eorum qui depravatam fidem habent, asserere non idem quod mortuum est resurrexisse corpus: Fidelium demum est affirmare, idem esse corpus excitatum. Porro cum eodem nobiscum corpore excitari voluit, ut spem nobis veritatis tribueret.

1. Cor. 15. 53. Quod idem corpus quod mortuum est, resurgat. Ibid. Joan. 12. 24. Mar. 16. 6. Jo. 20. 17.

XCI. Ad eundem [2] quippe finem clavorum cicatrices reliquit, nec illas abolere voluit neque lanceæ vestigium, tametsi januis clausis esset ingressus. Etenim quod in eo carnale corpus erat, spiritale surrexit: sed non aliud tamen præter id quo præditus erat, quod cum Divinitate conjunctum in spiritalem quandam subtilitatem transiit. Nisi enim spiritalis illa subtilitas fuisset, quodnam terræ formen tantillum corpus excepisset? Sed declarare istud voluit: *Corruptibile nostrum hoc corpus induere incorruptionem*: quod etsi mortale sit, immortalitate vestitur. Idcirco foribus occlusis ingreditur, ut quod crassum ac concretum est, tenue ac subtile; quod mortale est,

Cur cicatrices in corpore Christus retinuerit. 1. Cor. 15. 51.

ΕΙ ἄλλο ἦν τὸ ἐγειρόμενον, καθάπερ τινὲς φάσκουσιν, οὐκ ἂν ὁ Ἀπόστολος διεβεβαιοῦτο, λέγων· δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ περὶ δόξης τῶν ἁγίων, ὡς μέλλουσι φαιδρύνεσθαι, καὶ ἀλλοιοῦσθαι ἐν δόξῃ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, καθάπερ λέγει· ἐγείρεται ἐν δόξῃ, *ἑδραιωθῆναι ἡμᾶς ἐν τῇ ἐλπίδι· φησὶν ἡ ἁγία γραφή· ἄφρων, σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωογονεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· καὶ οὐκ αὐτὸ τὸ γενησόμενον σῶμα σπείρεις, ἀλλ', εἰ τύχῃ, κόκκον σίτου ἢ τῶν ἄλλων σπερμάτων· [1] καὶ ὁ Θεὸς δίδωσιν *αὐτὸ τὸ σῶμα ὡς ἠθέλησε. τοῦτο εἰς δόξαν τῶν ἐγειρομένων ἐν φαιδρότητι εἶπεν. ἵνα δὲ δείξῃ τὸν κόκκον προσλαμβάνοντα τὴν δόξαν δι' ἑαυτοῦ, εἶπεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ὁ καὶ ἐν Παύλῳ λαλήσας περὶ ἀναστάσεως· ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, φησὶ, μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. ἄρα γοῦν ὁ Ἀπόστολος κόκκον ἔφησε, καὶ ὁ Σωτὴρ τὸν αὐτὸν κόκκον τοῦ σώματος δι' αὐτοῦ ἀπέδειξε. τί οὖν ἐροῦμεν; οὐκ αὐτὸ τὸ σπαρὲν ἴδιον αὐτοῦ σῶμα, τουτέστιν ὁ κόκκος, ἀνέστη; ἢ ἕτερον ἦν τὸ ἐξ αὐτοῦ μετὰ τριήμερον ἀναστὰν ἐκ τοῦ μνημείου; ὡς οἱ Ἄγγελοι λέγουσιν· ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε. καὶ ὥς φησι τῇ Μαρίᾳ· μή μου ἅπτου· οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν Πατέρα μου. καὶ ὡς δείκνυσι τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν τῷ Θωμᾷ, λέγων· μὴ γίνου ἄπιστος. ἀλλ' ἀπίστων ἐστὶ τὸ εἰπεῖν ὅλως, οὐκ ἀνέστη· ἢ καὶ κακοπίστων ἐστὶ τὸ εἰπεῖν, οὐκ αὐτὸ τὸ κοιμηθὲν ἀνέστη· πιστῶν δὲ ἐστὶ τὸ εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸ τὸ σῶμα ἀνέστη. καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ *σώματος ἠγείρετο ὑμῖν, ἵνα εἰς ἐλπίδα ἀληθείας καταστῇ.

*Deest verbum aliquod.

*For. αὐτῷ.

*For. χώματος.

Εἰς τοῦτο [2] γὰρ καὶ τοὺς τύπους εἴασε τῶν ἥλων, μὴ ἀπαλείψας αὐτοὺς, μηδὲ τὸν τύπον τῆς λόγχης, καί τοί γε εἰσελθὼν θυρῶν κεκλεισμένων. τὸ γὰρ σαρκικὸν αὐτοῦ πνευματικὸν ἀνέστη, ἀλλ' οὐκ ἄλλο παρὰ τὸ ὂν, εἰς θεότητα συνενωθὲν, εἰς λεπτότητα πνεύματος κοσμηθέν. εἰ *μὲν γὰρ ἦν λεπτότης πνεύματος, ποία γῆς ὀπὴ ἐδέχετο σῶμα μικρόν; ἀλλ' ἵνα δείξῃ ὅτι αὐτὸ τὸ φθαρτὸν ἡμῶν ἐνδύεται ἀφθαρσίαν. εἰ γὰρ καὶ θνητόν ἐστιν, ἀθανασίαν ἐνδύεται. εἰσῆλθε μὲν θυρῶν κεκλεισμένων, ἵνα δείξῃ τὸ παχυμερὲς λεπτομερὲς, καὶ τὸ θνητὸν ἀθάνατον, καὶ τὸ φθαρτὸν ἄφθαρτον· ἵνα δὲ πάντας ἐλέγξῃ τοὺς ἀπιστοῦντας εἰς τὴν ἡμῶν σωτη-

*For. μὴ γάρ.

1. In Epistola prima ad Corinthios cap. xv, 38. legimus, ὁ δὲ Θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα &c. Unde dictionis vitium ab hoc Epiphanii loco possumus amovere.

2. Quæ hoc & sequenti numero Ancoratus legantur, vide iisdem fere, vel similibus verbis exposita & in Panario sub numeris LXIV. & LXV. Origenianæ Hæreseos.

est, immortale; quod corruptioni obnoxium est, incorruptum monstraret. Verum ut omnes qui saluti nostræ, hoc est, resurrectioni diffidunt, idem ille qui corpus in subtilitatem converterat, & resurrectionem temperarat in spiritum, clavorum cicatrices aut lanceæ non sustulit: sed idem esse docuit, quod in cruce passum postea resurrexit: neque vero aliud ex ipso coortum; verum hoc ipsum, quod perpessum erat, perpessionis expers esse factum; & idem quod ceciderat, sed incorruptum resurrexisse granum. Ac ne forte partem duntaxat illius excitatam esse credamus, licet totum ipsum corruptionem non viderit, totum nihilominus resurrexit: scriptum enim est; *Surrexit: non est hic*. Vere ergo surrexit: neque falsæ sunt Scripturæ, quibus salus nostra continetur. Sed ne hæreticis occasionis præberetur aliquid, ossa atque carnem Thomæ ac cæteris discipulis ostendens: *Videte me*, inquit, *quoniam ego sum: spiritus enim ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere*.

Christus januis clausis ingressus: — *Luc. 24. 39.*

XCII. Quod si quis calumniari velit & obiiciat, Salvatoris nostri corpus eximiæ cujusdam fuisse conditionis, quod solum e Maria sine virili satu susceptum fuerit; numquam illud affirmare vel demonstrare poterit. Sed fortasse quispiam cavillari aliter studens, solum Christi corpus totum resurrexisse dicet; nostrum vero non idem, sed aliud ejus loco resurgere. Verum quomodo hæc intelligi poterunt: *Surrexit Christus primitiæ dormientium*? Illud ergo corpus eorum qui resurgunt, *primitias* esse confiteri debemus. Jam vero quomodo *primitiæ dormientium* Christus fuerit, discant, si placet; nec se aliis erroribus implicent, aut cæteras Scripturæ partes mendaces arbitrentur. Ante se enim Lazarum excitavit, & viduæ quæ apud Nain erat, filium. Helias item mortuum revocavit ad vitam: duos Elisæus, alterum nondum humi mandatum, alterum jam sepultum. Sed illi a mortuis excitati mortem rursus obierunt, & alteram ac communem omnium resurrectionem exspectant: Christus vero *primitiæ dormientium* dicitur, quod [1] *ubi resurrexit non amplius moriatur, nec ei mors ultra dominetur*. Mortuus quippe semel est: & ob nostras passiones passionem iste nostra causa sustinuit. Mortem semel degustavit, *mortem autem crucis*: ac pro nobis ultro morti sese Verbum illud objecit, ut morte sua mortem interficeret. *Verbum caro factum*,

1. Cor. 15. 20. — *Cur primitiæ mortuorum Christus dicitur.* — *Rom. 6. 9.* — *Joan. 1.*

σωτηρίας, φημὶ δὲ τὴν ἀνάστασιν, ὁ εἰς λεπτότητα μεταβάλλων τὸ σῶμα, καὶ εἰς πνεῦμα συγκεράσας τὴν ἀνάστασιν, οὐκ ἀπήλειψε τὰς οὐλὰς τῶν ἥλων, οὐδὲ τὸν τύπον τῆς λόγχης· ἀλλ' ἔδειξεν αὐτὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πεπονθὸς, ὅτι οὐκ ἄλλο ἦν τὸ ἀναστὰν, οὐδὲ ἀπ' αὐτοῦ ἕτερον φυὲν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πεπονθὸς ἀπαθὲς, καὶ αὐτὸς ὁ πεσὼν νεκρὸς ἀναστὰς, ἀναστὰς δὲ ἄφθαρτος. καὶ ἵνα πάλιν μὴ νομίσωμεν μέρος τι ἐγηγέρθαι ἐξ αὐτοῦ, αὐτὸ μὲν ὅλον οὐκ εἶδε διαφθοράν, ἀλλ' αὐτὸ ὅλον ἀνέστη· λέγει γὰρ, ἀνέστη, οὐκ ἔστιν ὧδε· ἀληθινῶς ἀνέστη· καὶ οὐ σφάλλονται αἱ γραφαὶ, οὖσαι ἡμετέρα ζωή. καὶ ἵνα μὴ εὕρωσιν οἱ ἠπατημένοι πρόφασιν, ὀστέα καὶ σάρκα ἔδειξε τῷ Θωμᾷ, καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἔλεγεν· ἴδετέ με ὅτι ἐγώ εἰμι· πνεῦμα γὰρ ὀστέα καὶ σάρκα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.

Ἐὰν δέ τις σοφιζόμενος εἴπῃ, ἀλλὰ τὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν σῶμα ἐξαίρετον ἦν, διὰ τὸ μόνον συνειλῆφθαι ἀπὸ Μαρίας καὶ χωρὶς σπέρματος ἀνδρός. ἀλλ' οὐδεὶς ἔχει τοῦτο εἰπεῖν, οὐδὲ ἀποδεῖξαι. ἐὰν δέ τις πάλιν σοφιζόμενος εἴπῃ· τὸ τοῦ Χριστοῦ μόνον ὅλον ἀνέστη, τὸ δὲ ἡμῶν οὐκ αὐτὸ ἐγείρεται, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον. πῶς οὖν λέγει· ἀνέστη Χριστὸς ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων; * ἔνεστι δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα ἀπαρχὴ τῶν ἐγειρομένων. πῶς δὲ ἀπαρχὴ γέγονε Χριστὸς τῶν κεκοιμημένων, μαθέτωσαν, καὶ μὴ πάλιν εἰς ἄλλην πλάνην ἐκπατῶσι, καὶ νομίσωσι τὰς ἄλλας γραφὰς ψεύδεσθαι. πρὸ αὐτοῦ γὰρ ἤγειρε τὸν Λάζαρον, καὶ τὸν υἱὸν τῆς χήρας τῆς ἐν τῇ Ναΐμ. καὶ Ἠλίας ἤγειρε νεκρόν· ἀλλὰ καὶ Ἐλισσαῖος δύο ἤγειρε νεκροὺς, ἕνα μὲν ἔτι περιόντα, ἕνα δὲ ταφέντα. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀναστάντες πάλιν τεθνήκασι, προσδοκῶσι δὲ τὴν μίαν καὶ καθολικὴν ἀνάστασιν. ὁ δὲ Χριστὸς ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων, [1] ὅτι ἀναστὰς οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἅπαξ γὰρ ἀπέθανεν ὑπὲρ ἡμῶν, ὑπομείνας τὸ πάθος διὰ τὰ ἡμέτερα πάθη. ἅπαξ ἐγεύσατο θανάτου, θανάτου δὲ σταυρικοῦ, ἑκὼν δι' ἡμᾶς ὁ Λόγος ἐλθὼν εἰς θάνατον, ἵνα θανάτῳ θάνατον θανατώσῃ, ὁ Λόγος σὰρξ γενόμενος, οὐ πάσχων ἐν

* For. ἔν ἔτι.

1. ὅτι ἀναστὰς οὐκέτι ἀποθνήσκει. Hisce verbis subjungit illico Epiphanius num. xxv. memoratæ nuper hæreseos xxiv, quod Christus Dominus morti non amplius obnoxius resurrexerit, futuræ nostræ resurrectionis rationem esse, dotem, atque prærogativam singularem; quam vitæ & humanitatis ipsiusmet Christi Domini beneficio acceptam referre debemus. Omne id quæ denotent verba memorato mox in Epiphanii loco sunt, ὅτι ἡ μία αὕτη ἀνάστασις γίνεται διὰ τῆς αὐτοῦ ζωῆς καὶ φιλανθρωπίας.

ctum, non in Divinitate, ſed humana cum natura patiens, & ſic illi eſt attributa perpeſſio, ut in immortalitate ipſe perſiſteret. Nam ipſe de ſe loquens: *Ego ſum*, inquit, *vita*. Neque in carne ſpes noſtra conſiſtit: *Maledictus enim eſt qui confidit in homine. erit enim tanquam in ſilveſtri myrica.*

Jo. 11. 25. Jer. 17. 6.

XCIII. Quid igitur dicendum eſt? an e ſuperioribus Chriſtum hominem eſſe colligemus? Nemini obſcurum eſſe puto, quin ſine ulla dubitatione fateamur, Dominum ac Deum Verbum, hominem eſſe non ſpecie ſed veritate conſtantem. Verum non ejuſmodi homo eſſe credendus eſt, qui ad divinitatem quadam progreſſione pervenerit. Non enim in homine ſpes eſt ſalutis noſtræ conſtituta. Siquidem ex univerſis hominibus qui ab Adamo propagati ſunt, ſalutem nobis afferre nemo potuit; ſed Deus duntaxat & *Verbum homo factum*, ut ne ſpes in homine noſtra ſit, ſed in Deo vivo poſita, qui verus homo ſit factus. *Omnis enim Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur*, ut ſcriptum eſt. Hinc e noſtra carne carnem ſuam Dominus aſſumpſit, atque homo noſtri ſimilis eſſe DEUS ac Verbum voluit; ut paſſionem paſſione diſſolveret, ac ſua morte mortem extingueret. Sed Divinitati ipſimet eſt attributa paſſio, quanquam ab omni immunis eſt paſſione Divinitas: quia ita ſancto & ab omni paſſione remotiſſimo Deo Verbo venienti placuit. Cæterum ejuſmodi eſt illud, uti ſi quis veſte ſit indutus, quæ adſperſa ſanguinis ſtilla ſit infecta, ita ut ad ipſum corpus illius minime pervenerit; tum enim ſanguinis illa macula ei qui indutus eſt, imputari ſolet. Sic [1] in carne paſſus eſt Chriſtus, hoc eſt, homine Dominico, quem DEI Verbum cœlitus allapſum ipſum ſibi formavit. Cui quidem Petrus his verbis adſtipulatur: *Mortificatus autem ſpiritu*. item: *Chriſto igitur paſſo pro nobis carne, & vos cogitatione eadem armemini*. Ad eum itaque modum ſanguinis macula illa quæ veſtibus adhæreſcit, ei qui indutus eſt adſcribitur. Et vero carnis ipſa perpeſſio divinitati tributa eſt, licet ipſa nihil paſſa ſit; ut ne in homine Mundus ſpem ac fiduciam collocet, ſed in Homine Dominico: cum videlicet Divinitas ipſa imputari ſibi paſſionem voluerit, ut paſſionis expers illa Divinitatis conditio totius mundi ſalus fieret; atque ut inflicta carni perpeſſio, Divinitati quæ nihil interim patiebatur, nihilominus tribueretur: in quo & quod ſcriptum eſt

Hebr. 5. 1.

Quomodo quæ homini conveniunt, Divino Verbo tribuuntur.

1. Pet. 3. 18. 1. Pet. 4. 1.

ἐν τῇ θεότητι, συμπάσχων δὲ μετὰ τῆς ἀνθρωπότητος, * πάθος αὐτῷ λογιζόμενον, αὐτοῦ δὲ μένοντος ἐν ἀθανασίᾳ· αὐτὸς γὰρ εἶπεν, ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. οὐκ ἔτι διὰ σαρκὸς ἡμῖν ἡ ἐλπίς· ἐπικατάρατος γάρ, φησίν, ὁ ἐλπίζων ἐπ' ἄνθρωπον. καὶ ἔσται ὡς ἐν ἀγριομυρίκη. (* For. πάθος, & λογιζόμενον vel λογιζόμενος.)

Τί οὖν ἐροῦμεν; οὐκ ἄνθρωπος ὁ * Χριστὸς ἐκ τῶν προλελεγμένων; παντί τῳ δῆλόν ἐστιν, ὅτι ἀναμφιβόλως ὁμολογοῦμεν τὸν Κύριον Λόγον ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, οὐ δοκήσει ἀλλ' ἀληθείᾳ. ἀλλ' οὐκ ἄνθρωπος ἐλθὼν ἐν προκοπῇ θεότητος. οὐδὲ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπῳ ἡμῶν ἡ ἐλπὶς τῆς σωτηρίας. οὐδεὶς γὰρ πάντων τῶν ἀπὸ Ἀδὰμ ἀνθρώπων ἠδυνήθη ἐργάσασθαι τὴν σωτηρίαν· ἀλλὰ Θεὸς Λόγος ἄνθρωπος γεγονώς, ἵνα μὴ ἡ ἐλπὶς ᾖ ἐπ' ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐπὶ Θεὸν ζῶντα, καὶ ἀληθινὸν γενόμενον ἄνθρωπον· πᾶς γὰρ ἱερεὺς ἀπὸ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ὅθεν ἀπὸ τῆς ἡμῶν σαρκὸς ἀνέλαβεν ὁ Κύριος ἐλθὼν τὴν σάρκα, καὶ ἄνθρωπος γέγονεν, ἡμῖν ὅμοιος ὁ Θεὸς Λόγος· ἵνα ἐν τῇ θεότητι δῷη ἡμῖν τὴν σωτηρίαν, καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀνθρωπότητι πάθῃ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἀνθρώπων, πάθος διὰ τοῦ πάθος λύσας, καὶ θάνατον διὰ θανάτου τοῦ ἰδίου θανατώσας. ἐλογίσθη δὲ τὸ πάθος εἰς τὴν θεότητα, καίτοι γε τῆς θεότητος ἀπαθοῦς οὔσης· ὅτι οὕτως εὐδόκησεν ἐλθὼν ὁ ἅγιος καὶ ἀπαθὴς Θεὸς Λόγος. ἔστι δὲ τὸ ὑπόδειγμα τοιόνδε τι, ὡς ἐάν τις ἱμάτιον ἐνδεδυμένος, ἐν δὲ τῷ ἱματίῳ αἷμα ῥαντισθὲν μολύνῃ τὸ ἱμάτιον, τὸ δὲ σῶμα οὐκ ἔφθασε τοῦ ἐνδεδυμένου, λογίζεται δὲ ὁ σπῖλος ὁ ἐκ τοῦ αἵματος τῷ ἐνδεδυμένῳ τὸ ἱμάτιον. οὕτως ἐν τῇ σαρκὶ πέπονθεν ὁ Χριστός, ἐν αὐτῷ φημὶ τῷ κυριακῷ ἀνθρώπῳ, ὃν αὐτὸς ἀνεπλάσατο ἐλθὼν ἀπ' οὐρανῶν ὁ ἅγιος Θεὸς Λόγος. ὥς φησιν ὁ ἅγιος Πέτρος. θανατωθεὶς σαρκί, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι. καὶ πάλιν· Χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί, καὶ ἡμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε. [1] οὕτως τὸ αἷμα ἐν ἱματίῳ * λογίζεσθε τῷ φοροῦντι· ἐλογίσθη αὐτῷ τὸ πάθος τῆς σαρκὸς εἰς θεότητα, μηδὲν αὐτῆς παθούσης, ἵνα μὴ εἰς ἄνθρωπον ἔχῃ ὁ κόσμος τὴν ἐλπίδα, ἀλλ' ἐν τῷ κυριακῷ ἀνθρώπῳ, τῆς θεότητος ἀναδεχομένης λογισθῆναι εἰς αὐτὴν τὸ πάθος· ἵνα γένηται ὑπὲρ κόσμου ἡ ἀπὸ θεότητος ἀπάθεια σωτηρία· ἵνα τὸ ἐν σαρκὶ γενόμενον πάθος εἰς τὴν θεότητα λογισθῇ, καίτοι γε μηδὲν παθούσης αὐτῆς· ἵνα πληρωθῇ

(* For. Χριστὸς ἐν τῷ προλελεγμένῳ παντί.) (* For. λογίζεται.)

1. οὕτως τὸ αἷμα ἐν τῷ ἱματίῳ. *Ad eum modum quo sanguinis macula vestimento adhaerens*. Cruce, & cum discrimine locus est accipiendus. Non enim ad eum omnino modum Dei Filium in carne passum dicimus, quo vestis macula imputatur ei, qui veste induitur. Intercedit unio hypostatica, qua duae naturae, divina videlicet, & humana in unam subsistunt personam. Non igitur prorsus *ad eum modum*, sed aliqua ratione, aliquo modo *ad eum modum*. Ab humanis rebus derivatae similitudines, quae divina sunt repraesentare adaequate non valent; humana a divinis immensum distant.

1. Pet. 2. 8. est impleretur: *Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent &c.*

XCIV. Crucifixus est ergo, crucifixus est, inquam, Dominus: & nos crucifixum adoramus ac sepultum, resurgentemque tertia die, & in cœlos ascendentem: *O altitudo divitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei!* ut scriptum est. *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus*, tamquam e mari stillam divinæ scientiæ ac cognitionis haurientes, atque ejusmodi providentiæ & administrationis exemplum aliquod assecuti, ac denique spei nostræ fiduciæque gratiam: cum [1] ex grata in nos voluntate ac consensione Patris, & voluntate Filii ac Spiritus sancti, totum hoc negotium ab uno eodemque Deo sit administratum. Cæterum cum in omnibus Scripturæ locis sparsim illius de resurrectione dogmatis [2] injecta sit mentio, nihilominus summa rei ac perfectio ad subsistentis Verbi reservabatur adventum. *Complementum quippe legis Christus est*, ut Scriptura testatur. Quis enim locus in sacris literis est, in quo resurrectionis non meminerint? Primum Abelis sanguinis illam prædicat: nam *post mortem adhuc loquitur*, ut refert scriptura. *Enoch translatus est, & non inveniebatur*, neque mortem vidit, quoniam *placuit Deo*. Noë Dei mandato fabricavit arcam, eamque velut regenerationem familiæ suæ molitus est. Abraamus ætate confectus filium emortuo jam corpore suscipit, ac Deus spem e mortuis largitus est, præsertim cum Saræ emortuus esset uterus: ac quod inveteraverat & propemodum erat extinctum, hoc est, profluvium illud muliebre jamdudum exsiccatum rursum instauratur, & ad semen emittendum vires accepit: anus denique puellæ more parturit. Et Isaac velut a morte revocatus ad vitam oblatus est patri: quippe Deus ex mortuorum resurrectione vivum parenti repræsentans filium, spem resurrectionis ostendit. Idem & Josephus suo facto comprobavit, cum ossium suorum spem & exspectationem negligendam non putavit: quibus non tanquam perituris, sed ut olim vitæ restituendis curam adhibuit; atque ut ex Ægypto deportarentur etiam atque etiam præcepit, his verbis suos allocutus: *Exportate*, inquit, *ossa mea vobiscum: visitando enim visitabit vos Dominus*. Atqui si nulla esset futura resurrectio, quorsum tam diligens ossium cura; ut de perituris ossibus justi homines tam accurate vehementerque mandarent?

Marginal notes: Ro. 11. 33. — 1. Cor. 13. 9. — Rom. 10. 4. — *Resurrectio ex sacris literis comprobatur.* — Hebr. 11. 4. — Gen. 5. 24. — Gene. 4. — Hebr. 11. 5. — Gen. 6. — Gen. 17. — Gen. 22. — Hebr. 11. 19. — Exo. 13. 19.

ρωθῇ ἡ λέγουσα γραφή· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐσταυρώθη οὖν, ἐσταυρώθη ὁ Κύριος, καὶ προσκυνοῦμεν τὸν ἐσταυρωμένον, τὸν ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελθόντα. ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἐκ μέρους γὰρ γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν, ὡς ῥανίδα ἀπὸ πελάγους ἀρυόμενοι τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, καὶ καταλαμβάνοντες τῆς τοιαύτης οἰκονομίας ὑπόδειγμα, τῆς ἡμῶν ἐλπίδος τὴν χάριν, [1] εὐδοκίᾳ Πατρὸς, θελήσει Υἱοῦ σὺν θελήσει ἁγίου Πνεύματος, τῆς αὐτοῦ Θεοῦ οἰκονομίας. εἶχον δὲ πᾶσαι αἱ γραφαὶ σποράδην τὸ [2] κήρυγμα τῆς ἀναστάσεως· ἐπρέπετο δὲ τὸ τέλειον τῇ αὐτοῦ τοῦ ἐνυποστάτου Λόγου παρουσίᾳ· πλήρωμα γὰρ νόμου Χριστὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον. πῶς γὰρ οὐκ ἔλεγε τὸ θεῖον γράμμα περὶ ἀναστάσεως; πρῶτον τὸ τοῦ Ἀβελ αἷμα κηρύττει, μετὰ γὰρ τὸ ἀποθανεῖν, ἔτι λαλεῖ, φησὶν ἡ γραφή. Ἐνὼχ μετετέθη, καὶ οὐχ ηὑρίσκετο, καὶ οὐκ εἶδε θάνατον· εὐηρέστησε γὰρ τῷ Θεῷ. Νῶε κιβωτὸν κατεσκεύασεν ἐκ Θεοῦ προστάγματος· * ἑαυτῷ παλιγγενεσίας τῷ οἰκείῳ ἐργαζόμενος οἴκῳ. Ἀβραὰμ γηραλέος λαμβάνει παῖδα, νενεκρωμένου ἤδη τοῦ σώματος. καὶ ἐκ νεκρῶν ὁ Θεὸς τὴν ἐλπίδα κεχάρισται, νεκρωθείσης μάλιστα τῆς μήτρας Σάῤῥας· καὶ τὸ πεπαλαιωμένον, καὶ ἐγγὺς ἀφανισμοῦ γεγονὸς τῆς κατ' ἐθισμὸν γυναικὸς ἀκολουθίας, ἡ ξηρανθεῖσα πηγὴ αὖθις δύναμιν λαμβάνει εἰς καταβολὴν σπέρματος, καὶ ἡ γηραλέα νεωτέρα κυΐσκει. καὶ Ἰσαὰκ ἀπὸ θανάτου ζῶν, τῷ πατρὶ παρεδόθη· ὁ γὰρ Θεὸς ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν τῷ πατρὶ τὸν παῖδα παραδιδοὺς ζῶντα ἐλπίδα ἐκήρυττεν. Ἰωσὴφ δείκνυσι τὴν πραγματείαν, μὴ ἐν δευτέρῳ τιθέμενος τὴν τῶν ὀστέων ἐλπίδα. ἐπεμελεῖτο γὰρ τῶν τοιούτων, οὐχ ὡς ἀπολλυμένων ἀλλ' ὡς μελλόντων αὖθις ἀναβιοῦν. καὶ ἐνετέλλετο ἀνακομισθῆναι ἐκ τῆς τῶν Αἰγυπτίων χώρας, οὐ παρέργως. καὶ ὁ Ἰωσὴφ τοῦτο ἐσήμανε, συνανοίσατέ μοι τὰ ὀστᾶ, φάσκων· ἐπισκοπῇ γὰρ ἐπισκέψεται ὑμᾶς ὁ Κύριος. εἰ μὴ ἐλπὶς ἦν ἀναστάσεως, τίς ὀστέων ἡ ἐπιμέλεια περὶ τῶν φθειρομέ-

* Deesse nonnihil videtur.

1. εὐδοκίᾳ &c. Ex eo loco quod reliquum est usque ad vocem εἶχον ita interpretatur Petavius. *Idque ex grata in nos voluntate, ac consensione Patris, & voluntate Filii, ac Spiritus sancti: totum ut hoc negotium ab uno eodemque Deo sit administratum.* Non ita Thomasius, qui fortasse nec omnino assequutus est Epiphanii eo in loco sensum.

2. κήρυγμα, non *dogma*, sed proprie *praeconium*, quod praeconis voce edicitur; praesenti in loco usurpatur ad denotandum praedictionem, praedicationem, vel mentionem.

Exo. 3. 6. darent? Vox illa prima quæ Moysi edita est, de eadem re Dei testimonium habuit: *Ego sum*, inquit, *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob*: qui in mundo mortui, apud me vivunt. Unus porro idemque Spiritus, qui in Lege locutus est, istud ipsum in Euangelio quoque docuit: siquidem Dominus Sadducæis idem plane significavit. *Qui loquebar in Prophetis, ecce adsum*. Esa. 52. 6.

Num. 17. XCV. Nec minus ad illud demonstrandum valet Aaronis illa virga, quæ multis jam annis arefacta, & in Tabernaculo a vespera ad diluculum usque deposita fuerat. Cum enim vivæ arbores [1] spisse operoseque duodecim totis mensibus, atque anno vertente fructus pariant, cum Solis ardore confotæ, tum irrigatæ pluviis, atque explicante rore germina, ac dies & noctes alente; una non amplius nocte, quod difficile erat nullo negotio Deus absolvit: nam & arida virga pullulavit, & folia maturosque fructus peperit. qua quidem similitudine futuram illam vi sua resurrectionem Deus adumbrare voluit. Cum honestis nuptiis quarum author est Deus, liberi propagantur, primum in genitalem matris uterum, quemadmodum Deus instituit, semen infunditur: tum progressu temporis quod satum est in utero, novem mensium tempore perficitur, ac demum in lucem emittitur. In resurrectione vero non eadem erit ratio: momento quippe res tota peragitur: *Etenim tuba canet, & mortui resurgent incorrupti*. Id quod in illo Testimonii Tabernaculo Dominus ostendit, ubi nuces quas vivæ arbores post duodecim menses proferunt, in arido, exsuccoque ligno conceptæ densiores germinarunt: ut quod duodecim, uti dixi, mensibus elaborari solet, una nocte vel uno potius horæ momento fit a Deo perfectum. Quemadmodum cum infans novem mensibus matris in utero gestatus, diuturno tempore fingi, perficique soleat: in resurrectione tamen momento uno, punctoque temporis perfectus atque absolutus exsurget.

Resurrectio momento fiet. 1. Cor. 15. 52. Num. 17.

XCVI. Fidem infidelibus hominibus faciat Dei vis ac potentia, cujus *voluntati nemo potest resistere*. Audiat Moyses & ostendat: *Quid in manu tua habes?* ait illi Dominus: At is *virgam* inquit. Virga porro lignea & arefacta prorsus erat. Tum Dominus: *Proiice*, inquit, *illam in terram*. Abjecit ergo Moyses aridam virgam: & quod aridum erat, humidum ac succi plenum reddidit Deus: nec humidum modo sed & animatum,

Esther. 13. 9. Exo. 4. 2.

νων ὁσίων ἐντέλλεσθαι τοὺς δικαίους; πρώτη φωνὴ τῷ Μωϋσῇ ἡ τοῦ Θεοῦ μαρτυρία· ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, τῶν ἐν κόσμῳ μὲν κοιμωμένων, παρ' ἐμοὶ ζώντων. ἓν Πνεῦμα, καὶ τὸ αὐτὸ τὸ λαλῆσαν ἐν Νόμῳ, καὶ ἐν Εὐαγγελίῳ διδάσκον· τοῦτο γὰρ καὶ Σαδδουκαίοις ὁ Σωτὴρ ἐσήμαινεν. ὁ λαλῶν ἐν τοῖς Προφήταις, πάρειμι.

Ὑποδείξει δὲ ἡ ῥάβδος τοῦ Ἀαρὼν ξηρὰ οὖσα, πολλῶν τάχα ἐτῶν, καὶ ἐν σκηνῇ ἀφ' ἑσπέρας καὶ ἄχρι τῆς ἕω καταλειφθεῖσα. αὐτοῖς γὰρ [1] μετὰ καμάτων τὰ ζῶντα δένδρα διὰ δεκαδύο μηνῶν κατὰ περίοδον ἐνιαυτοῦ πληρουμένου καρποὺς γεννᾷ, ἡλίου τε θάλποντος, ὑετῶν ἀρδευόντων, δρόσων πιαινουσῶν, νυκτός τε καὶ ἡμέρας τρεφουσῶν, ὑπὸ μίαν νύκτα τὸ δυσχερὲς εὐχερὲς ὁ Θεὸς εἰργάσατο· ἐβλάστησε γὰρ ἡ ξηρὰ ῥάβδος, καὶ φύλλα ἐκβάλλει, καὶ καρποὺς πεπείρους. τὰ ὅμοια γὰρ ὑπέδειξεν ὁ Θεὸς τῆς μελλούσης ὑπ' αὐτοῦ ἔσεσθαι ἀναστάσεως. συλλαμβανομένων δὲ τῶν παίδων κατὰ τὸν σεμνὸν γάμον, ὃν ὁ Κύριος ὑπέδειξε, πρῶτον καταβάλλεται σπέρμα τῆς ἀκολουθίας, ὡς κατέδειξεν ὁ Κύριος κατὰ τὰς γεννητικὰς μίξεις· χρόνῳ δὲ ἀνακυκλιούμενον τὸ καταβληθὲν ἐν τῇ γαστρὶ, τελεσφορεῖται διὰ χρόνου ἐνναμηνιαίου· φημὶ δὲ ὑπὸ ἐννέα μηνῶν τὸν ἀριθμὸν πλεονεκτεῖται τὸ κυϊσκόμενον, καὶ γεννᾶται. ἐν δὲ τῇ ἀναστάσει οὐχ οὕτως, ὑπὸ θίξιν γὰρ τὸ ἔργον· σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι. ὡς ἔδειξεν ὁ Κύριος ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ὅτι τὰ κάρυα τὰ ἐν τοῖς ζῶσι δένδροις διὰ δεκαδύο μηνῶν ἐγκυμονούμενα ἐν τῷ ξηρῷ ξύλῳ πυκάζονται, καὶ βλαστοὶ γινόμενα, καὶ ὑπὸ μίαν νύκτα, οὐ μόνον δὲ ἀλλ' ὑπὸ θίξιν μιᾶς ὥρας ἐπλεονέκτησε τὸ διὰ δεκαδύο μηνῶν, ὡς εἴρηται, γινόμενον. καὶ ὡς τὸ δι' ἐννέα μηνῶν ἐν τῇ κοιλίᾳ γενόμενον βρέφος, ὃ διὰ πολλοῦ τοῦ χρόνου συναχθὲν πληροῦται, ἐν δὲ τῇ ἀναστάσει ὑπὸ θίξιν πληρωθὲν ἀνίσταται.

Πεισάτω τοὺς ἀπίστους ἡ δύναμις τοῦ Κυρίου. * οὐδεὶς ἀνθίσταται τῷ βουλήματι. ἀκουσάτω Μωϋσῆς, καὶ ἐπιδεικνύτω· τί ἐν τῇ χειρί σου; φησὶν ὁ Κύριος· ὁ δὲ εἶπε, ῥάβδος. ἡ δὲ ῥάβδος ξυλίνη ἦν, ξηρὰ δὲ πάντη. καί φησι· ῥίψον αὐτὴν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἔῤῥιψε τὴν ξηρὰν ῥάβδον. καὶ τὸ ξηρὸν ὁ Θεὸς ὑγρὸν ἀπετέλει, καὶ οὐ μόνον ὑγρὸν, ἀλλὰ καὶ ἔμψυχον, ἀλλὰ καὶ τῇ φύσει παρηλ-

* Deest οὐ.

1. μετὰ καμάτων operose, cum labore: Ad Epiphanii mentem eo in loco si respiciamus, optime redderetur per adverbium vix. Illud nostri interpretis *spisse operoseque* nec sensum reddere graeci textus videtur, neque latinam redolet elegantiam.

matum, adeoque natura mutatum, & [1] aliam in ſubſtantiam conformatum. Nec inanis adumbrataque fuit illa ſpecies: Dei quippe præcepto ex rei veritate non inani ſpecie opus ipſum perficitur. Atque ut intelligentiam noſtram in omnibus dirigeret, & ab errore prohiberet, veritatem ipſe per Moyſen exhibuit. Nam quod tum fiebat, non ficta ſpecie ſed re vera geri Propheta tum fugiendo monſtravit. nam ſi duntaxat id apparere, non re ipſa fieri crediđiſſet, ſerpentem illum non fugeret. Sed ne forte pervicaces homines offenſionis illinc occaſionem nacti, nobis iſtud obiiciant: alia tum virga fuit, cui Deus aliud quoddam corpus pro ſua voluntate tribuit. diſcant imprimis oportet non alteram pro altera, ſed eandem ipſam quæ arida erat, animatam fuiſſe: propterea quod novum illud virgæ corpus inditum, & quæ ab eodem agitabatur natura ſive forma, hanc Deus ad judicium minime vocabat: neque de ſerpente pro virga judicare volebat: ſed reſurrectionis in illa virga certiſſimam facere fidem conſtituerat, ac ſuam interim demonſtrare potentiam: ut ne quis ei qui in omnibus præpotens eſt, diffideret. Atque hoc ipſum cum omni cautione perfecit: non enim partem virgæ duntaxat excitavit; ſed integram ipſam voluntate ſua convertit.

XCVII. Quod autem ita ſeſe res habeat, ac ſempiternæ vitæ ſpes mortuis oſtenſa ſit, quodque ad vitam excitandi illi ſint qui in ſepulchris jacent, Moyſen rurſus tanquam majorem omni exceptione teſtem advoca: apud quem cum Ruben facinus perpetraſſet, ſic ei pater ſanctiſſimus ille patriarcha Jacob imprecatur: *Ruben primogenitus meus, & principium liberorum meorum, injuriam feciſti. Sicut aqua non efferveas. Conſcendiſti cubile patris tui, & retexiſti*, inquit, *quo aſcendiſti*. (Gen. 49. 3.) At in Hebræo ſic ſcriptum eſt, *elthothar*, quod idem eſt ac, *ne redeas*, ſive, *ne addideris*, vel, *ne abundaveris*. Quod ſi leni ſpiritu pronuntianda ſit dictio, idem eſt ac, *ne efferveas*, quem ſenſum [2] Interpretes expreſſerunt. Quod ſi hæc ab illo ita eſſe dicta velis diſcere: atque a patre ei qui deliquerat, mortem pœnæ loco conſtitutam fuiſſe, Moyſes tibi declarabit. Qui cum duodecim tribubus benediceret, & ad Ruben perveniſſet, non ignorans ſacerdotem eſſe Levi; (Sacerdotii enim adminiſtratione ſolvebantur & obligabantur peccata:) in hæc verba pronuntiat: *Vivat Ruben, & non moriatur*. (Deut. 33. 6.) Quomodo

παρηλλαγμένον, [1] καὶ τῇ οὐσίᾳ ἑτέρως ἐσχηματισμένον. οὐκ ἦν φάντασμα τὸ ἔργον· ἀληθείᾳ γὰρ Θεοῦ προστάγματι ἐργάζεται, καὶ οὐ φαντασίᾳ. ἐν ἅπασι γὰρ διορθουμένην τὴν ἡμετέραν διάνοιαν παρέστησε διὰ Μωϋσέως τὴν ἀλήθειαν. ἔγνω γὰρ ὁ Προφήτης ὅτι τὸ γινόμενον οὐκ ἦν δοκήσει ἀλλ' ἀληθείᾳ ἐν τῷ ἀποδρᾶσαι· εἰ γὰρ φαντασίᾳ ᾔδει τὸ γινόμενον, οὐκ ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου τοῦ ὄφεως. ἀλλὰ μὴ πάλιν τοῦτο εἰς σκάνδαλον γενήσεται τοῖς φιλονείκοις, καὶ εἴπωσιν, ὅτι ἄλλη ἦν ἡ ῥάβδος, ὁ δὲ Θεὸς ἔδωκεν αὐτῇ ἀλλοῖον σῶμα ὡς ἠθέλησε. καὶ πρῶτον μὲν οὖν μαθέτωσαν, ὅτι οὐκ ἄλλην ἀντὶ ἄλλης ἐψύχωσεν, ἀλλ' αὐτὴν ἐκείνην τὴν ξηρὰν οὖσαν ἐψύχωσεν. ὅτι τοῦτο τὸ δοθὲν τῇ ῥάβδῳ σῶμα, καὶ κινούμενον ὑπ' αὐτοῦ γένος, ἢ εἶδος, εἰς κρίσιν ὁ Θεὸς οὐκ ἐκάλει, οὐδὲ ἀντὶ τῆς ῥάβδου τὸν δράκοντα ἠθέλησε δικάζειν, ἀλλὰ πληροφορίαν μὲν διὰ τῆς ῥάβδου ἀναστάσεως εἰργάσατο. τὸ δὲ ἴδιον δυνατὸν ὁ Θεὸς ἀπεδείκνυ, ἵνα μή τις ἀπιστήσῃ τῷ δυνατῷ ἐν πᾶσι. καὶ αὐτὸ δὲ μετὰ πάσης ἀσφαλείας ἐποιήσατο· οὐ γὰρ μέρος τι τῆς ῥάβδου ἤγειρεν, ἀλλ' ὅλην τὴν ῥάβδον μετέβαλεν ὡς ἠθέλησε.

Καὶ ὅτι μὲν ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ οἱ νεκροὶ ἐλπίδα ἔχουσι ζωῆς αἰωνίου, καὶ οἱ ἐν μνήμασιν ἀναστήσονται, καλεῖ μοι πάλιν μάρτυρα τὸν ἀξιόπιστον Μωϋσέα. πλημμελήσαντος γὰρ τοῦ Ρουβείμ, ἐπαρᾶται αὐτῷ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ὁ ἅγιος Ἰακὼβ ὁ πατριάρχης, καὶ φησί· Ρουβείμ πρωτότοκός μου, καὶ ἀρχὴ τέκνων μου, ἐξύβρισας· ὡς ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς· ἀνέβης γὰρ εἰς τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου, καὶ ἀπεκάλυψας, φησίν, οὗ ἀνέβης. ἐν δὲ τῷ Ἑβραϊκῷ, * ἐλθωβὰρ, ὅπερ ἐστὶν ἑρμηνευόμενον, μὴ ἀνακάμψῃς, ἢ, μὴ προστεθείης, ἢ πάλιν, μὴ περισσεύσῃς· ψιλούμενον δὲ τῇ λέξει, μὴ ἐκζέσῃς· [2] οἱ δὲ ἑρμηνευταὶ ἐξέδωκαν οὕτως. καὶ θέλεις μαθεῖν ὅτι ταῦθ' οὕτως φησὶ, καὶ * θανόντος ἀπὸ πατρὸς αἱρίζετο τούτῳ ἡμαρτηκότι, Μωϋσῆς σοι σαφηνίσει. εὐλογῶν γὰρ αὐτὸς καὶ τὰς δώδεκα φυλὰς, ἐπὶ τὸν Ρουβείμ ἐλθὼν, καὶ γνοὺς ὅτι ἱερεὺς Λευί· ἐν χειρὶ γὰρ τῆς ἱερωσύνης ἐλύετο καὶ ἐδεσμεῖτο τὰ ἁμαρτήματα·

* Cor. [illegible]

* For. [illegible]

1. καὶ τῇ οὐσίᾳ ἑτέρως ἐσχηματισμένον. Proprie non denotat *alium in substantiam conformatum*, sed potius *in substantia aliter conformatum*. Quod ad Epiphanii mentem & scopum propius accedit.

2. οἱ δὲ ἑρμηνευταί. Septuaginta illius interpretes indicat Epiphanius, qui in Ægypto sub Ptolomeo Rege Sacros Hebræorum Codices græcos fecere. Vide quæ ad locum præsentem adnotavit Petavius.

modo vivere ille poterat, qui ante [a] centum & viginti annos sepultus fuerat? Verum eo ista dixit quod resurrectionem omnino fore cognosceret, tum mortis alterum genus ipso judicii die condemnatione secuturum. Unde unico illum supplicii genere perfunctum a futuris exsolvere cupiens; *Vivat*, inquit, in resurrectione videlicet: neque enim ignorabat omnes denuo esse victuros. Illud vero, *& non moriatur*, idem est atque, Ne secundam condemnationis & æterni supplicii mortem subeat. nam si de præsentis duntaxat vitæ jactura sollicitus esset, satis erat dixisse, *Vivat Ruben*: sed quoniam ad futura respectum habebat; *Vivat*, inquit, *Ruben*, *& non moriatur*.

Explicatur Mosis dictum.

XCVIII. Ecquis vero tam infinita testimonia colligere ac comprehendere poterit, quæ ad spem nostram, ac veræ & non adumbratæ resurrectionis fiduciam adstruendam pertinent? Dicant enim inanes isti ac pertinaces homines, utrumnam pars aliqua corporum excitetur; an omnium pars aliqua, an quorundam totum corpus resurgat: item quorum pars excitanda sit, & quorum corpus ipsum universum. Quænam est ista personarum habita ratio? Utrum tandem Deus personarum rationem habet? Absit. Inquiramus porro si lubet, ubinam aut quando sancti mortuum ex parte & non totum ipsum corpus excitarint. Sarephthanæ viduæ filius integer surrexit: neque pars illius est ulla relicta. Sunamitidis filius totus resurrexit; nec ullam ejus partem destituit resurrectionis expertem. Item Dominus Lazarum excitavit, nec ullas in monimento reliquias superesse voluit; sed cum fasciis ac reliquis vestibus excitavit: atqui vestibus in ipso judicii die nihil opus erit. Adhæc viduæ quæ in oppido Naim erat, totum filium revocavit ad vitam. Idem in Principis Synagogæ filia, ac centurionis quoque * filia præstitit. O ridiculam illorum sententiam, qui partem resurgere, partem destitui censent! Videamus porro ex illo ipso de quo agimus, argumento, quæ eandem cum eo quod speramus, vim ac momentum habeant. Enoch translatus est totus, & ad hanc diem mortem non vidit: ut in duobus vivis corporibus perfecta nobis resurrectio demonstretur. Ac ne quis expressas in duobus velut resurrectionis nostræ primogenitis notas ac formas ignoret: Enoch in præputio vixit; nec istud quo minus resurgeret obstitit, aut quo minus vitam adhuc suam in corpore sustentaret: Elias vero e circumcisione fuit;

Totum corpus excitari.
3. Reg. 17.
4. Reg. 4.
Joan. 11.
Luc. 7.
Mar. 5.
Matth. 8.
* puero.
Gen. 5. 23.

πίματι· φησί· ζήτω Ῥουβεὶμ, καὶ μὴ ἀποθάνῃ. πῶς δὲ ἐδύνατο ζῆν ὁ [1] πρὸ ἑκατὸν εἴκοσι ἓξ ἐτῶν τεθαμμένος; ἀλλ' ἐπεὶ * (ει) καὶ τὴν ἀνάστασιν κατὰ πάντα μέλλουσαν ἔσεσθαι, οἶδε δὲ θάνατον δεύτερον διὰ καταδίκης ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, βουλόμενος αὐτὸν ἀντὶ τῆς μιᾶς τιμωρίας κουφίσαι ἀπὸ τῶν μελλόντων, φησί, ζήτω, ἐν τῇ ἀναστάσει σημαίνων. ᾔδει γὰρ ὅτι ζήσονται ἅπαντες· καὶ μὴ ἀποθάνῃ, τουτέστι μὴ περιβληθῇ θανάτῳ δευτέρῳ τῷ διὰ καταδίκης καὶ βασάνῳ αἰωνίῳ. εἰ γὰρ περὶ τῆς ζημίας τῆς ζωῆς αὐτῷ ἔμελεν, ἤρκει εἰπεῖν μόνον. ζήτω Ῥουβείμ. ἐπειδὴ δὲ περὶ τῶν μελλόντων σημαίνει, λέγει. ζήτω Ῥουβεὶμ, καὶ μὴ ἀποθάνῃ.

*Fort. ᾔδει.

Καὶ πόθεν τις δυνήσεται συλλέξαι τὰς τοσαύτας μαρτυρίας περὶ τῆς ἡμῶν ἐλπίδος καὶ προσδοκίας τῆς ἀναστάσεως τῆς ἐν ἀληθείᾳ καὶ οὐκ ἐν δοκήσει; λεγέτωσαν γὰρ οἱ κενόδοξοι, καὶ φιλονεικοῦντες μάτην, πότερόν ποτε μέρος ἀνίσταται τῶν σωμάτων, ἢ πάντων ἀνὰ μέρος· ἢ πάλιν τινῶν τὸ ὅλον ἐγείρεται, καὶ * τινῶν ἀνὰ μέρος ἡ ἀνάστασις, τινῶν δὲ ὅλον τὸ σῶμα. τίς ἡ τοιαύτη προσωποληψία; ἄρα προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ; μὴ γένοιτο. ἐρευνήσωμεν ποῦ ἢ πότε ἤγειραν οἱ ἅγιοι νεκρὸν ἀπὸ μέρους, καὶ οὐχὶ ὅλον τὸ σῶμα. ὁ υἱὸς τῆς ἐν Σαραφθίᾳ χήρας ὅλος ἀνέστη, καὶ οὐ μέρος κατελείφθη. ὁ υἱὸς τῆς Σουμανίτιδος ὅλος ἀνέστη, καὶ οὐδὲν μέλος αὐτοῦ εἴασε μὴ ἀναστάν. καὶ κύριος τὸν Λάζαρον ἤγειρε, καὶ οὐκ ἐγκατέλιπε λείψανον ἐν τῷ μνήματι, ἀλλὰ μετὰ κειριῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐνδυμάτων· καίτοι οὐχὶ πάντως τῶν ἱματίων χρεία ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. τὸν υἱὸν τὸν ἐν τῇ Ναῒν ὅλον ἤγειρε, τὴν θυγατέρα τοῦ ἀρχισυναγώγου, * τὴν θυγατέρα τοῦ ἑκατοντάρχου. καὶ ὦ ματαία ὑπόνοια τῶν τὰ τοιαῦτα λογιζομένων, ὅτι μέρος ἐγείρει, καὶ μέρος καταλιμπάνει. ἴδωμεν δὲ ἐξ αὐτῶν ὑποκειμένων, καὶ τῶν ἤδη ἰσόρροπα ἐλπίδος ἡμῖν γεγενημένων. Ἐνὼχ ὅλος μετετέθη, καὶ οὐκ εἶδεν ἄχρι τοῦ δεῦρο θάνατον· ἵνα ἐν δυσὶ ζῶσι σώμασιν, * παραστήσω ἡμῖν τελείαν τὴν ἀνάστασιν. καὶ ἵνα μή τις ἀμφιβάλλῃ δύο χαρακτῆρας τῶν δύο πρωτοτόκων τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως· Ἐνὼχ μὲν ἐν ἀκροβυστίᾳ, καὶ οὐκ ἐκώλυσεν ἡ ἀκροβυστία τὴν ἀνάστασιν, οὐδὲ τὴν τοῦ σώματος διὰ βίου τῆς ζωῆς ὑπομονήν· Ἠλίας ἐν περιτομῇ, ἵνα μὴ ἀνάστασις ἐπί τινας

* Cor. τινῶν in duobus sequentibus.

* Hallucinatur, nam παῖδα scrib.

* Fort. παραστήσῃ.

1. πρὸ ἑκατὸν εἴκοσι ἓξ ἐτῶν, *ante centum viginti sex annos;*

fuit; ne resurrectio his aut illis nominatim adscribatur, sed communis ac generalis habeatur. Elias virginitatem coluit: ut eximia illa virginitatis dignitas immortalitatem & incorruptum corporis statum mundo prædicaret. Verum ne virginitati soli propter excellentiam concessa resurrectio, vel integri corporis conservatio videretur; Enoch virgo non fuit, sed castus ac temperans, idemque liberos genuit. Ergo illi duo inter vivos censentur, & ad spem nostram confirmandam cum corpore animaque perseverant.

XCIX. Sed ne dubitare rursus aliquis posset, alios cum ipsis
Num. 16. 33. corporibus [1] ad inferos detrusit. Quippe terra dehiscens ac fauces suas aperiens, Datan & Abiron filios Core, & Aunam absorpsit: ac corpore animaque viventes in inferos demersi sunt. Igitur eadem hora condemnati illi sunt: neque dissolutis corporibus, neque ulla relicta parte vel reliquiis, sed toti cum corpore simul & anima suppliciis addicti sunt. Præterea
Iob. 14. 14. Job ita loquitur: *Donec rursus fiam, & hoc corpus quod ista*
Psal. 102. 5. *sustinet, & instauraveris me*. Item illud: *Renovabitur ut aquila juventus tua*. Esaias porro: *Resurgent*, inquit, *mortui, &*
Esai. 26. 19. *excitabuntur qui* [2] *in monumentis sunt*. Venit enim *qui solvit vin-*
Psa. 67. 7. *ctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, habitantes in se-*
Job. 14. 12. *pulchris*. Quod autem Job dixit: *Homo cum dormierit, non*
Explicatur locus Iob. *amplius resurget, neque cognoscet locum suum*: ideo pronuntiatum est, quod non quotidie sed [3] certa ac definita die sit futura resurrectio. Ut autem demonstraret quodnam ad tempus futuram illam exspectaret, quæstionem subinde dissolvit: *Quandiu*, inquit, *cœlum erit & terra, corpora in terra jacebunt*. Postquam autem ille venerit *qui cœlum perinde ac librum con-*
Esai. 34. 4. *volvit, ac terram concutit*, tunc qui in terra sunt resurgent.
Ezech. 37. Quam ob causam Ezechieli dicit: *Fili hominis loquere: Conjungatur os ad os, & compages ad compagem*: & ita factum est; & in his nervi, venæ, carnes, capilli & ungues exorti sunt. *Rursum dic*, inquit, *fili hominis: Veni spiritus a quatuor terræ angulis*, ab iis locis nimirum quæ animis attributa sunt. Sed cur Dominus ipse non loquitur, sed hominem proferre ista jubet? Nimirum quod quæcunque Dominus dicit, eodem momento facit, nec amplius ea dissolvi possunt. Homini proin-
de

1. κατήγαγε. Supplendum est nomen illius, qui κατήγαγε: crediderim ὁ Θεός.

2. οἱ ἐν τοῖς μνημείοις. Hæc verba planam facilemque admittunt Thomasii interpretationem.

καὶ τινας ὀνομασθῇ, ἀλλὰ καθολικὴ ὅλη. Ἠλίας ἦν ἐν παρθενίᾳ, ἵνα τὸ πρόκειτον τῆς παρθενίας τὴν ἀθανασίαν κηρύξῃ τῷ κόσμῳ, καὶ τὴν μετὰ σώματος ἀφθαρσίαν. ἵνα δὲ μὴ μόνον ἐπὶ τῆς παρθενίας νομισθῇ εἶναι, διὰ τὸ ἐξαίρετον ἡ ἀνάστασις, καὶ σώματος ἡ παραμονὴ, Ἐνὼχ οὐκ ἦν παρθένος, ἀλλ' ἐγκρατὴς καὶ παιδοποιήσας τέκνα. καὶ δύο μὲν οὗτοι ἐν ζῶσιν, ἐν σώματι καὶ ψυχῇ ἐμπαραμένοντες διὰ τὴν ἐλπίδα, καὶ εἰς τὸ μή τινα πάλιν ἀμφιβάλλειν.

Καὶ ἄλλους εἰς ᾅδην [1] κατήγαγε μετὰ τῶν σωμάτων· ἤνοιξε γὰρ ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, καὶ κατέπιε Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν τοὺς υἱοὺς Κορὲ, καὶ Αὐνὰν, καὶ κατέβησαν εἰς ᾅδην ζῶντες σώματι καὶ ψυχῇ. ἀπ' αὐτῆς γὰρ τῆς ὥρας εἰς κρίσιν παρεδόθησαν, μήτε τῶν σωμάτων λυθέντων, μήτε λειψάνου παραδοθέντος, ἢ μέρους, ἀλλ' ὅλων σὺν σώματι καὶ ψυχῇ εἰς τιμωρίαν παραδοθέντων. ὁ Ἰὼβ φησιν· ἕως πάλιν γένωμαι, καὶ τὸ σῶμα τοῦτο τὸ ἀντλοῦν ταῦτα, καὶ ἀνακαινιεῖς με. καὶ πάλιν· ἀνακαινισθήσεται ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης σου. Ἡσαΐας δέ· ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται [2] οἱ ἐν τοῖς μνημείοις. ἦλθε γὰρ ὁ λύων πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ, ὁμοίως τοὺς παραπικραίνοντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις. λέγει δὲ Ἰὼβ· ἄνθρωπος δὲ κοιμηθεὶς οὐκέτι οὐ μὴ ἐγερθῇ, οὔτε ἐπιγνώσεται τὸν τόπον αὐτοῦ. καὶ γὰρ ἀληθῶς καθ' ἡμέραν οὐ γίνεται ἡ ἀνάστασις, ἀλλ' εἰς μίαν ὡρισμένην ἡμέραν [3]. δεικνὺς δὲ ὅτι οἶδεν εἰς ποίαν προθεσμίαν προσεδόκα, εὐθὺς ἔλυσε τὸ ζήτημα· ἕως ἂν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ἔστι τὰ σώματα ἐν τῇ γῇ. ὅταν δὲ ἔλθῃ ὁ ἑλίσσων τὸν οὐρανὸν ὡς βιβλίον, καὶ τινάσσων τὴν γῆν, τότε ἐγερθήσονται οἱ ἐπὶ τῆς γῆς. διὰ τοῦτο λέγει τῷ Ἰεζεκιήλ· υἱὲ ἀνθρώπου εἰπὲ, συναχθήσεται ὀστοῦν πρὸς ὀστοῦν, καὶ ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν. καὶ ἐγένετο οὕτως, καὶ γένεσθαι ἐπ' αὐτὰ νεῦρα καὶ φλέβας, σάρκας καὶ τρίχας καὶ ὄνυχας. καὶ πάλιν· εἰπὲ υἱὲ ἀνθρώπου, ἐλθὲ τὸ πνεῦμα ἀπὸ τῶν τεσσάρων γωνιῶν τῆς γῆς, τῶν τόπων δηλαδὴ τῶν ταῖς ψυχαῖς τεταμιευμένων. καὶ τίνι τῷ λόγῳ αὐτὸς ὁ Κύριος οὐ λέγει, ἀλλὰ κελεύει τῷ ἀνθρώπῳ λέγειν; ὅτι ὃ λέγει κύριος, ἅμα καὶ ποιεῖ, καὶ οὐκέτι λύεται. τῷ δὲ ἀνθρώπῳ προσέταξε λέγειν, ἵνα

nem. A Petavio autem redduntur, *qui in sepulchris versantur*.

3. Quam ibi proponit Epiphanius interpretationem illati de Jobi libro testimonii, sequuntur etiam nonnulli, etiam inter recentiores, quos laudatos vide a Calmeto in Commentario literali ad idem testimonium. Verum quacumque ratione Jobus eo in loco interpretetur, nullum sibi præsidium adsciscere inde debent, qui corporum inficiantur resurrectionem. Quandoquidem illud *non amplius resurget* neque indefinitum, neque illimitatum ponitur, ut colligere inde merito valeant, nunquam fore ut resurgat qui mortuus est. Sed ponitur ad certum aliquod tempus, statim enim subjungitur juxta Vulgatam, *donec atteratur cœlum*. In græca versione locus integer ita se habet: ἄνθρωπος δὲ κοιμηθεὶς οὐ μὴ ἀναστῇ, ἕως ἂν ὁ οὐρανὸς οὐ μὴ συῤῥαφῇ, καὶ οὐκ ἐξυπνισθήσονται ἐξ ὕπνου αὐτῶν.

de pronuntiare ista jussit, ut in eo quod ad tempus corpora illa resurgerent, spes nostræ salutis adumbraretur: hominis vero, non Domini sermo dissolveretur; siquidem ossa illa denuo postmodum erant moritura. Quoties vero Dominus dicit, Resurgite, resurgunt, neque moriuntur amplius: nam Dei sermo dissolvi rescindique non potest.

C. Atque ea causa videtur esse, cur Dominus cum carne veniens mortuos excitarit: ut quod carnis interventu revocatum esset ad vitam, iterum moreretur, donec caro ipsa non amplius moritura consurgat: cum videlicet non amplius uni hoc alicui dixerit: Surge, veni foras: donec inquam advenerit, neque singulariter dicat amplius, Surge; sed, Surgite, omnes, ac communem resurrectionem universis indixerit. siquidem ipse est mortuorum resurrectio. Porro ubi a mortuis excitatus est, neminem ex iis qui recenter objerant, a mortuis suscitavit. Nam cum ipso quidem *multa corpora sanctorum qui dormierant, resurrexerunt: & apparuerunt multis*, cum in thalamum essent ingressi, ut in Euangelio legimus. Atqui non dixit: Pars sanctorum corporum resurrexit: sed, Corpora sanctorum, & obtulerunt se multis; non ab iis qui e vita jam excesserant, diversi; sed a suis agniti qui paulo ante ex hac vita migraverant. Sed ut idem Dominus alios quoque tanti miraculi conscios ac participes faceret, difficilia illa facillima esse demonstrans re ipsa perfecit. Nam cum ad puellam illam Synagogæ Principis filiam recens mortuam accessisset, quod eadem esset hora mortua, ita eam compellare dignatus est. *Surge puella*. quibus verbis quod jam dissolutum erat, novo robore confirmavit, cum adhuc in lectulo jaceret. At viduæ Naimiticæ filium, quod in loculo jam efferretur, facilius excitavit. Quippe loculum tetigit, * neque [1] quicquam puero dixit: sed ad solum loculi contactum ille surrexit. Quod autem multo altius ac præstantius est, & humana omni spe longe superius, cum ad quatriduanum Lazarum accessisset, non dixit, Surge, nec sepulchrum manu contigit: sed quod adeo promptum ac proclive erat, pro sua potestate his verbis excitat: *Lazare veni foras*. Est autem multo illud facilius dicere; *Veni foras*, quam manibus contingere: quemadmodum tangere facilius est, quam evocando dicere, *Puella surge*. Quæ qui-

Matt. 27. 53.

Luc. 8.54.
Luc. 7.

* *Memoria labitur, aliter enim in Evangelio.*

Joan. 11.

μετὰ τὸ ἀναστῆναι πρὸς τὴν ὥραν, σημανθῇ μὲν ἡμῖν ἡ ἐλπὶς τῆς σωτηρίας, ἀνθρώπου δὲ λόγος λυθῇ, καὶ οὐ τοῦ Κυρίου· ἤμελλον γὰρ πάλιν ἀποθνήσκειν ἐκεῖνα τὰ ὀστᾶ. ὅταν δὲ εἴπῃ ὁ Κύριος· ἀνάστητε, ἐγείρονται, καὶ οὐκ ἀποθνήσκουσι· Θεοῦ γὰρ λόγος οὐ λυθήσεται.

Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐν σαρκὶ ἐλθὼν ἤγειρε νεκρούς, ἵνα τὸ διὰ τῆς σαρκὸς πάλιν κοιμηθῇ, ἕως αὐτὴ ἡ σὰρξ ἀναστῇ, καὶ μηκέτι ἀποθάνῃ, καὶ σιωπήσῃ τοῦτο λέγειν μόνῳ ἑνί· ἔγειραι δεῦρο ἔξω· ἕως ἂν ἔλθῃ, καὶ μηκέτι ἑνικῶς εἴπῃ, ἔγειρε, ἀλλ', ἐγείρεσθε πάντες, τὴν καθολικὴν ἀνάστασιν ἐργαζόμενος· αὐτὸς γὰρ ἐστιν ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. ὁ δὲ γὰρ μετὰ τὸ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν οὐδένα ἤγειρε τῶν προσφάτως τελευτησάντων. ἀνέστησαν δὲ σὺν αὐτῷ πολλὰ σώματα τῶν κεκοιμημένων ἁγίων, καὶ ὤφθησαν πολλοῖς, μετ' αὐτοῦ εἰσελθόντες εἰς τὸν νυμφῶνα, κατὰ τὰ ἐν Εὐαγγελίῳ γεγραμμένα. καὶ οὐκ εἶπεν, ἀνέστη μέρος τῶν σωμάτων τῶν ἁγίων, ἀλλά, σώματα τῶν ἁγίων, καὶ ἐνεφανίσθησαν πολλοῖς, οὐκ ἄλλοι ὄντες παρὰ τοὺς τετελευτηκότας, ἀλλ' ἐπιγινωσκόμενοι παρὰ τῶν ἰδίων οἱ οὐ πρὸ χρόνου ἦσαν τετελευτηκότες. καὶ ἄλλοις δεῖξαι δὲ βουλόμενος ὁ κύριος ἡμῶν τὸ θαῦμα, τὰ δὴ δυσχερῆ ἐκεῖνα δυσχερῆ δεικνύς, ἐπετέλει. καὶ ὅτε μὲν ἔρχεται πρὸς τὴν προσφάτως τελευτήσασαν κόρην τὴν θυγατέρα τοῦ ἀρχισυναγώγου, ἐπειδὴ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ τετελεύτηκε, κατηξίωσεν αὐτῇ εἰπεῖν· ἀνάστηθι ἡ παῖς· τὸ δέ, ἀνάστηθι, ἰσχυροποιῶν τὸ ἤδη λελυμένον, ἐπειδὴ ἔτι ἐν τῇ κλίνῃ ἦν. τὸν δὲ υἱὸν τῆς χήρας τῆς ἐν τῇ Ναΐν, ἐπειδὴ ἤδη ἐν τῇ σορῷ ἐξεφέρετο, δυσχερέστερον ἤγειρεν· ἥψατο γὰρ τῆς σοροῦ, [1] καὶ * οὐκ εἶπέ τι τῷ παιδί, ἀλλὰ μόνον ἥψατο τῆς σοροῦ, καὶ ἀνέστη. τὸ δὲ ἔτι βαθύτατον, καὶ παρ' ἐλπίδα ἀνθρώπων πολλῷ μακρότερον, ὅτε ἦλθεν ἐπὶ τὸν τετραήμερον Λάζαρον, οὐδὲ εἶπεν, ἀνάστηθι, οὐδὲ ἥψατο τῇ χειρὶ τοῦ μνήματος, ἀλλ' οὕτως ἐν ἑτοίμῳ καλεῖ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ· Λάζαρε δεῦρο ἔξω. πολὺ δὲ δυσχερέστερόν ἐστι καὶ ἑτοιμότερον τό, δεῦρο ἔξω, παρὰ τὸ ἅψασθαι· τὸ δὲ ἅψασθαι πάλιν δυσχερέστερόν ἐστι πολὺ τοῦ καλέσαι, ἡ παῖς ἀνάστηθι. ὧδε

δὲ

1. καὶ οὐκ εἶπέ τι &c. Et in parte labitur Epiphanii argumentatio; quæ tamen nec tota corruit; paucis mutatis firmitati facile restitueretur suæ. Apud Lucam VII, 14, legimus Christum Jesum non tantum tetigisse loculum, quo mortuus ferebatur adolescens; sed & eidem insuper præcepisse ut surgeret. Vulgata habet, *Adolescens, tibi dico, surge*; cui omnino respondet græce dictio, νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι.

quidem omnia ſanctum Dei Verbum ideo molitum eſt, ut ſpem nobis reſurrectionis offerret.

CI. Verum ſi auctoritates omnes e ſacris literis excerpere voluero, primum tenuis ac perpuſilla rudiſque mens eſt noſtra: deinde vereor ne propter copiam ac multitudinem longius oratio noſtra proferatur. Quamobrem paucis, atque hoc uno verbo complectar: Brevem ac compendiariam ſalutis eſſe noſtræ viam, ac præ cæteris in hac una reſurrectionis quæ prædicata nobis eſt, fiducia collocatam. Sed his fidem abrogant infideles, corrumpunt hæretici, contumaces reſpuunt, vani homines reiiciunt. Deus vero miſericordiam omnibus impertiri velit, & obductas caligine mentes illorum ſua luce perfundat. Etenim Gentiles, ubi Spiritum ſanctum acceperint, ab ipſa veritate ac ſuperioribus omnibus hiſce teſtimoniis refellentur, ſed a vobis maxime ſanctæ Dei Eccleſiæ ac fidei orthodoxæ filiis. Docete itaque vos qui Spiritu ſancto præditi eſtis, quibus opportuni ſermonis conceſſa facultas eſt cum os aperueritis: primum quod diſcipuli eſſe Chriſti meruiſtis paſtorum Principis, & animarum noſtrarum moderatoris, ac præſidis: utpote qui Chriſti gregibus, hoc eſt, commiſſis populis alimenta colligentes, in eam curam incumbitis, ut tam vos ipſos, quam Dei pecora, nempe quemlibet qui ex ſancta illa terra quæ apud Moyſen ſignificatur, fructum capere voluerit, ſedulo paſcatis. Quis igitur prudens, ſi ad vos religioſos ac fideles reſpiciat, o Catholici & Eccleſiæ filii! cum aliquos nomino, veritatis omnes filios uti ſcriptum eſt, comprehendi volo: quis, inquam, vos intuens, de horum fide dubitabit? Vos enim ſapientis illius ac fortiſſimæ mulieris eſtis filii, cujus decus & gloriam Salomon his verbis expreſſit: *Mulierem*
Prov. 11. 10. *fortem quis inveniet*? Quare cum raram illam eſſe vel ſingularem potius judicet? vos quod melius eſt eligite, & quod utile
Eccleſia fortis eſt mulier. eſt adamate. *Fortem* vero *mulierem* ad Eccleſiam Dei, matremque veſtram pertinere putate, qua nihil eſſe poteſt fortius: ut quæ ſingulis quibuſque perſecutionibus pro viri ſui nomine mortem oppetat.

CII. Eadem vero candidiſſima mulier de ſponſo ſuo diligen-
Cant. 1. 7. ter ſciſcitatur in Canticis: *Ubi paſcis, ubi cubas in meridie*? Chriſtus [1] vero in terra illa non modo paſcit, ſed & pecorum ſuorum pedes calceamentis exui jubet, uti Moyſes principio de-

δι' ὧν πάντα ποιεῖ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἵνα ἡμῖν τὴν ἐλπίδα ὑποδείξῃ τῆς ἀναστάσεως.

Εἰ δὲ βουληθείην τὰς πάσας μαρτυρίας ἐκ πασῶν τῶν γραφῶν ἐκλέξασθαι, μικρὸς μὲν ὁ ἡμέτερος νοῦς, βραχύς τε καὶ ἰδιώτης· ὅμως διὰ τὸ πλῆθος εἰς πολὺ πλάτος ἐπεκτείνω τὸν λόγον. συνελὼν δὲ ἐρῶ, ὅτι ἡ ἡμῶν σωτηρία σύντομός ἐστιν, ἐν πᾶσι δὲ ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως ἡμῖν κεκηρυγμένης. ταῦτα δὲ ἀπιστοῦσιν οἱ ἄπιστοι, παραφθείρουσι κακόδοξοι, οὐ δέχονται φιλόνεικοι, ἀπωθοῦνται κενόδοξοι. τοῖς δὲ πᾶσιν ὁ Θεὸς τὸ ἔλεος παράσχοι, καὶ διαυγάσῃ τὰ ζοφούμενα τῶν διανοημάτων. Ἐλλιπῶς μὲν γὰρ λαβόντες Πνεῦμα ἅγιον, ἐλεγχθήσονται ὑπὸ τῆς ἀληθείας καὶ πασῶν τῶν προλεχθεισῶν μαρτυριῶν, μάλιστα δὲ ὑφ' ὑμῶν τῶν υἱῶν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως. διδάσκετε γὰρ λαβόντες Πνεῦμα ἅγιον, καταξιωθέντες λόγου ἀληθείας ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος· πρῶτον μὲν, ὅτι μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ καταξιωθέντες εἶναι τοῦ ἀρχιποιμένος καὶ προστάτου τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, ὡς τὰ τρόφιμα τοῖς τοῦ Χριστοῦ ποιμνίοις τοῖς ἑαυτῶν λαοῖς συναγαγόντες, μεριμνῶντες ὅπως ἑαυτούς τε καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ θρέμματα· φημὶ δὲ τὸ βουλόμενον πάντως ὠφελεῖσθαι ἐκ τῆς ἁγίας γῆς τῆς παρὰ Μωϋσῇ αἰνιττομένης, θρέψητε. τίς δὲ τῶν ἀφρονούντων εἰς ὑμᾶς τοὺς εὐλαβεῖς καὶ πιστοὺς σκοπῶν, ὦ ὀρθόδοξοι καὶ υἱοὶ τῆς Ἐκκλησίας. ἐκείνους γὰρ λέγων πάντας τοὺς υἱοὺς τῆς ἀληθείας λέγω κατὰ τὸ γεγραμμένον, τίς περὶ τούτων ἀμφιβάλλοι; σοφῆς γὰρ ὄντες καὶ ἀνδρειοτάτης υἱοὶ γυναικὸς, ἧς τὸ κλέος παρὰ Σολομῶντι λέγοντι· γυναῖκα ἀνδρείαν τίς εὑρήσει; ὡς σπανίας οὔσης, μᾶλλον δὲ μιᾶς, τὸ κρεῖττον ἐκλέξεσθε, καὶ τὸ ὠφέλιμον ἀγαπήσετε. ἀνδρείαν δὲ γυναῖκα νοεῖτέ μοι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ τὴν ὑμῶν μητέρα, ἧς οὐδὲν ἀνδρειότερον, θνησκούσης καθ' ἕκαστον ἐπεγειρομένων διωγμῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἰδίου ἀνδρός.

Αὕτη οὖν ἡ ἐπιζητοῦσα τὸν ἴδιον νυμφίον ἀκριβῶς ἐρωτᾷ ἐν τῇ βίβλῳ τῶν ᾀσμάτων· ποῦ ποιμαίνεις; ποῦ κοιτάζεις ἐν μεσημβρίᾳ; ποιμαίνει δὲ Χριστὸς [1] ἐν γῇ τῇ προειρημένῃ, καὶ οὐ μόνον ποιμαίνει, ἀλλὰ καὶ προστάσσει λύειν τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν τῶν ποιμένων, ὡς Μωϋσῆς

πρῶ-

1. Ἐν γῇ τῇ προειρημένῃ. Crediderim hisce in verbis S. Epiphanium respexisse ad Ecclesiam. Nostri interpretes, locum illum exprimere latinis verbis praetermiserunt.

Exo. 3. 5. declaravit. A quo & vos traditum illud accipientes, primum eos qui ad ſanctam ſcientiam introducuntur, [1] tuto dirigite, & ut quilibet calceos exuat diligenter efficite. [2] Varii porro ſunt unjuſcujuſque noſtrum calcei: nam ſuis quiſque factis velut calceamentis ſubnexus eſt. Atque hoc modo vobis Chriſti diſcipulis & egregiis paſtoribus obſequentes ſinguli, ſi quis idolorum cultu velut calceo ſubſtrictus eſt, hunc ipſum cultum veſtra cohortatione ſolvit: alius adulterium exuit; ſornicationem alius; alius furtum; cupiditatem alius & avaritiam. Neque hoc tantum: ſed & abominandis verbis ac turpibus renuncians, ſpe felicitatis illectus unuſquiſque ſeſe ſub fortiſſimam optimi Paſtoris manum pro vos præclaros diſcipulos paſcendum committit: nemo enim erit, qui non errorem abiiciat. Vos autem ob oculos veritatem proponite, & idolis damnatis quantopere oberrent ii qui ea venerantur, palam & libere prædicate. Neque enim mortuos illos exiſtimate, ut qui vitam habuerint nunquam: ſed vana, inania, nec uſquam exiſtentia merito omnes ac perpetuo docete: neque enim aliquando fuerunt, ut eſſe dicantur. Sed nihil aliud ſunt præterquam mali Dæmones, cogitationis humanæ commentum, quod voluptatum illecebris occaſiones ſuppeditavit. Hinc [3] affectiones quiſque ſuas Divino cultu conſecrare auſus eſt. Ac principio quidem, ſimulatque Dæmonum improbitate novum ſuperſtitionis genus in homines invectum eſt, primum fornicatio voce ac ſermone tradita eſt; ac rudi [4] picturæ delineatione ſunt expreſſa ſimulachra. Deinde quam quiſque exercebat artem qua quotidianum ſibi victum quæreret, venerandam ac colendam liberis ſuis obtulit. unde ex peculiari artis ſuæ materia ſinguli ſibi Deos effinxerunt: veluti figulus e luto, [5] aurifex ex auro, & argentarius faber ex argento.

De Idolorum origine.

CIII. Ad hæc affectionem [6] unuſquiſque ſuam ad eam imaginem, quam ob oculos ſibi propoſuerat, deſcripſit. Itaque crudelis quiſpiam & ſanguinarius Deum eſſe Martem aſſeruit: mœchus aliquis aut mœcha, promiſcuam venerem: tyrannus Victoriam pennis inſtruxit: ſquallidus ille ac lucro & opibus inhians Saturni effigiem edidit: effœminatus alter Cybelen & Rheam,

1. χειραγωγεῖτε, manu ducite, manu dirigite.

2. τῷ γὰρ ἰδίῳ &c. Sententia animadverſione digna.

πρῶτον λέγε. παρ' οὗ τὴν παράδοσιν παρειληφότες καὶ αὐτοὶ, τοὺς εἰς τὴν ἁγίαν ἐπιστήμην εἰσαγομένους, ἀσφαλῶς [1] χειραγωγεῖτε· πρῶτον, τὰ ὑποδήματα ἑκάστου ἐπιλύεσθαι ἐπιμελόμενοι. ὑποδήματα δὲ ἑκάστου ὑμῶν ἔχει διαφοράν· [2] τῇ γὰρ ἰδίᾳ ἑαυτοῦ πράξει ἕκαστος ὑπεδήσατο. καὶ λοιπὸν ὑμῶν τῶν μαθητῶν καὶ καλῶν ποιμένων ὑπακόων ἕκαστος, ὃς μὲν ὑπεδήσατο εἰδωλολατρείαν, ὑπελύσατο τῇ ἡμῶν νουθεσίᾳ. ἄλλος δὲ μοιχείαν ὑπελύσατο, ἕτερος πορνείαν, ἄλλος κλοπὴν, ὃς δὲ πλεονεξίαν. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ λόγοις συγητοῖς καὶ αἰσχροῖς ῥήμασιν ἀποπατούμενοι. * μακαρίας ἐλπίσιν ὑπὸ χεῖρα κραταιὰν τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος δι' ὑμῶν τῶν καλῶν (τῶν) μαθητῶν ἕκαστος βουκολεῖσθαι παραδίδωσιν ἑαυτόν· ἀφέξεται γὰρ ἕκαστος πάντως τῆς πλάνης. καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν παρατίθεσθε τὴν ἀλήθειαν, εἴδωλα μὲν παραχαράττοντες, καὶ ἀναφανδὸν τὴν περὶ αὐτῶν πλάνην ἀνακηρύττοντες. οὔτε γὰρ νεκροὺς τούτους ἡγεῖσθε, ἐπεὶ μή ποτε ἔζησαν· κενὰ δὲ καὶ μάταια καὶ οὐκ ὄντα, εἰκότως πάντες πάντοτε διδάσκοντες· οὐ γάρ ἦσάν ποτε, ἵνα ὦσιν. ἐκεῖνοι δέ εἰσι κακοδαίμονες ἀνθρωπίνης διανοίας παραθέσεις, ἡδονῶν ἀφορμὰς ἐπιῤῥώσασα· [3] καὶ ἔνθεν ὑπὸ ἑκάστου τὸ ἴδιον πάθος εἰς σέβασμα κυρωθὲν τετόλμηται. πρῶτον γὰρ εὐθὺς ὅτε τοῦτο τοῖς ἀνθρώποις ἐκαινοτόμητο διὰ δαιμόνων κακουργίας, πρώτη αὕτη πορνεία ἀπεφθέγξατο, καὶ [4] σκιογραφίαις τὰ εἴδωλα προετυποῦτο. ἔπειτα τέχνην τὴν ἰδίαν τὴν μετὰ χεῖρας εἶχεν ἕκαστος δι' ἧς τὴν εὐπορίαν ἔσχεν, εἰς σέβασμα τοῖς ἰδίοις παρεδίδου τέκνοις, καὶ διὰ τῆς ὕλης τῆς ἰδίας τεχνουργίας θεοὺς ἀνεπλάσαντο· καὶ κεραμεὺς μὲν ἐκ πηλοῦ, [5] τέκτων ἐκ ξύλου, χρυσοχόος ἐκ χρυσίου, καὶ ἀργυροκόπος ὡσαύτως.

Ἔτι [6] δὲ πάλιν ἕκαστος τὸ ἴδιον πάθος εἰς * μορφὴν ἐμφερείας τῶν ἰδίων ὀφθαλμῶν διέγραφεν. ὁ μὲν αἱμοβόρος τις ἀνὴρ Ἄρεα φάσκων· μοιχὸς δὲ ἢ μοιχὰς τὴν πολύκοινον Ἀφροδίτην· τύραννος δὲ νίκην ἀναστηρώσας· αὐχμώδης γὰρ καὶ περὶ τὰ βιωτικὰ κεχηνὼς, Κρόνου τὸν τύπον ἔγραφε. * θηλυνόμενος δὲ Κυβέλην

* For. μακαρίαις.

* γρ. μορμορωπείας.

* γρ. θηλυνόμενος.

3. Animadverte quæ prima juxta Epiphanium inanium deorum origo.

4. σκιογραφία, prima illa rei delineatio qua pictores in tabula rei ejusdem speciem adumbrant. Itali vernaculo sermone nostro, quod græci σκιογραφίαν vocant, dicere consuevimus chiaroscuro.

5. τέκτων ἐκ ξύλου, Faber lignarius ex ligno: quod est in latina versione omissum.

6. Ἔτι δὲ πάλιν ἕκαστος. Clementis Alexandrini locus eodem pertinet Strom. VII. Ἕλληνες δὲ ὥσπερ ἀνθρωπομόρφους, οὕτως καὶ ἀνθρωποπαθεῖς τοὺς θεοὺς ὑποτίθενται. καὶ καθάπερ τὰς μορφὰς αὐτῶν ὁμοίας ἑαυτοῖς ἕκαστοι διαζωγραφοῦσιν, ὥς φησιν ὁ Ξενοφάνης, Αἰθίοπες (τε) μέλανας τε σιμούς τε, Θρᾷκες τε πυῤῥοὺς καὶ γλαυκούς. οὕτως καὶ τὰς ψυχὰς ὁμοιοῦσιν, καὶ τοῖς αὐτοῖς ἀναπλάττουσιν. αὐτίκα βάρβαροι (οἱ) μὲν θηριώδεις, καὶ ἀγρίους τὰ ἤθη, ἡμερωτέρους δὲ Ἕλληνες, πλὴν ἐμπαθεῖς. Hæc ad locum præsentem Petavius.

Rheam, propter rheusin sive profluvium illud, opinor, quod in crebra corporum commistione scatet: vagus alter aut vaga venatricem Dianam instituit, aut ebriosum Bacchum, aut laboriosum Herculem: qui promiscuam venerem sectabatur, Jovem & Apollinem. Quid autem attinet infinitarum in hominibus affectionum recensere copiam? Sed nationum omnium errorem facile superarunt Ægyptii: qui non affectiones modo suas Deorum instar venerati sunt: sed & volucres ac quadrupedes, terrestria itidem & in aquis degentia, nonnullas feras & agrestes belluas, eaque demum animantia quæ sibi ad servitutem a Deo tributa fuerant, divinis honoribus affecerunt. Nec eos vel canis latrantis puduit, vel æluri qui reptilibus pascitur, vel hirci libidinosi, vel imbecillis oviculæ, vel multifidi & immanissimi crocodili, vel ibis quæ veneno vescitur, aut milvii, aut accipitris, aut corvi, quæ servilia imprimis animalia sunt, nec tortuosi denique ac fœdissimi serpentis. Et ut paucis absolvam, o incredibilem illorum infamiam! qui ne obversantem quidem oculis reprehensionem suam animadvertunt: nec auribus istius rei sensum admittunt: nec quæ a se tam absurde geruntur, animo ac cogitatione percipiunt. Quocirca pessimo quodam fato velut icti sunt: neque a suis philosophis veritatis luce perfunduntur: nec una cum his qui eandem veritatem ex humanioribus disciplinis hauserunt, hujus inspectores esse student. Nam Diagoræ illud non audiunt [1], qui cum ligneum quoddam suum Herculis simulachrum

Ægyptiorum superstitio cæteris omnibus major.

Diagoras.

1. οὐκ ἀκούουσι γὰρ Διαγόρου. His, quæ de Diagora heic habet Epiphanius, similia inveniuntur apud Clementem Alexandrinum in sua ad Gentes Oratione, pag. 15. juxta præclaram Florentinam Editionem anni MDL. In ea quum posuisset Clemens aliquos philosophos, quos inter Diagoram, inanium Deorum religionem & cultum contempsisse, subjungit non exiguum inde præsidium veritati accedere, si non veritatis adeptione, erroris saltem detectione. En ipsa Clementis verba, οἱ καὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν μὴ νενοηκότας, ἀλλὰ τὴν πλάνην γε ὑπωπτευκότας, ὅπερ οὐ σμικρὸν τῆς ἀληθείας φρονήσεως ζώπυρον ἀναφύεται σπέρμα. Pergit narrare deinde vir doctus quomodo Diagoras ligneam Herculis imaginem e se concisam cum irrisione & contemptu in ignem injecerit, uti sibi cœnam coqueret, sive ut est apud Athenagoram, ne coquendis rapis deesset ignis. Præsidium erit igitur veritatis si viri natura doctrinæ præstantes inanes deos nihili fecerint, irriserint, contempserint: hoc ipso enim indicium præbent se in illorum licet religione altos, educatos, institutos, agnita veritate errorem animo jam exuisse. Quo in re illud animadvertas oportet ejusmodi irrisores tales esse debere qui omnem non deposuerint religionem. Si enim Athei sint, & numen quodlibet negent, ab unius vel alterius religionis irrisione derivatum argumentum pro veritatis defensione, uti manifesto patet, nil prorsus valeret. Constat autem Diagoræ, cujus exemplo utuntur Clemens atque Epiphanius, Atheismi notam a veteribus fuisse inustam. Aperte est auctoritas Ciceronis in libris primo & tertio de natura Deorum, Athenagoræ insuper, Hesychii, Suidæ. Qui caussam narrent, ob quam ab eva-

βέλλω καὶ Ῥέαν, διὰ τὸ ῥᾳστον οἶμαι τῆς ἀπὸ τῶν σωμάτων πολυμιξίας. ἄλλος τις ῥέμβος ἢ ῥεμβὰς Ἄρτεμιν κυνηγέτειαν προτύπει, καὶ μέθυσον Διόνυσον, καὶ πολύμοχθον Ἡρακλέα· πολύμιξ δέ τις Δία καὶ Ἀπόλλωνα. καὶ τί μοι τὰ πλήθη λέγειν μυρίων παθῶν ἐν ἀνθρώποις ὑπαρχόντων; πλέον δὲ πάντως Αἰγύπτιοι πλανηθέντες οὐ μόνον τὰ ἴδια πάθη ἐσεβάσθησαν, ἀλλὰ πτηνὰ καὶ τετράποδα, χερσαῖά τε καὶ ἔνυδρα, καὶ ἀτίθασσά τινα θηρία, καὶ τὰ εἰς δοῦλα αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Θεοῦ παραδοθέντα, τῇ τάξει μετήλλαξαν, καὶ ὡς ὄντες τῇ διανοίᾳ κτηνώδεις, ὑπερσέβουσι τὰ ζῶα τὰ παρ' αὐτοῖς, θεοποιοῦντες, καὶ οὐκ αἰσχυνόμενοι κύνα τὸ ὑλακτικὸν, αἴλουρον τὸ ἑρπετοφάγον, τράγον τὸ ἀκόλαστον, πρόβατον τὸ βληχρὸν, κροκόδειλον τὸ πολυχειδὲς καὶ * ἀμειδέστατον, ἶβιν τὴν ἰοβόρον, καὶ ἰκτῖνα, καὶ ἱέρακα, καὶ κόρακα τὰ δουλοπρεπέστατα, ὄφιν δὲ τὸ σκολιὸν καὶ ἀηδέστατον· καὶ ἁπαξαπλῶς οἱ τῆς μεγάλης αἰσχύνης τῶν * μηδὲ ὄψιν τῶν ἑαυτῶν ἐλέγχων κατανοούντων, καὶ μὴ ἀκοαῖς τὴν αἴσθησιν παραλαμβανόντων, μήτε διανοίᾳ τῶν παρ' αὐτοῖς ματαίως γινομένων συνιέντων. κακῷ γοῦν μόρῳ πεπληγμένοι εἰσὶ, μηδὲ τοῖς ἰδίοις φιλοσόφοις ἐγκαταυγαζόμενοι, μηδὲ τοῖς τῆς ἀληθείας ἐγκυκλισταῖς συνθεαταὶ γινόμενοι. [1] οὐκ ἀκούουσι γὰρ Διαγόρου τοῦ τὸν ἴδιον Ἡρακλέα ξύλινον ὄντα

* Fort. ἀηδέστατον.

* Cor. τῶν μηδ' ὄψιν τὴν ἑαυτῶν ἐλέγχει.

ta discesserit religione Diagoras, ut Valerius Maximus, Tatianus, Aristophanis Scholiastes, vel diserte adfirmant illum omnem rejecisse religionem: vel ea referunt, quæ rem eandem commode insinuare videntur. Nihilo tamen minus Clemens & Epiphanius, viri profecto non indocti, quos non latebat certe quæ haberetur de Diagora opinio, pro certo habent ipsum non omnem, sed inanem tantummodo, & falsam risisse religionem. Quid igitur? num veritati religionis dum studebant Ecclesiæ Patres, historiæ veritatem contemnebant, violabant? Ita statuunt aliqui, qui licet eruditione polleant, a Romanæ tamen Ecclesiæ communione sunt alieni; & ita statuant necesse est quicumque credunt Diagoram numen quodvis rejecisse. Ejusmodi sunt ut aliquos memorem, Petrus Baelius in Lexico ad vocem Diagoras: Joannes Franciscus Buddeus in Tractatu de Atheismo: Joan. Albertus Fabricius in Bibliotheca græca lib. II. cap. XXIII. num. XVI. sive tomo I. pag. 819. Jacobus Bruckerus in historia critica philosophiæ Part. II. lib. II. c. XI. num. XXVI. Non deesse tamen qui ab rejecti numinis ignominia Diagoram eximant, vel ex illorum gravissimorum virorum opinione mirifice demonstraretur, qui, quod ipsamet natura neminem patiatur Deum ignorare, vere Atheum neminem esse posse contendunt. Quod si de omnibus dicunt hominibus, de iis, qui doctrinæ splendore fulserunt negari sane nullo modo poterit. At hac missa ratione, non desunt, qui adversus calumniam illam pro religione Diagoræ pugnent. Nomina illorum inveniri poterunt indicata ab illis ipsis scriptoribus, quos paullo ante memorabam. De Diagoræ igitur Atheismo certa sententia non est, sed mera opinio; & quod opinio mera sit in diversas agitata partes, temeritatis notam non effugiet, qui reprehendat Patres Ecclesiæ, quod illius opinionis eam partem sequantur, quæ Diagoram credit ab Atheismo alienum. Ad hæc Diagoræ libros non habemus; illius igitur sensa ex aliorum scriptis eruamus necesse est. Scriptores de illo agentes ab illius ætate longe distant. Cicero omnium antiquior, eo recentior est annis quadringentis. Certi ne esse possumus falsi nihil in tanta temporum longitudine irrepsisse? Verum Cicero, aliique ab antiquioribus acceperunt: negat id nemo. Constatne quo sensu antiquiores illi Diagoram Atheum dixerint? In memoriam revocemus,

chrum in focum penuria lignorum conjecisset, etiam dicterium illud adjecit: Age Hercules decimum tertium hoc certamen confice: ades, inquam, & cœnam nobis coquito. Tum Herculem corripiens, & assulatim comminuens cùm ingenti numinis sui ludibrio, utpote qui omnino nusquam esset, & ob paratum illius ope prandium irridens, epulatus est.

Heracliti dictum in Ægyptios CIV. At Heraclitus [1] Ægyptiis hunc in modum obiicit: Si Dii sunt quos colitis, cur illos lugetis? Nam illi Typhonem, & Osirim, & alios sub terram depressos Deos lugubri carmine prosequentes, tanquam sepultos lugere solent. Quare sic illos arguebat Heraclitus: Si Dii sunt, cur illos defletis? sin mortui sunt, frustra lamentamini. Alius porro Comicus Eudæmon nomine sic loquitur: [2] Si quidem Dii sunt, de his asserere non possum, & cujusmodi sunt explicare vereor. sunt enim plura, quæ me prohibent. Et Homerus.

Ill. *a.* *Multorum*, inquit, *imperium damno*.

At Philemon Comicus: [3]

At Deum unicum
Quicunque adorant, spem bonam ac certam gerunt
Suæ salutis.

Enim vero Apis [4] ille paleis vescens vitulus a Cambyse Assyriorum rege gladio in femore sauciatus est, ut ex profluente sanguine Deum non esse monstraret. Jam qui Saturnum venerantur, Deum hunc suum ferreis catenis vinctum esse non negant, sed ultro etiam fatentur. at qui in custodia detinetur, non modo potentiori alicui subiicitur, sed ob maleficium aliquod vinculis coerceri solet. Præterea si de Iside, quæ & Atthis & Jo vocata est, sermonem instituero, filia nempe Apidis Cappadocis qui & Inachus dictus est, pudeat me forsan illius gesta per-

vocemus, nihil esse antiquius apud homines, nihil tritum magis, quam Atheum appellari irrisorem illius religionis, in qua vixerat, ab hominibus ejusdem religionis. Nec rei ratio obscura latet; quicumque enim Deum vel Deos colit, aut colebat, quandoquidem sermo non respicit proprie veri Dei cultores, veros Deos se colere credebant, & ideo vere Atheos reputabant, qui illos contemnebant Deos. Hinc, quemadmodum notum est omnibus, negati numinis calumnia impacta multis, & gravissimis antiquitatis hominibus. Eam sane non effugit Cicero, non Aristoteles, non Socrates, non alii, quorum plurimi memorantur ab Alberto Fabricio in loco mox laudato. Non video igitur cur reprehendendi sint Ecclesiæ Patres, quod præsidium veritati quæsiverint ab historia veterum philosophorum, qui plurium Deorum inanem religionem contempsere. Si demum a summa impietate inficiati Dei Diagora vindicari non posset: quid inde? forte ne taberetur Clementis Alexandrini argumentatio; labefactaretur illa Epiphanii? nil minus, submoto Diagora, loco illius alterum repone, qui inanes suæ gentis Deos irriserit, & integra manebit Patrum illorum sententiæ firmitas.

δι' ἀπορίαν ξύλων ὑποκαύσαντος, καὶ ἐπισκωμματικῶς αὐτοῦ λέγοντος· ἄγε δὴ Ἡρακλῆς, τὸν τρισκαιδέκατον ἆθλον ἐκτελῶν, πάρελθε τὸ ὄψον ἡμῖν ἕψησον. ὃν δὴ λαβὼν, καὶ σχιδακίσας, καταγελῶν τοῦ ἰδίου Θεοῦ ὡς οὐκ ὄντος, τῷ * παραστιθέντι αὐτῷ ἄριστον γελοιάζων, ἐξέφετο.

* For. παρατιθέντι, vel ἄριστον.

Ἄλλος δὲ [1] Ἡράκλειτος * Αἰγύπτιος φησίν· εἰ θεοί εἰσι, διὰ τί θρηνεῖτε αὐτούς; Τυφῶνα γὰρ καὶ Ὄσιριν, καὶ ἄλλους καταχθονίους λιγυρῶς θρηνῳδοῦντες, ὡς κεκηδευμένους πενθοῦσι. φησὶ γοῦν οὕτως· εἰ θεοί εἰσι, διὰ τί θρηνεῖτε αὐτούς; εἰ δὲ τεθνήκασι, μάτην θρηνεῖτε αὐτούς. [2] ἄλλος δὲ Κωμικὸς Εὐδαίμων τοὔνομα, φησίν· εἴπερ εἰσὶ θεοὶ, οὐ δυνάμεθα περὶ αὐτῶν λέγειν, ὁποῖοί τινές εἰσι δηλιῶν δηλῶσαι· πολλὰ γάρ εἰσι τὰ κωλύοντά με. καὶ Ὅμηρος δή φησιν.

* For. Αἰγυπτίων.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

ὁ δ' * ἐφ' ἡμῶν [3] ἕτερος Κωμικός φησιν,

ΟΙ ἕνα Θεὸν
Σέβοντες, ἐλπίδας ἔχουσι καλὰς εἰς
Σωτηρίαν.

*Cor. ὁ δὲ Φιλήμων.

CXIV. Cum igitur nationes illæ omnes a tribus Noëmi filiis hunc in modum propagatæ fuiſſent, ac mundus in tres filios trifariam diſtributus; [9] jusjurandum, uti dixi, pater a ſingulis exegit, neminem in ſortem fratris invaſurum eſſe: qui jurisjurandi fidem violaſſet, uti cum tota ſua ſtirpe miſerrime periret.

1. Κουρκουλοπάδουσα. *Duo in unum conflata ſunt nomina. Vide Ortel.* Petavius.

2. Σαρδανὴ. *Nuſquam invenio. Ac neſcio an Sardiniam intelligat, quam in ſorte Iapheti prateriit.* Petavius.

3. Γαργανοὶ. *Utrum Georgii ſint Sarmatæ circa Pontum Euxinum: a quibus Georgiani hodie Iberi nominantur, indicent periti.* Petavius.

4. Ἀῤῥεῖς. *Arrhenem majoris Armeniæ regio-*

δες, Λύκιοι, Μαριανδηνοὶ, Πάμφυλοι, Μοχισίδιοι, Πισιδηνοὶ, Αὐγαλαῖοι, Κίλικες, Μαυρήσιοι, Κρῆτες, Μαγάρδαι, Νουμηδοὶ, Αφροι, καὶ Βιζακηνοὶ, Νασαμῶνες, Φασγίνοι, Μάζικες, Γάραμοι, Γετοῦλοι, Βλέμμυες, Αὐζομῖται οὗτοι κατέχουσιν ἀπὸ Αἰγύπτου ἕως Ωκεανοῦ. καὶ νῆσοι αὐτοῖς, * Κουρκουδαλοπάδουσα [1], Γαῦλος, Ρόδη, Μελίτη, Κέρκυρα, Μήνη, [2] Σαρδανὴ, Γόρτυνα, Κρήτη, Γλαῦκος (Ρόδη) Θήρα, Αρχανὸς, Αςυπαλαία, Χῖος, Λέσβος, Τήνεδος, Ιμβρος, Ιασος, Σάμος, Κῶος, Κνίδη, Νίσυρος, Μεγίςη, καὶ Κύπρος. Ιάφεθ δὲ τῷ τρίτῳ παῖδες καὶ παίδων παῖδες δεκαπέντε, ἕως τοῦ αὐτοῦ διαμερισμοῦ τῶν γλωσσῶν, Μῆδοι, [3] Γαργανοὶ, Αρμένιοι, [4] Αῤῥιοι, Αμαζόνις, [5] Κόλλοι, [6] Κορζηνοὶ, Βενεαγηνοὶ, Γαλάται, Καππαδόκες, Γαλάται, Παφλαγόνες, Μαριανδηνοὶ, Τιβαρηνοὶ, Χάλυβες, Μοσυνοικοὶ, Κόλχοι, * Μελαγχηνοὶ, Σαυρομάται, Μαιῶται, Σκύθαι, Ταῦροι, Θρᾷκες, Βαςερνοι, Ιλλυριοὶ, Μακεδόνες, Λίβυες, Φρύγες, Παννόνιοι, Ουέςεροι, * Ουέννοι, Δαυνεῖς, Ιάπυγες, Καλαβροὶ, [7] Ιπωικοὶ, Λατῖνοι οἱ καὶ Ρωμαῖοι, Τυῤῥηνοὶ, Γαλλοὶ, * Κεκέλτικι, Λιβυςηνοὶ, Καμπανοὶ, Κελτίβηρες, Γαλλοὶ, Ακυιτανοὶ, Ιλλυριανοὶ, [8] Βάσαντες, Σάμιοι, * Καρτανοὶ, Λυσιτανοὶ, Ουακαῖοι, Βρεττανικοὶ, Σκόρτοι, Σπάνοι. νῆσοι δὲ αὐτῶν Βρεττανία, Σικελία, Εὔβοια, Ρόδος, Χῖος, Λέσβος, Κύθηρα, Ζάκυνθος, Κεφαληνία, Ιθάκη, Κέρκυρα, Κύπρος. εἴπου δὲ ὄνομα ἔθνους ἢ νήσου ἐμπέπτωκε διττῶς, ἐν κλήρῳ ἄλλου καὶ πάλιν ἄλλου, κατὰ κοινὰ ὅρια, ἢ κατὰ τὰς γινομένας κατὰ καιρὸν ἀποικίας, ἢ κατὰ πρόσληψιν τοῦ Χὰμ, ὃς ἐπλεονέκτησε καὶ ἔλαβε τοῦ Σὴμ μέρους, μηδεὶς θαυμαζέτω ἢ ἀμφιβαλλέτω.

* Lopadusam hic agnosco.

* Reg Melanchlaeni.

* For. Melanchlaeni.

* For. Ουεννοι.

* Leg. Κίλτικι.

* For. καὶ Κέλται.

* For. Καρπιτανοί. Mox pro Σκόρτοι Σκόρτοι Σαῖτοι.

Τούτων τοίνυν τῶν ἐθνῶν οὕτως ἐκ τῶν τριῶν υἱῶν τοῦ Νῶε γεγονότων, καὶ τριχῆ τοῦ κόσμου τοῖς τρισὶν υἱοῖς διαμερισθέντος, ὡς προεῖπον, [9] ὅρκος ἀπῃτήθη παρ' αὐτῶν ὑπὸ τοῦ πατρὸς, μηδένα ἐπεμβαίνειν τῷ τοῦ ἀδελφοῦ κλήρῳ, τὸν δὲ ὑπερβαίνοντα τὸν τοῦ ὅρκου διάταγμα, ἐξολοθρεύεσθαι ἐν τῷ ὅρκῳ καὶ πᾶν τὸ σπέρμα αὐτοῦ. ἐπεὶ οὖν

regionem Plinius commemorat. Sunt & Αρ- ρῆνοι Stephano ex Strabone Maeotidis accolae. Petavius.

5. Κόλλοι. Stephanus Κώλους appellat Caucaso propinquos, a quibus Colica regio. Petavius.

6. Κορζηνοὶ. Scribe Ορσηνοὶ. Est enim Orsene Ptolomaeo minoris Armeniae tractus. Pro Beneagenis quod reponam, aliud habeo nihil, nisi Κωμαγηνοὶ, quos supra in Semi forte posuerat. Sed, ut paulo post admonet in diversis possessionibus iidem tractus populique censentur. Petavius.

7. Ιπωικοὶ. For. Οπικοὶ, aut Ιρπῖνοι. Mox pro Λιβυςηνοὶ suspicor leg. Λιγυςινοὶ. Petavius.

8. Βάσαντες. An Vasates. Petavius.

9. ὅρκος ἀπῃτήθη. Confer numerum LXXXIV. Haereseos LXVI. in Panario.

ret. Quocirca cum in Semi sortem Palæstina cessisset cum adjacentibus regionibus, Chanaam filius Cham alieni cupidus & injurius eam, quæ postea Palæstina dicta est, hoc est, Judæam invadit, ac per vim eripit: Deus interim patienter dissimulabat, ac pœnitentiæ tempus indulgebat ut Chami posteritas resipisceret, Semique filiis possessionem suam restitueret. At illi tantum abest ut pœnitentia ducerentur; ut modum mensuramque scelerum suorum implere vellent. Tum igitur justissimus Deus multis generationibus evolutis violatam jurisjurandi religionem ultus est. Ita quippe *Amorrhæorum fuit implenda mensura*. Etenim Sem genuit Arphaxad: Cham genuit Chanaam. Chanaam post alienæ sortis usurpationem genuit Amorrhæum, & Gergesæum, & Pherezæum, & Evæum, & Arucæum, & Aradium, & Sidonium. Hunc in modum generationes recensentur ad Semi usque vindictam. Sem qui injuriam acceperat, genuit Arphaxad, uti dictum est. Arphaxad genuit Cainam: Cainam Salam: Sala Heber, sub quo turris est extructa. Heber genuit Phalec, cujus tempore terræ ac linguarum est facta divisio. Phalec genuit Rhagau, Rhagau Seruch, Seruch Nachor, Nachor Tharram, Tharra Abraam, Abraam Isaac, Isaac Jacob qui cognominatus est Israël, a quo Israëlitæ, Jacob Judam, Judas Phares, Phares Efron, Efron Aram, Aram Aminadab, [1] Aminadab Naason & Salmon. Hactenus Semi genealogia. Hos itaque posteri Cham cum per injuriam oppressissent, eorumque possessionem intervertissent, Deus tandem illos vindicavit, ac Chananæos ex concepta jurisjurandi formula funditus extinxit. Ita Semi progenies in proprias sedes postliminio restituitur. Quapropter nullam cuiquam Deus injuriam fecit, qui utrique parti quod merebatur attribuit: *Non enim Deus irridetur*, ut initio dixi.

Gen. 15. 16.

Gal. 6. 7.

CXV. Cæterum sub Israëlitarum exitum cum Synagogam Deus sibi despondere vellet, ita Moysen alloquitur: *Solve calceamenta e pedibus tuis*. Sic enim qui purum ad lavacrum accedit, primum calceamenta deponit. Verum longo interjecto temporis spatio, *cum a via sua unusquisque nostrum aberrasset*, ac Synagoga ipsa suis in malis obsolesceret, nondum tamen Deus Lavacrum regenerationis ostenderat. Sed cum plures jam annos distulisset, postmodum sanctæ suæ Ecclesiæ sanctissimum illud Lavacrum aperuit. Ac primum in Moyse calceamenta

Exo. 3. 5.

Esai. 53. 6.

ἐν τῷ κλήρῳ Σὴμ ἡ Παλαιστίνη ὑπέπεσε, καὶ πάντα τὰ πλησίον αὐτῆς, πλεονέκτης δὲ ὢν ὁ Χαναὰν υἱὸς Χὰμ ἐπῆλθεν τῇ Παλαιστίνων ὕστερον γῇ, τουτέστι τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἀφαρπάζει αὐτήν· ἐμακροθύμει δὲ ὁ Θεὸς, διδοὺς χρόνους μετανοίας, ἵνα μετανοήσωσιν οἱ ἐκ τοῦ Χὰμ, καὶ ἀποδῶσι τοῖς τοῦ Σὴμ τὴν ἰδίαν κληρουχίαν· ἐκεῖνοι δὲ οὐ μετενόουν, ἀλλ' ἤθελον τὸ μέτρον αὐτῶν πληρῶσαι. τότε ὁ Θεὸς μετὰ πολλὰς ὕστερον γενεὰς δίκαιος ὢν ἐκδικεῖ τὴν παράβασιν τοῦ ὅρκου. οὔπω γὰρ ἔδει πληρωθῆναι τὸ Ἀμορραίων μέτρον· Σὴμ γὰρ γεννᾷ τὸν Ἀρφαξάδ· Χὰμ δὲ γεννᾷ τὸν Χαναάν. Χαναὰν δὲ γεννᾷ μετὰ τὴν πλεονεξίαν τὸν Ἀμορραῖον, καὶ τὸν Γεργεσαῖον, καὶ Φερεζαῖον, καὶ Εὐαῖον, καὶ Ἀρουκαῖον, καὶ Ἀράδιον, καὶ Σιδόνιον. ἀριθμοῦνται τοίνυν οὕτως αἱ γενεαὶ ἕως τῆς τοῦ Σὴμ ἐκδικίας. Σὴμ ὁ πλεονεκτηθεὶς γεννᾷ τὸν Ἀρφαξάδ, ὡς εἴπομεν. Ἀρφαξὰδ γεννᾷ τὸν Καϊνᾶ· Καϊνᾶ τὸν Σάλα· Σάλα τὸν Ἔβερ· καὶ γίνεται ἡ πυργοποιΐα. Ἔβερ γεννᾷ τὸν Φαλὲκ, καὶ γίνεται γῆς καὶ γλωσσῶν διαμερισμός. Φαλὲκ γεννᾷ τὸν Ῥαγαῦ, Ῥαγαῦ τὸν Σερούχ, Σερούχ τὸν Ναχώρ, Ναχὼρ τὸν Θάρρα, Θάρρα τὸν Ἀβραάμ, Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ, Ἰσαὰκ τὸν Ἰακὼβ τὸν ἐπονομασθέντα Ἰσραὴλ, ἐξ οὗπερ Ἰσραηλῖται. Ἰακὼβ τὸν Ἰούδαν, Ἰούδας τὸν Φαρὲς, Φαρὲς τὸν Ἐσρὼμ, Ἐσρὼμ τὸν Ἀράμ, Ἀρὰμ τὸν Ἀμιναδὰβ, [1] Ἀμιναδὰβ τὸν Ναασσὼν καὶ τὸν Σαλμών. αὗται αἱ γενεαὶ τῶν ἀπὸ Σὴμ γεγεννημένων. τούτους οὖν ἀδικηθέντας ὑπὸ τῶν υἱῶν Χὰμ, καὶ τὸν ἴδιον τόπον ἀφαιρεθέντας ἐκδικεῖ ὁ Θεὸς, ἐξολοθρεύσας τοὺς τοῦ Χαναὰν κατὰ τὸν ὅρκον αὐτῶν· καὶ τὸ σπέρμα τοῦ Σὴμ τὴν ἰδίαν ἀπολαμβάνει χώραν. οὐκ ἠδίκησεν οὖν ὁ Θεὸς, τὰ δίκαια ἑκάστῳ * μέρη ἀπονέμων· οὐ γὰρ μυκτηρίζεται ὁ Θεὸς, ὡς προεῖπον.

* Cor. μέρει.

Ἐν τῇ οὖν ἐξόδῳ Συναγωγὴν ἑαυτῷ ὁ Θεὸς ἁρμόζων, φησὶ Μωϋσῇ· ὑπόλυσαι τὰ ὑποδήματα ἐκ τῶν ποδῶν σου. πῶς γὰρ ὁ μέλλων καθαροῖς λουτροῖς προσιέναι, πρῶτον ὑπολύεται. ἐπειδὴ τοίνυν χρόνος πολὺς διελήλυθε, καὶ πᾶς τις ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθημεν, καὶ αὕτη ἡ Συναγωγὴ ἐν τοῖς ἰδίοις κακοῖς ἔμενεν, οὔπω τὸ Λουτρὸν ὁ Θεὸς τῆς παλιγγενεσίας ἀπεκάλυπτεν· ἀλλ' ἔτεσι μὲν πολλοῖς ἀνεβάλλετο· ὕστερον δὲ τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ τὸ πανάγιον Λουτρὸν ἀπεκάλυψεν. ἐν μὲν Μωϋσῇ ὑποδήματα ὑπολύων·

1. Ἀμιναδὰβ τὸν Ναασσὼν, καὶ τὸν Σαλμών. *Naaſſon genuit Salmon, non ejus frater extitit.* Petavius.

Hier. 13. Matth. 3. 4. menta solvit: tum in Prophetis exteriorem tunicam exuit, cum Hieremiæ solum [1] cinctorium reliquit: in Joanne porro omnia mundi vestimenta rejiciens, cilicio e cameli pilis induit: Postremo in ipso Salvatore & ipsius discipulis mundi cultum omnem habitumque deposuit; ac post aquarum expiationem, ignis & Spiritus indumento cœlitus induit. Israëlitæ vero cum singularem illius gratiam viderent, eundem Deum esse minime cognoverunt. Ob id Moyses Propheta non sine acri illorum objurgatione quam Salvatori imposituri erant,
Deut. 32. 6. ignominiam deplorat his verbis: *Haccine Domino reddis popule stulte & insipiens*? Non enim intellexerunt ab eterno illum extitisse, quo cum Pater ipse diliberavit: [2] *Faciamus*, inquit,
Gen. 1. 26. *hominem ad imaginem nostram & ad similitudinem*. Hoc enim verbum, *Faciamus* non unum ac singularem significat. Proinde
Psal 32. 6. Pater cum Filio ac Spiritu sancto consultabat: *Verbo* quippe *Domini cœli firmati sunt*; *& Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Sed nec illud intellexerunt, quod in eodem libro scri-
Gen. 19. 24. ptum est: *Pluit ignem Dominus* (is nimirum qui ad Abraamum diverterat) *a Domino de cœlo*, ab eo videlicet qui sese miserat. Nec illum fuisse cognorunt, qui se ab Ægypto liberarat. Nec Prophetæ vocem illam intellexerunt: *Et tu Bethleem nequaquam*
Mich. 5. 2. *minima es*. Nam qui tandem *minima* illa dici potest, quæ illum ceperit, qui cœlo terraque comprehendi non potest? Item: *Ex te exiet dux*. Quis est autem ille qui Bethleemo egreditur? Homo est. DEUS vero cur dicitur?

CXVI. Hoc enim illi perturbantur, quod Deus idem & homo sit. Nam in eodem; *Egressus ejus sunt a principio a procreatione mundi*. quod quidem non jam ad hominem sed ad DEUM refertur. Neque vero istius oraculi recordantur: *Ecce*
Esa. 7. 14. *virgo concipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel*. Quod verbum, *vocabunt*, piorum ac fidelium Ecclesiæ filiorum morem significat. Nam hi Judæis Christi Domini interfectoribus de Salvatore sciscitantibus, cur in eum qui cruci suffixus est, credere sese profiteantur; ita fideles respondent: Ille ipse qui apud vos in crucem actus est, *nobiscum Deus est*. Præterea neque Davidem audiunt, nec timorem illius intelligunt, quem videns per Spiritum sanctum dicebat, contremiscens ejusdem Domini futuram incarnationem, di-
Psa. 109. cens: *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis* &c. Er-

ergo

ἐν δὲ Προφήταις τὸν ἔξωθεν χιτῶνα ἀποδύων, [1] περίζωμα μόνον καταλείψας τῷ Ἱερεμίᾳ· ἐν δὲ Ἰωάννῃ ὅλα τὰ τοῦ κόσμου ἱμάτια ἀποβαλὼν, ἐκ τριχῶν καμήλου μετεσχημάτιζεν. ἐν δὲ αὐτῷ τῷ Σωτῆρι καὶ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς κόσμου τὸ σχῆμα ἐξέδυσεν· ἄνωθεν δὲ ἀπ' οὐρανῶν μετὰ τὴν τῶν ὑδάτων κάθαρσιν, πυρὸς καὶ Πνεύματος ἔνδυσιν ἐνεδίδυσκεν. ἀλλ' ὁρῶντες οἱ Ἰσραηλῖται τὴν χάριν ταύτην, οὐκ ἔγνωσαν ὅτι Θεός ἐστι. διὸ καὶ ὁ Προφήτης ἐγκληματικῶς τούτοις ἀπωδύρετο, διὰ τὴν εἰς τὸν Σωτῆρα ὑπ' αὐτῶν ἐσομένην ἀτιμίαν· ταῦτα Κυρίῳ ἀνταποδίδοτε λαὸς μωρὸς καὶ ἀκάρδιος; οὐκ ἔγνων γὰρ τοῦτον, ὅτι οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ, μεθ' οὗ Πατὴρ συνεβουλεύσατο· [2] ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, λέγων. τὸ γὰρ, ποιήσωμεν, οὐχ ἑνὸς ἀριθμοῦ ἐστι σημαντικόν· ἀλλὰ νῦν συνεβουλεύσατο ὁ Πατὴρ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. τῷ γὰρ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. οὐδ' ἂν συνῆκασι τοῦ λέγοντος ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ ῥητοῦ, ὅτι ἔβρεξε Κύριος πῦρ, ὁ πρὸς Ἀβραὰμ ἐληλυθὼς, παρὰ Κυρίου ἀπ' οὐρανοῦ, τοῦ αὐτὸν ἀποστείλαντος. οὐδὲ ἔγνωσαν αὐτὸν ἀπ' Αἰγύπτου ἐκβάλλοντα, οὐδὲ συνῆκαν τοῦ Προφήτου λέγοντος· καὶ σὺ Βηθλεὲμ οὐχὶ ἐλαχίστη. πῶς γὰρ οἷόν τε ἐλαχίστην καλεῖν πόλιν χωρήσασαν ὃν οὐρανὸς καὶ πάντα χωρεῖν οὐ δεδύνηνται; καὶ, ὅτι ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος. τί δὲ ἀπὸ Βηθλεὲμ ἐκπορεύεται; καὶ ἄνθρωπός ἐστι, καὶ πῶς θεολογεῖται;

Ταράσσει αὐτοὺς τὸ εἶναι Θεὸν καὶ ἄνθρωπον. ἐν ταυτῷ γὰρ, Αἱ διέξοδοι αὐτοῦ ἀπαρχῆς, ἀπὸ κτίσεως κόσμου. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν οὐκέτι ἀνθρώπου ἀλλὰ Θεοῦ. οὐ μέμνηνται δὲ, ὅτι ἰδοὺ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. τὸ δὲ Καλέσουσι σημαίνει τὸν τρόπον τῶν ἁγίων καὶ πιστῶν τῶν υἱῶν τῆς Ἐκκλησίας. ἐξεταζόμενοι γὰρ ὑπὸ τῶν κυριοκτόνων Ἰουδαίων περὶ τοῦ Σωτῆρος ὅτι πῶς εἰς τὸν σταυρωθέντα ὁμολογοῦσιν, ἀκούουσι παρὰ τῶν αὐτῶν πιστῶν, ὅτι παρ' ὑμῖν ἐσταύρωται, μεθ' ἡμῶν δὲ Θεός ἐστι. τοῦ δὲ Δαβὶδ οὐκ ἤκουσαν, καὶ οὐκ ἔγνωσαν αὐτοῦ τὸν φόβον, ὃν ὁρῶν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ἔλεγε, φρίττων τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου μέλλουσαν ἔσεσθαι οἰκονομίαν, λέγων· εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου,

1. περίζωμα, *campestre* redditur a Petavio. Thomasius illud dixit *cinctorium* in latina versione Editionis Veteris Testamenti Sixti V. anni MDLXXXVIII. Vulgata habet *lumbare*. S. Hieron. Proem. in Oseam vestimenti genus illud esse credidit muliebre. Consulantur sacri Interpretes. Calmetus quum pluribus de illo indumento egisset ad Exodi cap. XXVIII. 42. ad Jeremiæ caput XIII. & ad verbum *lumbare* ait: *Hæc Ieremiæ Zona ex iis non erat, quibus vestes coercentur. Amplioris Zonæ genus erat, tunica muliebri simili, sed brevius, qua viri præsertim iter facientes, sive agrum colentes, ceu nos subligaculis, ea utebantur.*

2. Confer quæ de eodem illo Geneseos loco habet Epiphanius supra ad num. XXVIII. quæque nos ibidem adnotavimus.

go vetera illa Sabbata præterierunt: pro quibus verum a nobis prædicatur Sabbatum. Item prior illa sublata & antiquata Circuncisio est, quæ unam ac perexiguam partem corporis amputabat. Nunc vero cœlestis illa Circuncisio quæ ad totum corpus pertinet, longe est efficacissima. Siquidem aquæ & invocatio sancta non unum duntaxat membrum hominis occupant, sed integrum corpus repurgant, circuncidunt, ac malis omnibus exsolvunt. Ejusmodi mysteria sacrosanctæ Dei Ecclesiæ tradita sunt. Verum adversus illam atrocissimi quidam hostes excitati sunt, qui domestici nominantur; cum ad Apostolorum Domini veram sinceramque fidem nullo modo pertineant: si enim *ex illis essent, cum illis utique permansissent*. Sed nimirum spurii quidam ac promiscui generis Ægyptiorum iterum piscium ac cucumerum odorandorum præpostera cupiditate tenentur, ac DEI Filium infinitis passim contumellis onerant. Tales sunt Ariomanitæ, quos in superioribus [1] libris proscripsimus. Tales sunt & Sabellii. Qui quidem Sabellii Filium ac Spiritum sanctum prorsus e medio tollunt: asserunt enim Filium, ipsum esse Patrem; & Patrem, ipsum esse Filium; & Spiritum sanctum, ipsum esse Patrem: nusquam ut sit Filius ac Spiritus sanctus; Judæi quidam alteri ac Domini parricidæ. Sed Ariomanitæ cæteros omnes impietate superant, qui Filium a Patre substantia dividere & abalienare nihil veriti, æqualem Patri Filium esse diffitentur; nec eum putant e Patris esse substantia genitum. Alii sunt illorum velut posteri, qui ante hoc tempus emersi in cæterorum numero comprehensi sunt: quos utinam inter Judæos saltem recensere fas esset. Nam Spiritum sanctum contumeliis aspergunt, alteri quidam Sadducæi aut Samaritæ, & obscuri mortui & infideles.

Baptismus circuncisione præstantior.

1. Joan. 2. 19.

Ariani & Sabelliani

CXVII. Verum ne ad illos convincendos authoritates ac testimonia longius quam par est scriptis atque atramento prosequar, ne id lectoribus fastidium adferat: adversus Sabellianos quidem inter alia testimonia satis erit illud, quod ad Jordanem est editum, ut antea dixi. Quippe Filius vere ad Jordanem accessit, DEUS homo factus, sine ulla tamen mutatione sui, sed carne duntaxat assumpta; cum nullo plane virili satu genitum, sed susceptum e Maria virgine integrum corpus induerit, hoc est, hominem e corpore animaque perfectum. Quare Deus idem & homo, unus, inquam, & idem Filius

Adversus Sabellium.

μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, καὶ τὰ ἑξῆς. σάββατα τοίνυν τὰ ἀρχαῖα παρελήλυθε, σάββατον δὲ ἀληθινὸν παρ' ἡμῖν κηρύττεται. ἤργησε δὲ ἡ πρώτη περιτομὴ ἓν μέλος σμικρότατον περιτέμνουσα, ἐνεργεῖ δὲ εὖ μάλα ἡ ἐπουράνιος περιτομὴ, ὅλον τὸ σῶμα περιτέμνουσα. τὰ γὰρ ὕδατα καὶ ἡ ἁγία ἐπίκλησις οὐκ ἐν ἑνὶ μέλει τοῦ ἀνθρώπου γίνεται, ἀλλ' ὅλον τὸ σῶμα ἀνθρώπου καθαροποιεῖ, περιτέμνει, πάντων τῶν κακῶν ἀπαλλάττει. ἡ γοῦν ἁγία Ἐκκλησία παρέλαβε ταῦτα τὰ μυστήρια. ἐπανέστησαν δὲ αὐτῇ καὶ ἄφνοι ἐχθροὶ οἰκειακοὶ λεγόμενοι, μὴ ὄντες δὲ ἐκ τῆς τῶν Ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἀληθοῦς πίστεως. εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ αὐτῶν, μεμενήκεισαν ἂν μετ' αὐτῶν. ἀλλὰ νόθοι ὄντες καὶ σύμμικτοι, ἐπιθυμίαν κακὴν τοῖς δι' ἰχθύων καὶ συκιῶν Αἰγυπτίων ὀδωδῆς πάλιν ἐπιθυμοῦσι, βλασφημοῦντες ἄνω καὶ κάτω τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Ἀρειομανῖται, οὓς ἤδη [1] ἐν τοῖς πρὸ τούτου λόγοις ἐστηλιτεύσαμεν. ἄλλοι δὲ Σαβέλλιοι. καὶ οἱ μὲν Σαβέλλιοι τέλεον ἀρνοῦνται τὸ εἶναι τὸν Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, λέγοντες, ὅτι ὁ Υἱὸς αὐτός ἐστιν ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Πατὴρ αὐτός ἐστιν ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα αὐτός ἐστιν ὁ Πατήρ· ὡς μὴ εἶναι Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, δεύτεροι Ἰουδαῖοι, καὶ κυριοκτόνοι ἀπελεγχόμενοι. Ἀρειομανῖται δὲ οἱ πάντων ἀσεβέστατοι, οἱ τὸν Υἱὸν ἀπὸ τῆς Πατρῴας οὐσίας διαιρεῖν καὶ ἀπαλλοτριοῦν τολμῶντες, οὐκ ἀξιοῦσι τὸν Υἱὸν ὁμότιμον εἶναι τῷ Πατρὶ, οὐδὲ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς αὐτὸν γεγεννῆσθαι. ἄλλοι δὲ τούτων ἔκγονοι, οἱ πρὸ τούτου μετὰ τῶν ἄλλων τῶν προταχθέντων, εἶθε καὶ Ἰουδαίους αὐτοὺς ἀπηριθμουν, τοὺς βλασφημοῦντας τὸ ἅγιον Πνεῦμα, δεύτεροι Σαδδουκαῖοι καὶ Σαμαρεῖται, καὶ ἄγνωστοι νεκροὶ καὶ ἄπιστοι.

Ἵνα δὲ μὴ διὰ μέλανος καὶ χάρτου τὰς κατὰ τούτων μαρτυρίας διὰ πολλοῦ ποιησώμεθα, εἰς τὸ μὴ περικακεῖν τοὺς ἀναγινώσκοντας, ἀρκέσουσιν αὐτοῖς, Σαβελλιανοῖς μὲν μετὰ τῶν ἄλλων μαρτυριῶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰορδάνου, ὡς ἤδη εἶπον. Υἱὸς γὰρ ἐν Ἰορδάνῃ ἀληθῶς παραγίνεται, Θεὸς ἄνθρωπος γεγονὼς, οὐ τροπὴν ὑποστὰς, ἀλλὰ σάρκα λαβὼν, οὐ διὰ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἁγίας Παρθένου σῶμα ἀναπληρωθὲν, δι' ἁγίου Πνεύματος συλληφθὲν σῶμα τέλειον, τουτέστιν ἄνθρωπον τέλειον ψυχῇ καὶ σώματι.

1. ἐν τοῖς πρὸ τούτου λόγοις. Crediderim esse reddendum non *in superioribus libris*, sed potius *in superioribus hujus libri partibus*. Non enim constat Epiphanium ante Ancoratum alios edidisse libros adversus Ariomanitas sive Arianos. Panarium, ubi Heretici illi confutantur, quemadmodum non semel monuimus, biennio postquam Ancoratum emiserat, scripsit.

Matth 3. 17. Filius ac Christus & Dominus Joanni sese ad Jordanem obtulit. Pater vero coelitus exclamans de Filio qui ad Jordanem erat, hac voce testificatur: *Hic est Filius meus dilectus*. Spiritus denique sanctus in eundem cum ad aquas descendisset, columbæ specie delapsus est, uti puras illas aquas in eorum gratiam ostenderet, qui in Patris, Filii ac Spiritus sancti nomine iisdem essent initiandi. Quod ad Arianos spectat, hoc adversus eos satis esse potest, quod ipsemet Filius dixit: *Ego in Patre, & Pater in me est*. Quibus verbis æqualem esse Patri Filium ac legitimum demonstrat. Nam adversus Arianorum posteros, qui Spiritus sancti dignitati contumeliose detrahunt, duo illa testimonia sufficere possunt, quæ post alia subjecimus. Quorum alterum e Daniele depromptum est hujusmodi: Sidrach, Misac, & Abdenago Deum in succensa illa fornace collaudantes, conditas ab eo res omnes secum ad prædicandum his verbis invitant: *Benedicite omnia opera Domini Domino*. Tum coelos & Angelos, & Lunam & Solem & virtutes, terram, mare, ac quidquid ea continent, singillatim enumerant: Filium vero, ac Spiritum sanctum res inter creatas nuspiam referunt. Præterea Seraphim Trinitatem æqualiter celebrant, ac non semel neque bis neque quater; sed ter omnino, *Sanctus*, pronunciant.

Adversus Arianos. Jo. 14. 10. Pneumatomachos. Dan. 3. Esa. 6.

Act. 5. CXVIII Accedat ad illos refutandos Petri insuper authoritas: qui Ananiam & Sapphiram objurgans, *Tentastis*, inquit, *Spiritum sanctum*. Tum subiicit: *Non mentiti estis homini, sed Deo*. Nam Apostolus, ut sæpe monuimus, Spiritum sanctum a Patre non alienum esse censet, cum eum asserit *Dei profunda scrutari*. Nam quod e substantia Dei non est, ejus *profunda scrutari* non potest. Nos igitur Patrem profitemur esse Patrem, Filium, Filium; Spiritum sanctum denique Spiritum esse sanctum: hoc est, Trinitatem in unitate positam. Singularis quippe Patris ac Filii & Spiritus sancti unitas est, una substantia, dominatus unus, una voluntas: una Ecclesia, *Baptismus unus, una fides*. Proindeque desinant isti sanctam Christi virginem, ac castissimam oppugnare sponsam, matrem inquam nostram Ecclesiam, cujus filii a sanctissimis suis patribus, hoc est, Apostolis, cum custodiendam fidem, tum suis quoque liberis tradendam ac prædicandam acceperunt. Quorum e filiorum numero date operam ut sitis, fratres chiarissimi, can-

1. Cor. 2. 10. Ephe. 4. 5.

ματι. γέγονεν οὖν ὁ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος πρὸς Ἰωάννην ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, εἷς ὢν ὁ αὐτὸς Υἱὸς καὶ Χριστὸς καὶ Κύριος. Πατὴρ δὲ ἄνωθεν βοᾷ, μαρτυρῶν τῷ Υἱῷ τῷ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ γεγονότι· οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός. Τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα ἐν εἴδει περιστερᾶς κατέβαινεν ἐπ' αὐτὸν εἰς τὰ ὕδατα * καταληλυθότα, [1] ἵνα καθαρὰ αὐτὰ ἀποδείξῃ, ἕνεκεν τῶν μελλόντων εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος βαπτίζεσθαι· τοῖς δὲ Ἀρειανοῖς μετὰ τῶν προλεχθεισῶν ἀρκέσει τὸ εἰπεῖν τὸν Υἱόν· ἐγὼ ἐν τῷ Πατρί, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί. ἰσότητα γὰρ ἐνταῦθα πρὸς Πατέρα ἀπέδειξε καὶ γνησιότητα. τοῖς ἐκγόνοις τῶν Ἀρειανῶν τοῖς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημοῦσι, ἀρκέσουσι δύο μαρτυρίαι αἱ ἤδη προτεταμέναι μετὰ τὰς ἄλλας μαρτυρίας, μία μὲν ἀπὸ τοῦ Δανιὴλ οὕτως ἔχουσα· ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρὸς Σεδρὰχ, Μισὰκ, Ἀβδεναγὼ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, συμπεριλαμβάνουσι μεθ' ἑαυτῶν τὴν πᾶσαν τοῦ Θεοῦ κτίσιν, καὶ λέγουσιν· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον· καὶ ἠρίθμησαν οὐρανοὺς καὶ ἀγγέλους, καὶ σελήνην καὶ ἥλιον καὶ δυνάμεις, γῆν τε καὶ θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. καὶ οὐδαμοῦ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα συνηρίθμησαν ταῖς κτίσεσι. τὰ Σεραφὶμ ἁγιάζει Τριάδα ἴσως οὐχ ἅπαξ, οὐ δὶς, οὐ τέταρτον, ἀλλὰ τρὶς τὸ Ἅγιος λέγοντα.

Ἐλεγξάτω δὲ πάλιν τούτους Πέτρος ἐπιτιμῶν τοῖς περὶ Ἀνανίαν, καὶ λέγων· ἐπειράσατε τὸ ἅγιον Πνεῦμα. καὶ φησι· οὐκ ἐψεύσασθε ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. ὁ δὲ Ἀπόστολος οἶδεν, ὡς καὶ πολλάκις εἴπομεν, τὸ Πνεῦμα μὴ ἀλλότριον εἶναι τοῦ Θεοῦ, λέγων· ἐρευνᾷ καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ μὴ ὂν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, ἀδύνατόν ἐστι τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ ἐρευνᾷν. ἡμεῖς δὲ οἴδαμεν Πατέρα Πατέρα, Υἱὸν Υἱὸν, ἅγιον Πνεῦμα ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ἐν ἑνότητι. μία γὰρ ἑνότης ἐστὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, μία οὐσία, μία κυριότης, ἓν θέλημα· μία Ἐκκλησία, ἓν βάπτισμα, μία πίστις. καὶ παυσάσθωσαν οἱ κατὰ τῆς ἁγίας παρθένου τοῦ Χριστοῦ, καὶ νύμφης ἁγνῆς, τουτέστι τῆς μητρὸς ἡμῶν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας. παρέλαβον γὰρ οἱ ταύτης παῖδες παρὰ ἁγίων πατέρων, τουτέστι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, πίστιν φυλάττειν· ἅμα δὲ καὶ τοῖς ἑαυτῶν τέκνοις παραδιδόναι τε καὶ ἀπαγγέλλειν. ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐστὲ

[1] ἵνα καθαρὰ αὐτὰ ἀποδείξῃ. Hæc verba Petavius reddidit modo aliquanto diverso ac redduntur a Thomasio, ait enim; *uti puros illos latices in eorum gratiam efficeret, qui &c.*

* Scrib. κατεληλυθότι.

eandemque doctrinam in liberos vestros transfundite. Hæc quæ hactenus dixi, atque his similia prædicando, atque e sacris literis vosmetipsos auditoresque vestros confirmare, docendo, instituendo, moderando finem nullum facite, fideles & Catholici viri! Pergite, inquam, sanctam hanc Ecclesiæ conservare fidem: quam sacrosancta ac singularis Dei virgo ab Apostolis Domini sibi creditam accepit: idemque Catechumenis omnibus qui ad Baptismum sese comparant, inculcate diligenter. Neque filiis vestris in Domino id præcipere duntaxat ut credant oportet: sed & illos docere ut hanc Formulam quam vestrum nostrumque omnium mater amplectitur, expresse diserteque dicant.

Catholicæ fidei professio & Nicæna.

CXIX. Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum; ex Patre natum ante omnia sæcula, hoc est, ex substantia Patris, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt quæ in cœlis & quæ in terra continentur. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu sancto & Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est: & resurrexit tertia die secundum Scripturas: & ascendit in cœlum, & sedet ad dexteram Patris: & iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et in unam, sanctam, Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum. Exspectamus resurrectionem mortuorum & vitam futuri sæculi. Amen. Eos vero qui dicunt: Fuit aliquando cum non esset; &, antequam gigneretur non erat: sive, ex non extantibus factus est, vel ex alia hypostasi vel substantia; quique DEI Filium fluentem aut mutabilem esse defendunt; hos omnes anathemate damnat Catholica & Apostolica Ecclesia. Ejusmodi nobis fidei formula a sanctis Apostolis tradita, & in Ecclesia sancta civitate ab omnibus sanctis Episcopis qui supra [1] trecentos ad decem fuerunt, præscripta.

CXX. Ve-

ὑπάρχετε, τιμιώτατοι ἀδελφοί, καὶ τοῖς ἑαυτῶν τέκνοις ταύτην τὴν διδασκαλίαν παραδιδόατε. ταῦτα οὕτως λέγοντες, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν βεβαιῶσαι αὐτοὺς τε, καὶ τοὺς ἀκούοντας ὑμῶν διδάσκοντες, ὁδοποιοῦντες, κατηχοῦντες, μὴ διαλείπητε οἱ πιστοὶ καὶ ὀρθόδοξοι ταύτην τὴν ἁγίαν πίστιν τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας, ὡς παρέλαβεν ἡ ἁγία καὶ μόνη παρθένος τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων τοῦ Κυρίου φυλάττειν· καὶ οὕτως ἕκαστον τῶν Κατηχουμένων τῶν μελλόντων τῷ ἁγίῳ λουτρῷ προσιέναι οὐ μόνον ἀπαγγέλλειν ὀφείλετε τὸ πιστεύειν τοῖς ἑαυτῶν υἱοῖς ἐν Κυρίῳ, ἀλλὰ καὶ διδάσκειν ῥητῶς ὡς πάντων ἡ αὐτὴ μήτηρ ὑμῶν τε καὶ ἡμῶν, τὸ λέγειν.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων, καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρί· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Κύριον καὶ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν Προφητῶν. εἰς μίαν ἁγίαν Καθολικὴν καὶ Ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν. ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἀμήν. τοὺς δὲ λέγοντας· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, ἢ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας, φάσκοντας εἶναι ῥευστὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, τούτους ἀναθεματίζει ἡ Καθολικὴ καὶ Ἀποστολικὴ Ἐκκλησία. Καὶ αὕτη μὲν ἡ πίστις παρεδόθη ἀπὸ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ ἐν Ἐκκλησίᾳ τῇ ἁγίᾳ πόλει, ἀπὸ πάντων ὁμοῦ τῶν ἁγίων Ἐπισκόπων [2] ὑπὲρ τριακοσίων δέκα τὸν ἀριθμόν.

2. ὑπὲρ τριακοσίους δέκα. Appellat Epiphanius Nicænos Patres, denotat descriptum a se eo in loco Symbolum illorum esse, hoc est Nicænum. Qua de re duo animadvertamus opor-

Annus X. Valentiniani & Valentis.

CXX. Verum quoniam ætate nostra aliæ post alias hæreses emerserunt, ad hoc usque tempus, sub Valentiniani & Valentis Imperio, quorum decimus [1] jam annus agitur, & Gratiani sextus, a Diocletiano vero tyranno nonagesimus: propterea tam vos, quam nos ipsi, & Orthodoxi omnes Episcopi, & (ut uno verbo dicam) tota Ecclesia Catholica adversus prodeuntes identidem hæreses, consentaneeque cum exposita paulo ante sanctorum Patrum fidei Formula, iis præsertim qui baptismo initiandi sunt, præcipit, ut hoc modo profiteantur ac dicant.

Alia professio fidei uberior.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium invisibilium visibiliumque factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, genitum a Deo Patre, unigenitum, hoc est, e Patris substantia, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt, tam quæ cœlis quam quæ terra continentur, visibilia & invisibilia. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, hoc est, ex Maria semper virgine per Spiritum sanctum perfecte genitus, homo factus est, id est, perfectum assumpsit hominem, [2] animam & corpus & mentem & omne quicquid homo est, excepto peccato, non e virili satu, nec ita ut in homine duntaxat inesset, sed in seipsum effictam illam carnem transtulit, & in unam sanctam singularitatem conjunxit, non ad eum modum quo Prophetis aspiravit, & in illis locutus est, effecitque quidpiam, sed homo perfectus esse voluit: *Verbum* quippe *caro factum est*; neque aut mutationem ullam est expertum, aut Divinitatem suam in naturam convertit hominis: sed in unam sanctam perfectionem Divinitatemque copulavit: unus est enim Dominus Jesus Christus, non duo: idem Deus, idem Dominus, idemque rex

Joan. 1.

oportet. Alterum, simplex purumque Nicænum symbolum revera non esse, sed potius Constantinopolitenum, quod pro Nicæno nobis ab Epiphanio proponitur. Id apertissime demonstratetur facta colletione symboli hujus Epiphaniani cum Nicæno illo, quod nobis scripto transmisit, qui Nicænis interfuit Comitiis, Cæsareæ Episcopus Eusebius in sua ad Cæsarienses epistola, quam legimus apud Theodoretum H. E. libro primo capite XII. Vel cum illo Nicæno, quod exhibet Socrates libro primo capite VIII. Quod exhibent alii, ut Hilarius, Athanasius, Basilius, Leo Magnus, Acta veterum Conciliorum, vel veteres Canonum Ecclesiæ Collectiones. Quod etiam ex antiquorum membranis exhibet Thomasius nostræ Editionis vol. II. pag. 147., & volum. III. pag. 617. Si enim conferatur Epiphanii Symbolum cum illo, quod omnium qua veterum, qua recentiorum consensione, Nicænum revera est, latissimum apparebit inter utrumque discrimen. Vel unicum illud atque de Spiritu sancto e re nostra præsenti insigne videtur. In eo Nicæni Patres dixere tantummodo

Ἐπειδὴ δὲ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γενεᾷ ἀνέκυψαν ἄλλαι τινὲς αἱρέσεις ἀλληπάλληλοι, τουτέστιν ἀπὸ χρόνου Βαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος τῶν βασιλέων, [1] κατὰ τὸ δέκατον αὐτῶν τῆς βασιλείας ἔτος, καὶ πάλιν κατὰ τὸ ἕκτον ἔτος Γρατιανοῦ, τουτέστιν ἐν τῷ ἐνενηκοστῷ ἔτει Διοκλητιανοῦ τοῦ τυράννου, τούτου χάριν ὑμεῖς τε καὶ ἡμεῖς, καὶ πάντες οἱ ὀρθόδοξοι Ἐπίσκοποι, καὶ συλλήβδην πᾶσα ἡ ἁγία Καθολικὴ Ἐκκλησία πρὸς τὰς ἀνακυψάσας αἱρέσεις ἀκολούθως τῇ τῶν ἁγίων ἐκείνων πατέρων προτεταγμένῃ πίστει, οὕτως λέγομεν μάλιστα τοῖς τῷ ἁγίῳ λουτρῷ προσιοῦσιν, ἵνα ἀπαγγέλλωσι καὶ λέγωσιν οὕτως.

ΠΙΣΤΕΥΟΜΕΝ εἰς ἕνα Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ἀοράτων τε καὶ ὁρατῶν ποιητήν, καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ Θεοῦ Πατρὸς, μονογενῆ, τουτέστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, τουτέστι γεννηθέντα τελείως ἐκ τῆς ἁγίας Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου διὰ Πνεύματος ἁγίου, ἐνανθρωπήσαντα, τουτέστι τέλειον ἄνθρωπον λαβόντα, [2] ψυχὴν καὶ σῶμα καὶ νοῦν καὶ πάντα, εἴ τι ἐστὶν ἄνθρωπος, χωρὶς ἁμαρτίας, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, οὐδὲ ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλ' εἰς ἑαυτὸν σάρκα ἀναπλάσαντα εἰς μίαν ἁγίαν ἑνότητα· οὐ καθάπερ ἐν Προφήταις ἐνέπνευσέ τε καὶ ἐλάλησε καὶ ἐνήργησεν, ἀλλὰ τελείως ἐνανθρωπήσαντα· ὁ γὰρ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐ τροπὴν ὑποστὰς, οὐδὲ μεταβαλὼν τὴν ἑαυτοῦ θεότητα εἰς ἀνθρωπότητα, εἰς μίαν συνενώσαντα ἑαυτοῦ ἁγίαν τελειότητά τε καὶ θεότητα· εἷς γάρ ἐστιν Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ οὐ δύο, ὁ αὐτὸς Θεὸς, ὁ αὐτὸς κύριος, ὁ αὐ-

modo credimus & *in Spiritum sanctum*, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Si autem idem hoc Epiphanii symbolum cum illo Constantinopolitano conferas profecto eidem simile admodum deprehendes. Unde enascitur alterum quod animadvertendum esse dicebam. Qui nimirum factum sit ut Epiphanius, qui Ancoratum scripsit annis decem ante celebratum Concilium Constantinopolitanum, symbolum in illo posuerit Constantinopolitano fere simile; posuerit ut Nicaenum quamvis a Nicaeno longe dissimile. Ea dubitatio facile solvitur, si cogitemus Patres primi Constantinopolitani Concilii Nicaeno symbolo additamenta proprie non posuisse; sed illud, ut erat jam usu & moribus fidelium, aut potius Episcoporum institutione receptum, additamentis, quibus ortae post Nicaeni Concilii aetatem haereses refellebantur, auctum, explicatum, ampliatum, suffragio suo comprobavisse, & praecepisse, ut omnes in eliciendа fidei professione illo uterentur. Ad eum ferme modum, quo Tridentina Synodus Vulgatam sacrorum Bibliorum Editionem approbavit, voluitque authenticam haberi. Erat Vulgata ante Tridentinum, sed non erat adhuc singulari Ecclesiae judicio probata. Itaque erat & fidei Symbolum Nicaenum additamentis auctum antequam sacra coadunarentur Constantinopoli Comitia: nondum erat tamen Ecclesiae suffragio sacratum. Ante eadem illa Comitia non unicum habuisse fideles symbolum, sed plura, vel ex praesenti loco Epiphanii colligitur, qui Nicaeno suo alterum subjungit, illique anteferri jubet.

1 Vide supra quae monuimus ad pag. 9. & 135.

2 Vide supra pag. 171. 1.

rex. qui passus est in carne, & resurrexit, & cœlum cum eodem corpore conscendit: & ad dexteram Patris gloriose consedit: & cum eodem corpore venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum sanctum, qui locutus est in Lege, & per Prophetas prædicavit, & ad Jordanem descendit, in Apostolis loquutus est, & in Sanctis habitat. Ita porro nos in ipsum credimus: Spiritum esse sanctum, Spiritum Dei, Spiritum perfectum, Spiritum Paracletum, increatum, a Patre procedentem, accipientem a Filio, in quem credimus. Præterea credimus in unam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, & in unum pœnitentiæ baptismum, & in resurrectionem mortuorum, ac justum animarum corporumque judicium, & in regnum cœlorum, & in vitam æternam. Eos vero qui dicunt fuisse aliquando cum non esset Filius aut Spiritus sanctus, aut e nihilo esse factum, vel ex altera hypostasi aut substantia: quique conversioni aut mutationi obnoxium esse dicunt Dei Filium aut Spiritum sanctum; hos omnes anathemate damnat Catholica & Apostolica Ecclesia, mater vestra ac nostra. Condemnamus etiam illos, qui mortuorum resurrectionem minime confitentur, necnon & hæreses omnes, quæ huic sanctæ fidei minime consentaneæ sunt. Postremo vos omnes ac cæteros filios nostros ejusmodi fide præditos, fideique mandata servantes, pro nobis perpetuo Deum precaturos confidimus, ut in eadem fide & in mandatorum illius sorte partem habeamus aliquam. Pro me itaque Dominum orate tam vos quam quisquis ita credit ac Domini præceptis obsequitur, in C. J. D. nostro: per quem & cum quo Patri gloria cum Spiritu S. in sæcula. Amen.

Ego vero, fratres charissimi, quamvis tenuissima facultate & imbecillis viribus ingenii sim præditus, ad ea me conferre humanitatis probitatisque vestræ cohortatione sum coactus: quæ nos, licet minime idoneos, supra captum modumque nostrum efferri compulit, adeo ut in tanta contentione singulari quodam præsidio nobis opus fuerit. verum novit omnia

Gal. 6. 16. qui in cœlo fidelis est. *Attamen pax omnibus esto qui hac regula* veræ ac Catholicæ fidei hujus *incedunt, & super Israel Dei*. Salutate sanctos omnes in Domino. Salutant vos Domini servi, præsertim ego Anatolius qui hunc ipsum librum scripsi, cui Ancorato nomen est; vosque omnes in Domino valere precor atque opto.

ὁ αὐτὸς βασιλεύς. παθόντα δὲ τὸν αὐτὸν ἐν σαρκὶ, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἐν αὐτῷ τῷ σώματι, ἐνδόξως καθίσαντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ἐρχόμενον ἐν αὐτῷ τῷ σώματι ἐν δόξῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα πιστεύομεν, τὸ λαλῆσαν ἐν Νόμῳ, καὶ κηρύξαν ἐν τοῖς Προφήταις, καὶ καταβὰν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, λαλοῦν ἐν Ἀποστόλοις, οἰκοῦν ἐν Ἁγίοις. οὕτως δὲ πιστεύομεν ἐν αὐτῷ, ὅτι ἐστὶ Πνεῦμα ἅγιον, πνεῦμα Θεοῦ, πνεῦμα τέλειον, πνεῦμα Παράκλητον, ἄκτιστον, ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, [1] καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ * λαμβανόμενον, καὶ πιστευόμενον εἰς μίαν Καθολικὴν καὶ Ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν· καὶ εἰς ἓν βάπτισμα μετανοίας, καὶ εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ κρίσιν δικαίαν ψυχῶν καὶ σωμάτων, καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. τοὺς δὲ λέγοντας ὅτι ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ [2] ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας, φάσκοντας εἶναι τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἢ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· τούτους ἀναθεματίζει ἡ Καθολικὴ καὶ Ἀποστολικὴ Ἐκκλησία ἡ μήτηρ ὑμῶν τε καὶ ἡμῶν. καὶ πάλιν ἀναθεματίζομεν τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ πάσας τὰς αἱρέσεις τὰς μὴ ἐκ ταύτης τῆς ὀρθῆς πίστεως οὔσας. Ὑμῶν δὲ καὶ τῶν ὑμῶν τέκνων, μακαριώτατοι, οὕτω πιστευόντων, καὶ τὰς ἐκ ταύτης τῆς πίστεως ἐντολὰς ἐπιτελούντων, ἐλπίζομεν ὑπερεύχεσθαι ἡμῶν πάντοτε, ἔχειν μερίδα καὶ κλῆρον ἐν τῇ αὐτῇ πίστει, καὶ ἐν τῷ κλήρῳ τῶν αὐτῆς ἐντολῶν. καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ ἡμῶν ὑμεῖς τε καὶ πᾶς ὁ οὕτως πιστεύων, καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου φυλάττων, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

Ἐγὼ δὲ, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, ἡ βραχύτης ἡμῶν καὶ ἀσθενὴς τῆς διακονίας δύναμις ἠναγκάσθη φθάσαι, τῆς ὑμῶν καλοκαγαθίας προτρεψαμένης ἡμᾶς, εἰ καὶ ἀνικάνως ὑπὲρ τὸ ἑαυτῶν μέτρον παρέστησεν, ὥστε δέεσθαι βοηθείας ἐπιχορηγουμένης. ἀλλὰ πάντα οἶδεν ὁ ἐν οὐρανῷ πιστός. πλὴν εἰρήνη παντὶ τῷ στοιχοῦντι τῷ κανόνι τούτῳ τῆς ἀληθινῆς καὶ ὀρθοδόξου ταύτης πίστεως, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοῦ Θεοῦ. ἀσπάσασθε πάντας τοὺς ἁγίους ἐν Κυρίῳ. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ τοῦ Κυρίου δοῦλοι, μάλιστα δὲ ἐγὼ ὁ Ἀναπλιος, ὁ γράψας τοῦτο τὸ βιβλίον τοῦ Ἀγκυρωτοῦ ἐπωνομασθέντος λόγου, καὶ ἐῤῥῶσθαι ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ εὔχομαι.

*For. λαμβάνοντα.

1. καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ λαμβανόμενον, *a Filio accipientem*, hoc est juxta Græcorum Patrum loquendi morem, *a Filio procedentem*. Vide quæ adnotavimus supra ad num. vi. pag. 25.

2. ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας. En vox ὑπόστασις aperte hoc in loco sumitur pro οὐσία, ad naturam nimirum, sive substantiam denotandam.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΣΥΝΤΟΜΟΣ ΑΛΗΘΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ

ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΚΑΙ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ

SANCTI

EPIPHANII

BREVIS AC VERA

EXPOSITIO FIDEI

CATHOLICÆ ET APOSTOLICÆ ECCLESIÆ.

SANCTI EPIPHANII

BREVIS AC VERA EXPOSITIO FIDEI CATHOLICÆ ET APOSTOLICÆ ECCLESIÆ.

(in tomo II. libri III. Panarii.)

Anno XI. vel potius XII. Valentiniani & Valentis. POSTEA QUAM varia ac multiplicia e pravis exorta consiliis ac temeraria inimicorum dogmata disputatione nostra complexi sumus, & per formas generaque distribuentes, quam cassa & inania forent Dei virtute patefecimus: [1] tum vero ex immensis illis uniuscujusque sectæ contumeliarum in Deum, ac vocum turpissimarum, acerbissimorumque mysteriorum fluctibus enatavimus; cumque omnibus quæstionum nodis ægre dissolutis, & illorum improbitate superata, ad tranquillam veritatis stationem appulerimus, difficili ac tempestuoso omni loco transmisso, & procellis ac spumosis undarum vorticibus defuncti: ubi jactationem ac vertiginem experti sæpius; tum brevia vadosaque & infesta belluis loca quamplurima prospeximus, quæ quidem iis in disputationibus, commentariisque periclitati sumus: cum postremo pacis portum eminus intueamur, ad eum navem applicare cupientes, Divini numinis opem rursus implorabimus. Ac metu quidem omni & trepidatione nauseaque cessante, optimo in statu positi, jucundissimoque certioris auræ ac securitatis afflatu perfruentes, tranquillum jam in portum subducti, spiritu animoque gestimus. Etenim iis in omnibus, si verum fateri volumus, pluribus incommodis & maximis injuriis conflictati, ac terrestri maritimoque itinere confecto, quorum in illo impeditas ac difficiles salebras & solitudinis asperitates, in hoc varia pericula fuimus emensi; cum jam civitatem prospiciamus, ad ipsam properemus sanctam Hierusalem, Christi virginem ac sponsam, basin & petram solidissimam, venerandamque matrem nostram, & eandem Christi sponsam. In quo opportune istud usurpare possumus: *Venite, ascendamus ad montem Domini & ad domum Dei Jacob: & annunciabit nobis viam suam, &c.* *Isa. 2. 3.*

II. Agi-

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΣΥΝΤΟΜΟΣ ΑΛΗΘΗΣ

ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ

ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΚΑΙ ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ;

(ἐν τῷ τόμῳ β΄ τοῦ γ΄ βιβλίου τῶν Παναρίων).

Τὰ μὲν πολυειδῆ καὶ πολύτροπα καὶ πολυσχιδῆ τῶν σκολιῶν * βυλλευμάτων τῶν ἐναντίων διαλαβόντες προπετῆ διδάγματα, καὶ πρὸς εἶδος καὶ γένος διελόντες, φαῦλα καὶ ἴωλα δυνάμει Θεοῦ διηλέγξαμεν, [1] τό τε ἄπειρον τὸν ἀπὸ ἑκάστης αἱρέσεως βλασφημιῶν καὶ αἰσχρολογιῶν καὶ ἀνδιστάτων αὐτῶν μυστηρίων κλύδωνα διανηξάμενοι, μάλα μόλις τῶν ζητημάτων πάντη ἐκπλευσάμενοι, καὶ τὴν τούτων μοχθηρίαν ὑπερβεβηκότες, τοῖς τῆς ἀληθείας γαληνίοις ἐπλησιάσαμεν χωρίοις, πάντα μὲν τόπον δυσθάλαττον διαπεράσαντες, καὶ πᾶσαν ζάλην καὶ ἀφρισμὸν καὶ κυμάτων * κύρσωσιν ὑπομεμενηκότες, σάλον δὲ, ὡς εἰπεῖν, καὶ ἰλίγγας βράχη τε οὐ τὰ τυχόντα καὶ θηριοβόλους τόπους θεασάμενοι, ἐν πείρᾳ τε τούτων διὰ τῶν λόγων γεγενημένοι, τὸν τῆς εἰρήνης λιμένα νυνὶ θεώμενοι, εἰς ὃν καταῖραι σπεύδοντες, δι' εὐχῆς πάλιν τὸν Κύριον ἀξιοῦμεν· ἤδη μὲν παντὸς φόβου καὶ θορύβου καὶ ναυτιάσεως ὑπολωφῶντες, ἔξω δὲ καλλίστῃ (τὰς) πρὸ τῆς στερεᾶς * ἄβρας ἐμπνεόμενοι καὶ ἀσφαλείας καὶ τοῦ τε εὐδίου λιμένος, ἐνισχυόμενοι τῷ πνεύματι ἤδη γεγήθαμεν, πολλὰ μὲν (εἰ δεῖ τ' ἀληθῆ λέγειν) μοχθηρὰ ἐπὶ τόποις, καὶ ὕβρεις οὐ τὰς τυχούσας ὑποστάντες, καὶ γῆν καὶ θάλατταν, ὡς εἰπεῖν, πεζεύσαντές τε καὶ ποντοπορήσαντες, τὰ μὲν γῆς τὰ τραχῆ, καὶ τῆς ἐρήμου τὰς δυσχωρίας, καὶ τῶν προειρημένων πελαγῶν τοὺς κινδύνους, ὅμως τε πόλιν ὁρῶντες, ἐπ' αὐτὴν σπεύσωμεν, τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν παρθένον Χριστοῦ, καὶ νύμφην, ἀσφαλῆ τε βάσιν καὶ πέτραν, σεμνήν τε μητέρα ἡμῶν, Χριστοῦ νύμφην, εὐκαιρότατα καὶ αὐτοὶ λέγοντες· δεῦτε ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

* γρ. βουλευμάτων.

* γρ. κύρτασι.

* Fort. αὔρας.

1. Referantur illa oportet ad superiorem hæresum in Panario confutationem, cui S. Epiphanius subjunxit, uti constat, præsentem Fidei Expositionem.

II. Agite itaque Christi filii, ac sanctæ DEI Ecclesiæ liberi, qui hoc nostrum de LXXX. Hæresibus opus benigne percurristis; quique mecum altissimum illum pravorum dogmatum quæ hucusque percensuimus, gurgitem tranastis, ac vastam & formidabilem siticulosamque solitudinem peragrastis, rerum omnium Dominum imploremus. Quod quidem jamdudum in votis habuimus, cum in quolibet sectarum ejusmodi loco,

Exo. 15. sic tanquam in Marrha, & in formidolosa ac squallida & inaccessa solitudine, in obliquos ac tortuosos illorum sermones incurreremus. Nunc illud jure nostro pronunciemus: *Quemadmodum*

Ps. 41. *desiderat cervus ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te Deus.* Item: *Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Quin & nos ejusdem Scripturæ verbis sponsam vocemus: non ut ille ipsius sponsus ac dominus & rex & Deus & protector; sed ut ejus servi iisdem quibus ipse verbis illam

Cant. 4. 8. appellemus: *Veni de Libano sponsa: quoniam tota pulcra es, & macula non est in te*: Paradise summi artificis, sancti Regis civitas, puri illibatique Christi sponsa, castissima virgo, uni

Cant. 6. 9. ac singulari viro desponsa per fidem, splendida, & *diluculi instar emergens; pulcra ut Luna, electa ut Sol; terribilis ut ca-*

Cant. 3. 6. *strorum acies ordinata*: quam *reginæ beatam prædicant*, & concubinæ celebrant, & puellæ collaudant; *quæ ascendis e deserto*, splendidissimo candore collucens, & *innixa patrueli: quæ unguentorum fragrantiam redoles: quæ ascendis e deserto tanquam*

Cant. 1. 2. *virgula fumi ex myrrhæ thurisque suffitu, atque ex aromatarii pulvisculo, qui suavissimum odorem exhalavit*. Quem illa prævidens dicebat: *Unguentum effusum nomen tuum: propterea ado-*

Ps. 44. 14. *lescentulæ dilexerunt te. Quæ ad dexteram Regis assistis, fimbriatis induta vestibus*, & intextis auro, variisque perpolita:

Cant. 1. 5. quæ tenebricosum nihil habes, aut obscurum: *Quæ nigrore quondam infecta, pulcra nunc es & candida*: ut cum ad te pervenerimus a tristissimis illis Hæreseon molestiis quas hactenus obivimus, aliquando cessemus; & a tempestatum decumanorumque qui illic sunt, fluctuum jactatione conquiescentes, in te, sancta mater Ecclesia, & in sancta doctrina tua, ac sancta pariter solaque Dei fide & veritate respiremus. Sed quæ in hac ipsa sanctissima Dei civitate admiratione digna sunt narrare

Psal. 86. 3. jam aggrediar: *Gloriosa enim de illa dicta sunt*, ut Propheta loquitur: *Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei!* Quæ

sunt

Ἄγε τοίνυν οἱ Χριστοῦ παῖδες, υἱοὶ τῆς ἁγίας Θεοῦ Ἐκκλησίας, οἱ τόδε τὸ σύνταγμα τῶν ὀγδοήκοντα αἱρέσεων ἠπίως αὐτὸ διερχόμενοι, καὶ σὺν ἐμοὶ τὸν τοιοῦτον ὄγκον τῶν προειρημένων μοχθηρῶν διδασκαλιῶν διανηξάμενοι, διαπεζεύσαντές τε τὴν τοσαύτην ἔρημον, φοβεράν τε καὶ ἐν δίψῃ καταπεπλαγμένην, ἐπικαλεσώμεθα τὸν τῶν ὅλων Κύριον· πάλαι μὲν ἐν ἐπιθυμίᾳ τούτου ὄντες, καὶ καθ᾽ ἕκαστον τόπον τῶν αἱρέσεων τούτων, ὥσπερ ἐν Μερρᾷ τόπῳ, καὶ ἐν δίψει τῆς φοβερᾶς ἀβάτου ἐρήμου, ἀεὶ συναντῶντες τοῖς σκολιοῖς αὐτῶν λόγοις, ἐπιφωνήσωμεν καὶ αὐτοί· ὃν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρός σε ὁ Θεός, καὶ πάλιν· πότε ἔλθω, καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ; διὰ τοῦτο τάχιον καὶ αὐτοὶ ἐπικαλεσώμεθα, οὐχ ὡς ἐκεῖνος ἐκάλει τὴν νύμφην, νυμφίος αὐτῆς τυγχάνων, καὶ Κύριος, καὶ δεσπότης, καὶ βασιλεύς, καὶ Θεός, καὶ ὑπέρμαχος· ἀλλ᾽ ὡς δοῦλοι αὐτοῦ ἡμεῖς ἐπικαλεσώμεθα, συνῳδὰ τῇ αὐτῇ καὶ αὐτοὶ λέγοντες· δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου νύμφη, ὅτι ὅλη καλὴ εἶ, καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἔν σοι, ὁ παράδεισος τοῦ μεγάλου τεχνίτου, ἡ πόλις τοῦ ἁγίου βασιλέως, ἡ νύμφη τοῦ ἀσπίλου Χριστοῦ, ἡ παρθένος ἡ ἁγνή, μόνῳ ἑνὶ ἀνδρὶ ἐν πίστει μεμνηστευμένη, ἡ διαφανής, καὶ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος, καλὴ ὡς σελήνη, ὡς ἥλιος ἐκλεκτή, θάμβος ὡς τεταγμένη, ἡ μακαριζομένη ἀπὸ τῶν βασιλίδων, καὶ ἐξυμνουμένη ὑπὸ τῶν παλλακίδων, ἡ ὑπὸ τῶν θυγατέρων ἐπαινουμένη, καὶ ἀπὸ τῆς ἐρήμου ἀνερχομένη, καὶ λελευκανθισμένη, καὶ ἐπὶ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτῆς ἐπιστηριζομένη, ἡ μύρων πνέουσα, ἡ ἀπὸ τῆς ἐρήμου ἀνερχομένη ὡς στελέχη καπνοῦ τεθυμιαμένη σμύρναν καὶ λίβανον ἀπὸ κονιορτῶν μυρεψοῦ, τοῦ δεδωκότος ἑαυτοῦ τὴν εὐοσμίαν· ὃν προορῶσα ἔλεγε· μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σοι, διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε. ἡ ἑστηκυῖα ἐκ δεξιῶν τοῦ βασιλέως, ἐνδεδυμένη κροσσωτά, διαχρύσοις πεποικιλμένη, ἡ μηδὲν σκοτεινὸν ἔχουσα· ποτὲ δὲ μεμελανωμένη, νυνὶ δὲ καλὴ καὶ λελευκανθισμένη· ἵνα ἐν σοὶ γενόμενοι λωφήσομεν τῶν προδιελθόντων ἡμᾶς στυγερῶν τῶν αἱρέσεων πραγμάτων, καὶ ἡσυχάσωμεν ἀπὸ σάλων τῆς τῶν αὐτῶν τρικυμίας, καὶ ἀναψύξωμεν ἐν σοὶ ἁγία μήτηρ ἡμῶν Ἐκκλησία, καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐν σοὶ διδασκαλίᾳ, καὶ ἁγίᾳ καὶ μόνῃ πίστει Θεοῦ ἐν ἀληθείᾳ. ἀλλὰ ἄρξομαι περὶ ταύτης τῆς ἁγίας πόλεως Θεοῦ τὰ θαυμαστὰ διηγεῖσθαι. τὰ γὰρ δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ αὐτῆς, ὥς φησι ὁ Προφήτης· δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ, ἀνθρώποις μὲν πᾶσιν ἀνέ-

φικται,

ſunt ejuſmodi, ut cum nemo ea mortalium penitus aſſequi poſſit; tum ab infidelibus aliena, fidelibus ac veritatis ſtudioſis ex parte liceat attingere, oſtenſa iiſdem interim promiſſaque illorum perfecta poſſeſſione, quam in cœleſti regno ipſorum Dominus exhibebit: ubi ſancta illa virgo & hæres cum Sponſo ſuo hæreditatem ac patrimonium obtinuit.

Fidei expoſitio incipit.

III. Principio tenendum illud eſt: moderatorem omnium Deum ad nos pertinere proprie, qui e ſancta illa ſumus Eccleſia geniti. Hæc eſt enim omnium in tradenda veritate prima demonſtratio, & unicæ virginis illius ac ſanctiſſimæ & innocentis columbæ fidei firmamentum: de qua Dominus ſancti Spiritus afflatu per Salomonem hæc in Canticorum Cantico ſignificavit: *Sexaginta ſunt reginæ, & octuaginta concubinæ, & adoleſcentulæ quarum non eſt numerus. Una eſt columba mea, perfecta mea.* Ubi bis illa repetita vocabula: *mea*, &, *mea*. Hujus enim columba, hujus eſt illa perfecta: ut cæteræ appellentur ita quidem, minime tamen ſint, ipſa vero eo nomine dupliciter inſignita ſit. Quare cum de aliis loqueretur non dixit: Octuaginta ſunt concubinæ *meæ*: verum reginis eximia illa appellatione proximum quendam honorem attribuit; concubinas vero prorſus alienas eſſe declaravit. Amborum [1] porro numerum cum nominatim habeamus expreſſum, contemplatione noſtra altiorem ad ſenſum evecta, nonnihil expolire iſtud hoc loco cogimur; ut ne tanquam frigidum ineptumque prætereamus; ſed quæ dicuntur, ex rei veritate ac verarum authoritate Scripturarum, vera animi contemplatione perpendamus. Etenim ubicumque numerus concipitur, oſcitanter prætermitti non debet; neque quod ita comprehenditur, vanum quiddam & inane videri, aut otioſum exiſtimari. Reginæ porro ſunt, quæ jam antea ſtirpis in ſerie numeratæ ſunt animæ. Ut enim Regem innumera multitudo comitatur, cum Rex capitis inſtar ſit; perinde atque in corpore, cum plura membra ſint, capite ipſo cenſeri unus homo numerarique ſolet: ſic ab uno rege multitudo omnis ſubjecta regi, ad eundem illum referetur.

Cant. 6. 7.

Numeri in Scripturis expreſſi cõſideratione digni ſunt

Quomodo Reginæ nomen ad Eccleſiã pertineat.

IV. Quamobrem Reginæ nomine generatio in Chriſto continetur: non quod omnis generatio regnaverit; ſed quod una duntaxat Domini cognitione prædita, ex viri unius appellatione regiam dignitatem ſit ordinemque conſecuta. Exempli gratia;

φιλτὰ, ἀπίστοις δὲ ἀλλότρια, πιστοῖς δὲ ἀνθρώποις καὶ ἀληθινοῖς ἐν μέρει, ἐν ὑποσχέσει δὲ πλειώσεως (ὡς) παρὰ τοῦ αὐτῶν δεσπότου παρασχεθησόμενα ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ὅπου αὐτὴ ἡ ἁγία παρθένος καὶ κληρονόμος σὺν τῷ ἰδίῳ νυμφίῳ ἐν οὐρανῷ ἔχει τὸν κλῆρον καὶ τὴν κληρονομίαν.

Καὶ πρῶτον μὲν, ὅτι ὁ Θεὸς ὁ ἐπὶ πάντων ἡμῖν Θεὸς ὑπάρχει τοῖς ἐκ τῆς ἁγίας ταύτης Ἐκκλησίας γεννηθεῖσιν· ἀπόδειξις γὰρ αὐτὴ πρώτη περὶ ἀλήθειαν, καὶ ἑδραίωμα πίστεως τῆς μόνης ταύτης παρθένου καὶ ἁγίας περιστερᾶς καὶ ἀκάκου. περὶ ἧς ὁ Κύριος ἐν πνεύματι τῷ Σαλωμῶντι ἀπεκάλυπτεν ἐν ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων, καὶ ἔλεγεν· ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου, μετὰ προσθήκης τὸ μου, καὶ, μου· αὐτοῦ γὰρ περιστερὰ, καὶ αὐτοῦ τελεία· ὡς τῶν ἄλλων λεγομένων καὶ μὴ οὐσῶν, αὐτῆς δὲ διττῆς ὀνομαζομένης. ἐπὶ γὰρ ταῖς ἄλλαις οὐκ εἶπεν, ὀγδοήκοντά εἰσι παλλακαί μου· ἀλλὰ ταῖς μὲν βασιλίσσαις διὰ τῆς ἐνδόξου ὀνομασίας τὴν συνάφειαν τῆς τιμῆς ἀπένειμεν· ἐπὶ δὲ ταῖς παλλακαῖς τὸ ἀλλότριον τέλεον ἀπεφήνατο. [1] ὧν τοὺς ἀριθμοὺς εἰς ὄνομα λαμβάνοντες, κατὰ τὴν ἀναγωγὴν τῆς θεωρίας ἐπεργάσασθαι ἐν τῷ τόπῳ ἀναγκαζόμεθα, διὰ τὸ μὴ ὑπερβαίνειν, ὅτι ψυχρολογοῦντες, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ λόγους διὰ τῶν ἀληθινῶν γραφῶν ταῖς ἀληθιναῖς θεωρίαις ἀντεξετάζοντες. ὅτι μὲν γὰρ καὶ ὁ ἀριθμὸς γεγραμμένος ἀπαράβατός ἐστιν ἑκάστης ὑποθέσεως, καὶ οὔτε δύναται τὸ ἐν ἀριθμῷ κατατεταγμένον ἔωλόν τι εἶναι, οὔτε εἰς ἀργόπιτα ἐν τῇ γραφῇ ἐπιμεμῖχθαι. βασίλισσαι δέ εἰσιν αἱ ἤδη πρότερον εἰς γενεαλογίαν ὠνομασμέναι ψυχαί. ὡς γὰρ βασιλεῖ συνέπονται πλήθη πολλὰ, τοῦ δὲ βασιλέως κεφαλῆς οὔσης, ὥσπερ ἐπὶ σώματος πολλῶν μελῶν ὄντων, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὁ εἷς ἄνθρωπος ἀριθμηθήσεται· οὕτως ἀπὸ τοῦ ἑνὸς βασιλέως τὸ πᾶν πλῆθος, τὸ ὑπὸ τὸν βασιλέα εἰς ἓν ἀναλογισθήσεται.

Βασίλισσα τοίνυν ἡ γενεὰ ἐν Χριστῷ κέκληται· οὐ τῆς πάσης γενεᾶς σασιλευσάσης, ἀλλὰ τῆς μιᾶς ἐπιγνούσης τὸν Κύριον δι' ὀνομασίας τοῦ ἀνδρὸς (αἰτία) τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα καὶ τάξιν * φερομένου, ὡς οἷον εἰπεῖν, Ἀδὰμ καὶ πᾶσα αὐτοῦ γενεὰ, βασί-

* Reg. φερόμενον. For. φερομένης.

λισσα

1. Ὧν τοὺς ἀριθμοὺς. Petavius reddidit *amborum numerum*; Thomasius *amborum*, aut quod ita ille scripserit, aut quod Typographus mendum commiserit. Neutrum probo: *ambo* enim de duobus tantum profertur. Rédderem ergo potius *quarum*, vel *illarum*. Loci sensus profecto declarat tam ad reginas, quam ad concubinas vocem illam esse referendam.

gratia; Adamus cum tota progenie, regina una censebitur; illiusque principatus & ab eo deductum stirpis initium, penes quos regia dignitas extitit, cum iis qui cum illo conjunguntur propter Dei cognitionem, quodque primus omnium a Deo fingi formarique meruerit: tum quod pœnitentiæ primus exemplum dederit, ut ex ejus historia constat. Post Adamum Sethus & universi ad eum adscripti mortales. Item Enos, Cainan, Maleleel, Jared, Enoch, Mathusala, Lamech, Noë. Horum omnium sanctorum virorum, qui singillatim per generationes recensentur, quorumque numerus apud Matthæum initus est, a quo LXII. generationes, ac patrum origines præstantiorum virorum nominibus expressæ sunt; qui Dei notitiam adepti sunt, aut quod in aliqua alia re insigniter atque eximie sese gesserunt, regium & splendorem & majestatem obtinuerunt: horum, inquam, catalogus ad usque Christi Domini natalem pertexitur. Nam ab Adamo ad Noëmum usque generationes præteriere decem. Totidem a Noëmo ad Abraamum. Ab hoc ad Davidem XIV. A Davide ad captivitatem XIV. Hinc ad Christum similiter XIV. Colliguntur ab Adamo usque ad Christum generationes LXII. quæ brevitatis gratia LX. solummodo numerantur. Nam & in solitudine cum LXXII. arbores palmarum forent, LXX. tantum Scriptura memoravit. Ita cum ad montem LXX. vocati fuissent, accedentibus Elad & Modad, LXXII. sunt reperti. Præterea cum LXXII, Ptolemæo regnante sacros Libros interpretati sint, nos tamen compendii gratia LXX. virorum editionem nominare consuevimus. Sic & LX. modo Reginæ mea quidem sententia commemoratæ sunt: ut extremis utrinque sublatis medius ille sexagenarius ad figuram & imaginem ac perfectam contemplationem evehendam superesset. Senis quippe decadibus sex dierum circuitus absolvitur: ut sanctarum animarum quæ ex fide in Deo regnant, fiat ex qualibet generatione conjunctio. Unde & sex hydriæ Canæ in Galilæa lapideæ fuisse dicuntur, quæ cum essent exhaustæ, rursus implentur, singulæ metretas duas tresve capientes: qui modus ad vetus novumque Testamentum & Trinitatis complementum refertur. Eædem porro hydriæ ex aqua in merum vinum conversæ sunt, cum ad nuptiarum hilaritatem & filiorum hominum oblectationem impletæ fuissent. Hinc etiam sexangula a Mathematicis figura nomi-

Matth. 1. *Exod. 15. 27.* *Num. 11. 27.* *Joan. 2.*

λοιπὰ αὕτη ἀριθμηθήσεται, ἥ τε αὐτοῦ ἀρχὴ καὶ ἡ πατριαρχία βασιλεύσασαι μετὰ τὸν μετ᾽ αὐτοῦ διὰ τὴν πρὸς τὸν Θεὸν γνῶσιν, καὶ ἣν κατηξίωται πρώτην πλάσιν πλασθῆναι, καὶ ὡς μετάνοιαν πρῶτος ἐνεδείξατο, ὡς ἔχει ἡ ἀκολουθία. εἶτα μετὰ τοῦτον Σὴθ καὶ ἡ πᾶσα μετ᾽ αὐτοῦ ἀνθρωπότης, καὶ Ἐνὼς, καὶ Καϊνᾶν, καὶ Μαλελεὴλ, καὶ Ἰάρεδ, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Μαθουσαλα, καὶ Λαμὲχ, καὶ Νῶε· τύπον τῶν ἁγίων τῶν καθαλογάδην ἐν ἀριθμῷ κατὰ γενεὰν καταριθμηθέντων, ὧν ὁ ἀριθμὸς παρὰ Ματθαίῳ δείκνυται. ἑξήκοντα γὰρ καὶ δύο γενεαί τε καὶ πατριαρχίαι παρ᾽ αὐτῷ ἐμφέρονται διὰ τῶν ὀνομάτων τῶν ἐνπλεστέρων ἀνδρῶν, πρὸς τὴν Θεὸν τὴν γνῶσιν ἐσχηκότων, ἢ δι᾽ ἑτέραν τινὰ ἀρετείαν τὴν βασιλικήν τε δόξαν καὶ ἐμβριθείαν μετεσχηκότων, ὁ κατάλογος τοῦ ἀριθμοῦ ἐμφερέται ἄχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. καὶ γὰρ γενεαὶ παρεληλύθασιν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τοῦ Νῶε δέκα. καὶ ἀπὸ τοῦ Νῶε ἄχρι τοῦ Ἀβραὰμ, ἄλλαι δέκα. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀβραὰμ ἄχρι Δαβὶδ, γενεαὶ ιδʹ. ἀπὸ δὲ Δαβὶδ ἕως τῆς αἰχμαλωσίας, γενεαὶ ιδʹ. καὶ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἕως τοῦ Χριστοῦ, γενεαὶ ιδʹ. ὡς εἶναι ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ ἄχρι Χριστοῦ ἑξήκοντα δύο γενεάς. αἵ τινες ἑξήκοντα διὰ τὴν συντομίαν ἠρίθμηνται. καὶ γὰρ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἑβδομήκοντα δύο στελεχῶν φοινικῶν ὑπαρχόντων, ἑβδομήκοντα ἡ γραφὴ ὠνόμασε. καὶ εἰς τὸ ὄρος προσκεκλημένων ἑβδομήκοντα, ἑβδομήκοντα δύο εὑρίσκονται σὺν τῷ Ἐλὰδ καὶ Μωδάδ, καὶ ἑβδομήκοντα δύο * ἑρμηνεύσαντας ἐπὶ Πτολεμαίου· διὰ δὲ τὴν συντομίαν εἰώθαμεν λέγειν τῶν ἑβδομήκοντα τὴν ἑρμηνείαν· οὕτω καὶ τῶν ἑξήκοντα βασίλισσαι, οἶμαι, εἴρηνται, ἐξαιρουμένου τοῦ τε ἄνωθεν ἀριθμοῦ καὶ τοῦ κάτωθεν, διὰ τὸ μεσαίτατον τῶν ἑξήκοντα πρὸς τύπους καὶ ἀναγωγὴν τῆς τελείας θεωρίας. ἐπειδὴ γὰρ δι᾽ ἓξ δεκάδων τῆς τοῦ ἑξαημέρου πληροῦσθαι περίοδον συμβαίνει * εἰς τὸ συνάπτεσθαι ἀπὸ ἑκάστης γενεᾶς ὁσίων ψυχῶν ἐν Θεῷ βασιλευκτῶν κατὰ τὴν πίστιν. ἔνθεν γὰρ καὶ ἓξ ὑδρίαι εὑρίσκονται ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας λίθιναι, αἵ τινες λείψασαι πάλιν ἐπληροῦντο, χωρήσασαι ἐν αὐταῖς ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς· περὶ τοῦ μέτρου τῆς παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης καὶ Τριάδος τοῦ πληρώματος· αἵ τινες ἀπὸ τοῦ ὕδατος εἰς οἶνον ἄκρατον μεταβέβληνται, πληρωθεῖσαι εἰς εὐφρασίαν γάμων, καὶ υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. ἔνθεν γὰρ τὸ ἑξαγωνιαῖον καλεῖται παρὰ τοῖς ἔξωθεν λόγοις, διὰ τριάδος καὶ ἑβ-

* Ita Reg. for. ἑρμηνεύσαντες

* Haec leviter depravata.

nominatur, quæ per ternarium ſeptenariumque ad XXI. Geometrica modulatione perducitur; qua quidem Hexagonus totius univerſitatis impletam vaſtitatem ſignificat. nam qui in eo eſt quadrangulus quaternarium numerum; baſis vero, ac ſuperior pars ſive faſtigium, ſenarium perficiunt.

V. Sed ne longior ſim, ſatis hactenus de reginis illis LX. dictum arbitror, hoc eſt, generationibus quæ ad Chriſtum uſque numerantur. Poſt Chriſtum vero ad hoc tempus quot generationes deinceps ſucceſſerint, ſolus novit Dominus. Non enim amplius per generationes, temporum eſt ab ullo deducta digeſtaque ſeries: pro eo quod numerus iſte per illam ipſam Reginarum enumerationem quæ ad Chriſtum Dominum recenſentur, velut obſignatus [1] ac concluſus eſt. Nam qui poſtmodum extitere ſcriptores ac commentatores, aut Chronologi vel Hiſtorici nullas amplius generationes numerant, [2] ſed regum ſucceſſiones ac tempora ſecundum numerum annorum cujuſq; regis. Ex quibus prudens illud quiſque facile poteſt animadvertere, & ex ea quæſtione indicare; Tempus omne in LXII. generationes ad Chriſtum uſque redactum fuiſſe; propterea quod deinceps poſt Chriſtum, ut ex iis quæ diſputata ſunt apparet, mundi tempora non amplius per genealogias digeſta ſunt. Qui quidem mundus in una illa annorum collectione perfectionem adeptus eſt, quam immutabilis ac ſolida Dei voluntas obſignavit. quare ab hac eadem abrupta, terminataque ſæculi conſummatio, & ad ævum futurum ut impleatur traducta. Ob id dicitur: *Una eſt columba mea, perfecta mea*: quaſi in ipſam univerſa deſinant, tempora videlicet, anni, ac generationum intervalla; ſive per Reges, ſive per Conſules, ſive per Olympiadas, aut Magiſtratus, temporum ſpatia numerentur. Octuaginta porro concubinæ ſunt inter Reginas interjectæ, etiam Chriſti qua homo eſt, regno priores, hoc eſt, fide, ipſaque ſponſa pariter ac virgine, illibata, columba, quæ unica matri eſt atque genitrici.

Cant. 6.8.

VI. Siquidem Eccleſia ab una fide genita, ac per Spiritum ſanctum in lucem edita, una eſt uni, & una genitrici ſuæ. Tum vero quotcumque poſt illam vel ante prodierunt, *concubinæ* nominantur. quæ licet a teſtamento & hæreditate non prorſus alienæ fuerint, nullam tamen a Verbo dotem obtinuerunt, nec infundentem ſe Spiritum ſanctum in ſeipſis exceperunt.

Unam eſſe Eccleſiam.

ἑβδομάδος εἰς εἰκοσιτέσσαρα ἀριθμὸν γεωμετρούμενον, οὗ ἑξαγωνιαίου σημασία ἐστὶ πληρώσεως τοῦ παντὸς ὁρωμένου κύτους, διὰ τὸ τετραχῆ ἔχειν, ὡς εἰπεῖν, τὸ τεξαγώνιον, ὑποβάθραν τε, καὶ τὴν ἄνωθεν τῆς ὀροφώσεως σκέπην, ἕκτον ἀριθμὸν τελεῖν.

Ἀλλ' ἵνα μὴ εἰς πλάτος μηκύνω τὸν λόγον, πάλιν ἱκανῶς ἔχειν νομίζω περὶ τῶν ἑξήκοντα βασιλισσῶν ἕως τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας γενεῶν ἀριθμηθεισῶν τὰ εἰρημένα. μετὰ δὲ τὸν Χριστὸν καὶ δεῦρο τυγχανουσῶν λοιπὸν γενεῶν, καθὼς αὐτῷ τῷ Κυρίῳ μόνῳ ἔγνωσται. οὐκέτι γὰρ κατὰ γενεὰν οἱ ἀριθμοὶ παρά τισιν ἀνεμνήσθησαν ἢ κατετάχθησαν, διὰ τὸ [1] ὑποσφραγίσθαι τὸν ἀριθμὸν τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως καὶ ἀποκεκλεῖσθαι διὰ τοῦ τῶν βασιλισσῶν ἀριθμοῦ ἕως αὐτοῦ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας ἠριθμημένου. λοιπὸν γὰρ οἱ μετέπειτα συγγραφεῖς, ἢ λογογράφοι, ἢ χρονογράφοι, ἢ ἱστοριογράφοι, οὐκέτι γενεὰς ἀριθμοῦσιν, ἀλλ' ἢ βασιλέων τὰς διαδοχάς, καὶ χρόνους κατὰ τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν [2] ἑκάστου βασιλέως. ὥστε ἐξάπαντος εὖ μάλα τὸν συνετὸν γινώσκειν, ὅτι καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ ζητήματος τὸ πᾶν τοῦ χρόνου συνετμήθη εἰς τὸν τῶν ξβ' γενεῶν ἕως Χριστοῦ ἀριθμόν, διὰ τὸ μηκέτι μετὰ Χριστὸν κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην διὰ γενεαλογιῶν τοὺς τοῦ κόσμου χρόνους ἀριθμεῖσθαι, πεπληρωμένου ἐν μιᾷ συνενώσει τε σημαινομένῃ κατὰ τὸ τῆς εὐδοκίας Θεοῦ ἀμετάστατον ἔρεισμα· ὡς ἀπὸ τῆς αὐτῆς τὴν τοῦ αἰῶνος συντέλειαν συντεμνομένην, καὶ ἐπὶ τὸ μεταβατικὸν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος πληρουμένην. διὸ λέγει. μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου· ὡς ἕως αὐτῆς τῶν πάντων τελειουμένων, κἂν τε χρόνοι καὶ καιροὶ ἐνιαυτοί τε καὶ διαστήματα γενεῶν, κατά τε βασιλείας ἢ ὑπάτους ἢ Ὀλυμπιάδας ἢ ἡγεμονίας, ὁ αἰὼν ἑαυτὸν ἀριθμήσειεν. ὀγδοήκοντα δὲ παλλακαί· αἵ τινες ἐν μέσῳ τῶν βασιλίδων, καὶ πρὸ τῆς ἐνσάρκου βασιλείας, τουτέστι τῆς πίστεως, καὶ αὐτῆς ταύτης τῆς νύμφης καὶ παρθένου τῆς ἀσπίλου τε καὶ περιστερᾶς, τῆς μόνης τῇ μητρὶ καὶ τῇ τεκούσῃ.

Ἐκκλησία γάρ ἐστιν ἀπὸ μιᾶς πίστεως γεγεννημένη, τεχθεῖσα δὲ διὰ Πνεύματος ἁγίου, μία τῇ μόνῃ, καὶ μία τῇ γεγεννηκυίᾳ. καὶ ὅσαι μετὰ ταύτην ἦλθον καὶ πρὸ αὐτῆς παλλακίδες ὠνομασμέναι, αἵ τινες τὸ πᾶν οὐκ ἀλλότριαι γεγένηνται διαθήκης καὶ κληρονομίας, μὴ πεπροικισμέναι δὲ ὑπὸ τοῦ Λόγου, καὶ μὴ δεξάμεναι ὑποδοχὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μόνον δὲ συνάφειαν ὑπὸ συνείδησιν πρὸς τὸν

1. ἐπισφραγίσθαι legimus apud Petavium pro ὑποσφραγίσθαι.

2. Edita Petavii illic habent ἑκάστων pro ἑκάστου: Latina vero interpretatio in iisdem est huiusmodi, *sed regum successiones ac tempora, quorum singillatim annos describunt.*

perunt: sed solam cum Verbo in conscentia sua necessitudinem habuerunt. Præclare enim apud Hebræos *concubinæ* appellatio concipitur, cum *Phelegestha* dicitur. Est autem *Pheleg* Latine *dimidium*; *estha* mulierem significat: ut idem sit concubina ac dimidium mulieris. Nam quod ad Dominum spectat, universos ille liberam ad lucem vocavit, his verbis:
Jo. 12. 35. *Dum lucem habetis vobiscum, in luce ambulate*. Cui adstipulatur Aposto-
1. Thess. 5. 5. lus: *Vos* (inquit) *diei estis filii, & lucis filii*. Item alio in
Is. 3. 20. Scripturæ loco: *Qui male agit, odit lucem, nec accedit ad lucem*. Sic igitur concubinæ non palam, non perfecte, neque dotatæ ducuntur a viris: ac tametsi nonnullam cum virorum corporibus necessitudinem contrahant, liberæ nihilominus honore conjugis & appellatione ac firmitate, dote, nuptialibus donis ac muneribus, legitima denique conjunctione carent. Ejusmodi sunt octoginta illæ singillatim a me percensitæ Hæreses. In quibus mirum illud videri nemini debet, si in unaquaque regione singulæ aliis quibusdam nominibus affici soleant. Quin & illud observatione dignum est, sæpenumero quamlibet per sese hæresim scissam ac divisam in varias partes & vocabula distrahi. Quod, ut dixi, admirari non oportet: ac plane ita sese res habet. Cæterum LXXXI numerum invenimus. Unum quidem propter unam illam a reliquis divulsam, & uni sponso tributam, de qua istiusmodi appellatione testificatur: *Una est columba mea*: & rursus, *perfecta mea*. Quibus indicat concubinas omnes ignobiles & obscuras esse, nec innocentia aut castitate ac lenitate censeri. Et quidem ab initio a Barbarismo ac Scythismo ad postremos usque Massalianos,
* LXXVII. * LXXV. Hæreses adscriptæ sunt. Ad quas Hellenismo unde Gentilium sectæ, & Judaismo a quo Judaicæ, Samaritanorumque factione unde Samariticæ manarunt, accedentibus, hoc est, tribus omnino sectis ad LXXVII superiores, LXXX numerus efficitur. Superest una, nimirum sancta & Catholica Ecclesia, quæ vere Christiana religio dicitur: quæque jam tum olim & cum Adamo, imo ante Adamum ipsum, adeoque ante omnia sæcula cum Christo floruit de Patris ac Filii & Spiritus sancti voluntate. Cui quidem eorum omnium qui in qualibet generatione Deo placuerunt tempore, fides est habita; & advenienti in hunc mundum Christo Domino manifeste est patefacta; nunc autem post superiores omnes hæreses sive concubinas

Λόγον ἐσχηκυῖαι. καλῶς γὰρ ὁ Ἑβραῖος τὴν παλλακίδα ἔφρασε, φήσας αὐτὴν Φιλέγεσθαι. φιλὲγ, ὃ ἑρμηνεύεται ἥμισυ· ἐσθὰ, γυνή. ἵνα εἴπῃ, ἥμισυ γυναικός. ἕως μὲν γὰρ ἧκεν εἰς τὴν Κύριον, πάντας κέκληκεν εἰς ἐλευθέριον φῶς, φήσας· ὡς ἔχετε τὸ φῶς μεθ' ἑαυτῶν, ἐν φωτὶ περιπατεῖτε, καὶ ὁ ἅγιος Ἀπόστολος λέγων· ὑμεῖς δὲ ἡμέρας ἐστὲ τέκνα καὶ τέκνα φωτός. καὶ πάλιν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ· ὁ ποιῶν τὰ φαῦλα, μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς. οὕτω καὶ παλλακίδες, οὐκ ἐν τῇ προφανεῖ, οὐκ ἐν τῇ τελειότητι, οὐδὲ ἐν προικὶ ἄγονται τοῖς ἀνδράσιν, εἰ καὶ συνάφειαν ἔχουσιν αἱ αὐταὶ πρὸς τὰ σώματα τῶν ἀνδρῶν, οὐ μέν τοί γε τὴν τῆς ἐλευθέρας γυναικὸς τιμὴν καὶ ὀνομασίαν καὶ βεβαίωσιν καὶ φερνὴν καὶ ἕδνα καὶ προικισμὸν καὶ γνησιότητα ἔχειν δύνανται. παλλακίδες γοῦν αἱ καθεξῆς ἀριθμηθεῖσαι αἱρέσεις, ὡς ἄνω ἔφην, ὀγδοήκοντα· μὴ θαυμαζέτω δέ τις, εἰ καὶ ἄλλοις ὀνόμασιν ἑκάστη τόπον κικλήσκεται ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ· ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο παρατηρητέον, ὅτι πολλάκις καθ' ἑαυτὴν πάλιν ἑκάστη αἵρεσις σχίσασα εἰς πολλὰ μέρη καὶ ὀνόματα δίεστη· οὐ γάρ ἐστι θαῦμα· ἔστι γὰρ καὶ οὕτως. ὀγδοήκοντα δὲ καὶ ἕνα ἀριθμὸν εὑρίσκομεν, ἕνα μὲν διὰ τὴν μίαν τῶν πασῶν διωρισμένην, μόνῳ δὲ τῷ νυμφίῳ κεκληρωμένην. ὑπ' αὐτοῦ δὲ ὁμολογουμένην τῇ τοιᾷδε ὀνομασίᾳ, ὅτι μία ἐστὶ περιστερά μου, καὶ πάλιν, τελεία μου· ὡς τῶν πασῶν παλλακίδων ἀγνωστῶν οὐσῶν, καὶ οὐκ ἐν ἀκακίᾳ ἐπιμεμιγμένων οὐδὲ ἐν ἁγνείᾳ καὶ ἡμερότητι. εἰσὶ μὲν οὖν ἀπαρχῆς συναπτόμεναι τῷ καλουμένῳ Βαρβαρισμῷ καὶ Σκυθισμῷ ἄχρι τῶν προειρημένων Μασσαλιανῶν, * ος' τὸν ἀριθμὸν, καὶ Ἑλληνισμὸς ἐξ οὗ αἱ Ἑλληνικαὶ αἱρέσεις, καὶ * οζ'.
Ἰουδαϊσμὸς ἐξ οὗ Ἰουδαϊκαὶ, καὶ Σαμαρειτικὴ ἐξ ἧς αἱ Σαμαρειτικαὶ, τῶν τελῶν ἐπὶ τὸν ἑβδομηκοστὸν ἕβδομον ἀριθμὸν προστιθεμένων, εἰς ὀγδοηκοντάδα ἀριθμὸν πληρουμένων, καὶ τῆς μιᾶς περιλειπομένης, τουτέστιν ἡ ἁγία Καθολικὴ Ἐκκλησία, καὶ Χριστιανισμός ὄντως ὀνομασμένος ἀπαρχῆς, καὶ σὺν τῷ Ἀδὰμ καὶ πρὸ τοῦ Ἀδὰμ, καὶ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων σὺν Χριστῷ θελήματι τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ μετὰ πάντων τῶν κατὰ γενεὰν Θεῷ εὐαρεστησάντων ἐπισφραγιζόμενος, καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ ἐν κόσμῳ σαφῶς ἀποκαλυφθεὶς, καὶ νῦν μετὰ τὰς αἱρέσεις ταύτας πάσας τὰς δὴ παλλακί-

δας

nas oratione nostra prædicanda: quemadmodum instituti sermonis ordo postulat.

VII. Quippe Verbum ipsum in Canticis hoc modo numeravit, *Sexaginta reginas, & octoginta concubinas, & adolescentulas quarum numerus non est. Una est*, inquit, *columba mea, perfecta mea: unica est matri suæ, electa genitrici suæ*. Tum illud demonstrat, quemadmodum reperiri ab omnibus possit: utpote quæ omnibus honoratior sit, imperet omnibus, atque ipsi sola velut eximia sit & electa, cujus filii hæredes sunt Regis ac filii legitimi, hoc est, *promissionis liberi, non ancillæ*, neque concubinæ, cæterarumve quæ nullo numero comprehenduntur. Quamvis enim ex Chettura concubina sua liberos Abrahamus susceperit, nullam tamen isti cum Isaaco in patrimonii communionem veniunt; sed munera duntaxat, quasi legata quædam accipiunt: ut altioris nos sensus figura ipsa commoneat, ne quis de Christi vocatione desperet. Nam illa dona, quæ Ismaëli & Chetturæ filiis Abrahamus distribuit, futurorum bonorum imaginem adumbrabant, quæ in [1] conversionem animarum ad fidem & veritatem erant obventura. Etenim Agar ancillæ quam Abrahamus ejecit, quæ est inferioris Hierusalem figura cum liberis suis una servientis, de qua scriptum est: *Abjeci matrem vestram*. item: *Dedi libellum repudii in manus illius*. Huic, inquam, Agar ancillæ ad spem conversionis adumbrandam uter aquæ datus est, quo lavacri regenerationis vis & efficacitas ostendatur: quod tanquam vitale munus infidelibus, & in nationum omnium conversionem ad agnitionem veritatis est oblatum. Igitur Chetturæ liberis collata illa munera pecuniæ erant, aurum videlicet, argentum & vestis, & quæ non sine mysterio Abraamus in illorum peris inclusit, thus & myrrha & aurum quæ ab Sodomorum & Gomorrhæ Regibus accepit: quo tempore Chodollogomor & Barsa cæterique Reges Sodomitas & Gomorrhæos captivos abduxerunt, ac prædati sunt tam equos quam homines, & uniuscujusque fortunas diripuerunt. Quæ cum Abraamus ex illa regum deprædatione recuperasset, nec quæ jam Domino Deo consecrata fuerant auderet avertere, inter alia dona liberis suis quos e Chettura susceperat, ultro concessit; ut in Hebræorum traditionibus legimus.

Gal. 4. 31.
Gen. 25. 6.
Gal. 4. 22.
Ose. 2.
Hebræorū traditio.

VIII. Po-

δας ὑφ' ὑμῶν πάλιν ἐξυμνουμένας, ὡς κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου.

Αὐτὸς γὰρ ὁ Λόγος ἐν τοῖς ᾄσμασιν οὕτως ἠρίθμησεν, ἑξήκοντα βασιλίσσας φήσας, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακίδας, καὶ νεάνιδας ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. μία δέ, φησί, ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου, μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς, ἐκλεκτὴ τῇ τεκούσῃ αὐτήν. καὶ ὕστερον δείκνυσι πῶς παρὰ πᾶσιν εὑρεθήσεται, ὡς ἐντιμοτέρα πασῶν οὖσα, καὶ πάντων δεσπόζουσα, καὶ αὐτὴ μόνη ἐκλελεγμένη, ἧς τὰ τέκνα κληρονόμα τοῦ Βασιλέως, καὶ τέκνα ἀληθινά, ὡς τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, καὶ οὐ τέκνα τῆς παιδίσκης οὔτε παλλακίδος οὔτε τῶν ἄλλων τῶν ἀναριθμήτως ἑρμηνευομένων. εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ Χεττούρας τῆς παλλακίδος ἔσχεν ὁ Ἀβραὰμ τέκνα, οὐ συγκληρονόμα τυγχάνει τὰ τέκνα τῆς Χεττούρας τῷ Ἰσαάκ· δόματα δὲ ἔλαβον ὡς λήγατα χάριν· ἵνα ὁ τύπος μένοι εἰς ἀναγωγὴν τοῦ λόγου, εἰς τὸ μὴ ἀπελπίσαι τινὰς τῆς τοῦ Χριστοῦ κλήσεως· καὶ γὰρ τὰ δόματα ἃ ἔδωκε τῷ Ἰσμαὴλ καὶ τοῖς υἱοῖς Χεττούρας, τύπος ἦν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι *ἀγαθὸς [1] εἰς ἐπιστροφὴν ψυχῶν πρὸς τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀλήθειαν. τῇ μὲν γὰρ Ἄγαρ παιδίσκῃ οὔσῃ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἐκβληθείσῃ, ὡς ἡ δουλεύσασα κάτω Ἱερουσαλὴμ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς, περὶ ἧς εἴρηται· ἀπέρριψα τὴν μητέρα ὑμῶν· καὶ πάλιν· ἔδωκα βιβλίον ἀποστασίου εἰς τὰς χεῖρας αὐτῆς. Ταύτῃ γὰρ τῇ παιδίσκῃ Ἄγαρ τι, φημί, συμβολικώτερον δι' ἐλπίδα ἐπιστροφῆς, ἀσκὸν δίδωσιν ὕδατος, ἵνα δ' ἔχῃ τοῦ λαβεῖν τὴν παλιγγενεσίας τὴν δύναμιν εἰς δόμα ζωῆς τοῖς ἀπίστοις ἀποδοθεῖσαν, καὶ εἰς ἐπιστροφὴν πάντων τῶν ἐθνῶν πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας. τοῖς δὲ υἱοῖς Χεττούρας τὰ δόματα, ἦν χρημάτων ὕπαρξις, χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ ἱματισμός, καὶ ἅ τινα ἐν μυστηρίῳ Ἀβραὰμ ἀπέκλεισεν ἐν ταῖς πήραις, λίβανον καὶ σμύρναν καὶ χρυσὸν τῶν ἀπὸ τῶν βασιλέων Σοδόμων καὶ Γομόρρας, τῶν περὶ Χοδολλογόμορ καὶ Βαρσὰ καὶ λοιπῶν τῶν τὴν αἰχμαλωσίαν ἀπὸ Σοδόμων καὶ Γομόρρων καὶ λοιπῶν λαβόντων, καὶ σκυλευσάντων τὴν πέντε πόλεων, καὶ αἰχμαλωτισάντων τὸ πλῆθος τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀφαρπαξάντων τὰς ἀπὸ ἑκάστου περιουσίας τε, καὶ χρημάτων καὶ τῶν ἄλλων πλῆθος· ὃ αὐτὸς ἀπέστρεψεν ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων τότε, καὶ ὅτι ἀποστρέψαι τὰ ἤδη κυρίῳ Θεῷ ἀποταγθέντα πλημμύσαντος αὐτοῦ, ἀλλὰ δεδωκότος αὐτὸ δόματα μετὰ τῶν ἄλλων τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ τοῖς ἀπὸ Χεττούρας, ὡς εὕρομεν ἐν ταῖς παραδόσεσι τῶν Ἑβραίων.

*For. ἀγαθῶν.

Εν

1. εἰς ἐπιστροφὴν ψυχῶν &c. quæ conversis ad fidem, & veritatem animis erant obventura redduntur non male a Petavio.

Magi ex Arabia. VIII. Posteaquam vero Christus in hunc mundum venit, iidem illi Abraami & Chetturæ filii, qui a patre rejecti, in Magodia quæ Arabiæ regio est, habitaverant, hoc est, [1] Magi ex illius generis successione propagati, eadem illa dona ejusdem ad communionem significandam Christo Bethleemi obtulerunt, cum ad aspectum sideris eo profecti fuissent. Cujusmodi dona diserte Propheta declarat his verbis: *Quoniam antequam sciat Puer appellare patrem aut matrem, capiet potentiam Damasci & spolia Samariæ, coram rege Assyriorum*. Nam hæc omnia Abraami temporibus e Damasco & Samaria a supervenientibus illis regibus capta, ut ante dixi, fuerant. Quod est igitur tempus illud, quo antequam patrem aut matrem appellare sciret, dona illa cepit, nisi cum ad ipsum accedentes Magi peras suas, vel thesauros ut quædam exemplaria præ se ferunt, aperuerunt, obtuleruntque myrrham & thus & aurum? Vides quam apte veritatis secum sermo seriesque consentiat? utque hæreses ipsæ concubinæ sint, quarum liberi munera acceperint? Quæ quidem hæreses solum nomen obtinentes, id est, sola Christi appellatione censitæ paucas e sacris literis sententias accipiunt; per quas veritatem, si velint, intelligere possint. Sin minus velint, & ad Herodem redeant: mandatum enim illis est, *ne ad Herodem redeant, sed per aliam viam revertantur in patriam suam*: Sed si imperata facere detrectent, inania & infructuosa hæc illis dona fuerint, perinde ac Magis profectio si ad Herodem revertissent: eo quod similiter hæreses ipsæ sacrarum literarum dogmata adulterando corrumpant.

Matth. 1. Esa. 8. 4.

IX. Hæ sunt igitur LXXX concubinæ, quarum numerus exprimitur: Reginæ quoque illæ ipsæ sunt animæ quæ per generationes recensentur, hoc est viri atque Patriarchæ. Adolescentulæ porro quarum iniri numerus non potest, varias Philosophorum sectas quæ in mundum introductæ sunt, ac diversa uniuscujusque vivendi instituta significant; quorum laude digna alia sunt, alia vituperanda. Ecquis enim mundi hujus varietatem percenseat? Quam multæ apud Gentiles aliæ sectæ post manifestissimas illas quatuor de quibus egimus, pullularunt? Quinetiam post illas Hæreses ac sequentes, diversi hominum animi & opiniones juvenili quodam fastu & arrogantia privatas sectas pro sua quique libidine condiderunt. Utputa

Ἐν δὲ τῇ τοῦ Χριστοῦ παρουσίᾳ τῶν αὐτῶν τέκνων τοῦ Ἀβραὰμ τῶν ἀπὸ Χεττούρας ἐκβληθέντων ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ ἀπελθόντων, καὶ κατοικησάντων εἰς τὰ μέρη τὰ Ἀραβικὰ τῆς Μαγωδίας χώρας, [1] τῶν ἐλθόντων Μάγων ἀπὸ τῆς διαδοχῆς τῶν σπερμάτων ἐκείνων, προσενηνεγμένα δόματά τε καὶ δῶρα εἰς συμμετοχὴν τῆς αὐτῆς ἐλπίδος τῷ Χριστῷ ἐν Βηθλεέμ, τὰ αὐτὰ δῶρα, ὅτε τὸν ἀστέρα θεασάμενοι ἦλθον· ὧν δώρων τὴν σαφῆ παράστασιν ὁ Προφήτης παρίστησι λέγων· ὅτι πρὶν ἢ γνῶναι τὸ Παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λήψεται δύναμιν Δαμασκοῦ καὶ τὰ σκῦλα Σαμαρείας, ἔναντι βασιλέως Ἀσσυρίων. ταῦτα γὰρ ἀπὸ Δαμασκοῦ ἐν χρόνοις Ἀβραὰμ, ὡς προεῖπον, ὑπὸ τῶν βασιλέων τῶν ἐλθόντων εἴληπται καὶ ἀπὸ Σαμαρείας. πότε οὖν ἔλαβεν αὐτὰ πρὶν ἢ γνῶναι καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, ἀλλ' ὅτε ἦλθον οἱ Μάγοι, καὶ ἤνοιξαν τὰς πήρας ἑαυτῶν, ἢ τοὺς θησαυροὺς ὡς ἔχει ἔνια τῶν ἀντιγράφων καὶ προσήνεγκαν σμύρναν καὶ λίβανον καὶ χρυσόν; καὶ ὁρᾷς πῶς * ἔχει αἱ τῆς ἀληθείας φράσεις καὶ ἀκολουθίαι; ὡς καὶ αὗται αἱ αἱρέσεις παλλακίδες ὑπάρχουσι, καὶ τὰ αὐτῶν τέκνα ἔλαβε δόματα, τὸ ὄνομα μόνον λαβοῦσαι ὀνόματι μόνον Χριστοῦ κληθεῖσαι, καὶ τοὺς ὀλίγους ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς λόγους ὑποδεξάμεναι, ἵνα δι' αὐτῶν σωῶσι τὴν ἀλήθειαν, ἐὰν θέλωσιν· εἰ δὲ μὴ θέλοιεν, ἀλλὰ ἀνακάμψωσι πρὸς τὸν Ἡρώδην· παραγγέλλονται γὰρ μὴ ἀνακάμπτειν πρὸς Ἡρώδην, ἀλλὰ δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀφικνεῖσθαι εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα. ἐὰν δὲ μὴ ποιήσωσι τὰ προστεταγμένα, μάτην ἑαυτοῖς τὰ δόματα, ὡς ἐκείνοις ἡ ἔλευσις εἰ ἀνέκαμψαν πρὸς τὸν Ἡρώδην, διὰ τὸ ὁμοίως τὰς αὐτὰς αἱρέσεις παραχαράσσειν τῶν θείων λόγων τὰ διδάγματα.

* For. ἴχνει.

Αὗται οὖν εἰσιν ὀγδοήκοντα παλλακίδες, ὧν ὁ ἀριθμὸς οὗτος ἐμφέρεται, κἀκεῖναι αἱ βασίλισσαι αἱ κατὰ τὰς γενεὰς ἀριθμηθεῖσαι ψυχαὶ, τουτέστιν ἄνδρες καὶ πατριάρχαι. νεάνιδες δὲ ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, ἐν ταῖς λοιπὸν κατὰ πάντα κόσμον φιλοσοφίαις, καὶ ἑκάστης ψυχῆς πολιτείαις, τῆς μὲν οὔσης ἐπαινετῆς, τῆς δὲ οὔ. τίς γὰρ ἀριθμήσειε τοῦ κόσμου ταύτην τὴν διαφοράν; πόσαι γὰρ ἄλλαι παρ' Ἕλλησι μετὰ τὰς προειρημένας τέτταρας φανερωτάτας οὐκ ἔφυσαν; καὶ ἔτι μετὰ τὰς αἱρέσεις ἐκείνας, καὶ τὰς μετέπειτα, κατὰ τὴν ἑκάστου γνώμην, ἐν δοκήσει νεανιότητος καθ' ἑαυτὰς γινόμεναι ψυχαί τε

1. τῶν ἐλθόντων Μάγων, Epiphanii opinioni de regione, unde venerint Magi Christum in incunabulis vagientem adoraturi, constat de veteribus suffragatos esse Tertullianum, Justinum martyrem, Hilarium, de recentioribus longe plures. Aliorum Patrum non una est opinio: nec cuique opinioni desunt in hac nostra aetate ab illorum temporibus longe dissita, suffragatores. Videsis vel unum Calmetum in Dissertatione de Magis Commentario in Matthaeum praemissa; & in Dictionario sacrae Scripturae ad vocem *Magi*.

ta Pyrrhonii quidam appellantur ; aliique complures sunt, quorum nomina ac decreta singillatim & ordine referam. Ac licet de multis hactenus cognoverim, quota pars tamen eorum

Philosophorū secta. est quæ toto orbe versantur ? Ex iis porro sectis Gentilium hæ propriæ fuerunt : inter quas Thaletis Milesii opinionem ac dogma priore loco proponam.

Thales. Thales [1] itaque Milesius unus e VII. Sapientibus, principium rerum omnium aquam esse dixit. nam ex aqua oriri omnia, & in aquam omnia resolvi.

Anaximander. Anaximander Praxiadæ filius, Milesius [2] & ipse, Infinitum principium omnium constituit. ex eo enim omnia nasci, & in illud æque dissolvi.

Anaximenes. Anaximenes Eurystati filius & ipse [3] Milesius, aërem principium rerum esse definit, ab eoque universa manare.

Anaxagoras. Anaxagoras Hegesebuli filius, [4] Clazomenius, [5] similitudines partium principium rerum omnium esse statuit.

Archelaus. Archelao Apollodori, sive ut aliis placet, Miltonis filio, Atheniensi [6] ac Physico placet ab terra omnia proficisci ; idque adeo rerum esse principium.

Socrates. Socrates Elbagli sive [7] Sophronisci, & Phænaretæ obstetricis filius, Moralis Philosophus, quæ ad sese pertinent solum homini inquirenda dixit, neque præterea quicquam.

Pherecydes. Pherecydes [8] quoque terram omnibus priorem esse definiit.

Pythagoras. Pythagoras Samius Mnesarchi filius, Deum esse monadem asseruit, neque quicquam sine ipsa productum. Negabat Diis esse animalia sacrificanda, aut animatis vescendum, ac ne fabas quidem comedendas, neque vini potum sapientibus adhi-

1. Θαλῆς ὁ Μιλήσιος. Thales genere Phœnicius Mileti tamen in Jonia natus, ubi floruit juxta Laertium sexcentis circiter ante Christum annis. Inde Milesius dictus ; & quod primus ordine quodam apud suos philosophari cœperit, philosophorum Græciæ princeps habetur, & Joniceæ Sectæ parens, & quod nemo philosophorum illo antiquior ad notitiam nostram pervenerit Aetæ philosophica ab eo initium ducunt omnes. Nil illum scripsisse tradunt ; quæ de ipso memorantur, ab Erodoto, Cicerone, Plutarcho, Laertio, aliis, transmissa accepimus. Unde oritur omnimodam de iisdem, ac plenam notitiam nos non habere ; nec satis scire quo sensu aquam rerum omnium principium statuerit. Consulantur qui veteris philosophiæ Historiam scripto adornarunt Gassendus, Stanlejus, Albertus Fabricius, Bruckerus, alii.

2. καὶ αὐτὸς Μιλήσιος. Anaximander Milesius & ipse fuit, & Thaletis discipulus. Non constat quo sensu Infinitum rerum omnium principium dixerit ; illud ipse non aperuit ; qui post eum floruere, incertum an ipsius mentem conjectando sint assequuti. Cicero in Lucullo num. 37. Infinitum Anaximandri *infinitatem naturæ* appellat.

3. καὶ αὐτὸς Μιλήσιος, Anaximandri auditor ; fuit autem filius Euristrati non Euristati, uti bene ad hunc locum animadvertit Petavius.

4. ὁ Κλαζομένιος, Clazomenis nimirum ; quæ Joniæ urbs fuit celebris, natus. Spectat igitur

καὶ γνῶμαι· ὡς Πυῤῥώνιοι καλοῦνταί τινες, καὶ ἄλλοι πλείους, ὧν τὰ ὀνόματα καὶ τὰς δόξας καθ' εἱρμὸν ὑποτάξω, πολλῶν μὲν ὄντων τῶν εἰς γνῶσιν ἡμῶν ἐληλυθότων, πολλοστημόριόν τε τῶν ἐν κόσμῳ ὑπαρχόντων. καὶ εἰσὶ μὲν αἱ ἐξ Ἑλλήνων αἳ δὲ, ὧν πρώτην τάξαιμι ἀπαρχῆς τὴν Θαλοῦ τοῦ Μιλησίου γνώμην τε καὶ δόξαν.

Αὐτὸς γὰρ [1] Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, εἷς ὢν τῶν ἑπτὰ σοφῶν, ἀρχέγονον πάντων ἀπεφήνατο τὸ ὕδωρ. ἐξ ὕδατος γὰρ, φησὶ, τὰ πάντα εἶναι, καὶ εἰς ὕδωρ πάλιν ἀναλύεσθαι.

Ἀναξίμανδρος ὁ τοῦ Πραξιάδου, [2] καὶ αὐτὸς Μιλήσιος, τὸ ἄπειρον ἀρχὴν ἁπάντων ἔφησεν εἶναι. ἐκ τούτου γὰρ τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς αὐτὸ τὰ πάντα ἀναλύεσθαι.

Ἀναξιμένης ὁ τοῦ Εὐρυςάτου, καὶ [3] αὐτὸς Μιλήσιος, τὸν ἀέρα τοῦ παντὸς ἀρχὴν εἶναι λέγει, καὶ ἐκ τούτου τὰ πάντα.

Ἀναξαγόρας ὁ τοῦ Ἡγησιβούλου [4] ὁ Κλαζομένιος, ἀρχὰς τῶν πάντων [5] τὰς ὁμοιομερείας ἔφησεν εἶναι.

Ἀρχέλαος ὁ Ἀπολλοδώρου, κατὰ δέ τινας Μίλτωνος, [6] Ἀθηναῖος δὲ ἦν, φυσικὸς, ἐκ γῆς τὰ πάντα λέγει γεγενῆσθαι· αὕτη γὰρ ἀρχὴ τῶν ὅλων ἐστὶν, ὡς φησί.

Σωκράτης ὁ τοῦ * Ελβάγλου ἢ [7] Σωφρονίσκου, καὶ Φαιναρέτης τῆς μαίας, ὁ ἠθικὸς, τὰ καθ' ἑαυτὸν, ἔλεγε, μόνον δεῖ περιεργάζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, πλείονα δὲ μή. * Reg. Ελμάγλου.

Φερεκύδης [8] καὶ αὐτὸς γῆν φησι πρὸ πάντων γεγενῆσθαι.

Πυθαγόρας ὁ Σάμιος, Μνησάρχου υἱὸς, Θεὸν ἔφη εἶναι τὴν μονάδα. καὶ δίχα ταύτης μηδὲν γεγενῆσθαι. ἔλεγε δὲ, μὴ δεῖν θύειν τοῖς θεοῖς ζῶα, μηδὲ μὴν ἐσθίειν τι τῶν ἐμψύχων μήτε κυάμους, μήτε οἶνον πίνειν τοὺς σοφούς. ἔλεγε δὲ τὰ ἀπὸ σελήνης

igitur eo nomine & Anaxagoras ad Jonicam Sectam; spectat quod & Anaximenem habuerit præceptorem.

5. τὰς ὁμοιομερείας. Male interpretati sunt *similitudines partium* Cicero loco paulo superius a nobis indicato ὁμοιομέρειαν appellat *partes similes inter se*; quod nec reddit verum græcæ vocis sensum. Alii obscura nec latina voce dicunt *partes similares*. Nec mirum; latinus sermo animadversione Lucretii lib. v, de rerum natura voce caret, qua ὁμοιομερείας sensum exprimat. Nostrum non est, nec loci præsentis, veterum philosophorum opiniones explanare. Adeatur loco citato Lucretius, quo nemo facilius neque elegantius dixit quid apud Anaxagoram fuerit ὁμοιομέρεια.

6. Ἀθηναῖος δὲ ἦν. Atheniensem Archelaum faciunt & Laertius atque Suidas. Constat tamen Milesium fuisse, Anaxagoræ discipulum. Atheniis tamen scholam patriæ pertæsus transtulit, ibique viros clarissimi nominis auditores habuit, & præcipue Socratem, a quo nomen desumpsit philosophica Secta Socratica nuncupata. An revera Archelaus terram posuerit rerum omnium principium, & quo sensu, incertum est.

7. Σωφρονίσκου. Sophroniscum professione Lapidarium parentem habuit Socrates.

8. Φερεκύδης. Illum crediderim memorari ibi Pherecidem gente Syrum, quod ex Syro una de Cycladibus Insula sit oriundus, natum testimonio Suidæ circa Olimpiadem XLV, sive annos sexcentos ante Christum natum, Pythagoræ magistrum.

adhibendum putabat. Idem quæ infra Lunam sunt, patibilia esse dicebat omnia; superiora vero pati nihil posse. Ad hæc animam varia in animalia transire. Item discipulis suis quinquennale silentium indicebat. Postremo Deum sese nominare ausus est.

Xenophanes. Xenophanes Orthumeni F. [1] Colophonius, e terra & aqua propagata esse dixit omnia; neque quicquam in ulla re veritatis inesse: sic incertum ignotumque Verum esse: opinio vero, inquit, ubique versatur, præsertim in obscuris.

Parmenides. Parmenides Pyretis F. patria Eleates, Infinitum ajebat omnium rerum esse principium.

Zeno Eleates. Zeno Eleates Eristicus sive Contentiosus, cum eadem altero cum Zenone sentiebat; tum immobilem esse terram, nec inanem ullum esse locum. Ergo ita disputabat: [2] Quicquid movetur, aut in eo in quo est loco movetur, aut in quo non est. Atqui nec in quo inest loco, nec in quo non inest, movetur. Nihil igitur movetur.

Melissus. Melissus Ithagenis F. Samius, unum esse definit omnia: neque quicquam in natura esse constans aut perpetuum, sed omnia vi esse corruptibilia.

Leucippus. Leucippus [3] Milesius, Eleatem alii faciunt, ex Eristicorum grege, universum in infinito versari docuit. Porro omnia sola specie & opinione constare, veritate ipsa nihil; sed apparere ita duntaxat, perinde ac remus in aquam demersus.

Democritus. Democritus Damasippi F. Abderita, Mundum infinitum constituit, ac supra inane posuit. Præterea unum esse finem omnium, & animi tranquillitatem optimum esse, dolores vero mali omnis terminos asseruit. Quod justum videtur, nequaquam esse justum: injustum vero naturæ esse contrarium. imo vero pessimum inventum Leges appellabat, nec iis parere sapientem oportere, sed in summa libertate vivere.

Metrodorus. Metrodorus Chius nihil a quoquam sciri voluit. Verum, inquit, quæ nosse videmur, accurate non intelligimus: neque sensibus adhibenda fides est: omnia quippe opinione constant.

Protagoras. Protagoras Menandri F. Abderita [4] Deos esse negabat, ac divinitatem omnem funditus tollebat.

Dio-

1. Κολοφώνιος. Colophone nimirum Joniæ urbe natus. In Italiam navigans deinde narrante Laertio Pythagoræ tenuit Scholam post Telaugem illius filium; & Eleaticæ Sectæ, quæ

κάτω, παθητὰ εἶναι πάντα· τὰ δὲ ὑπεράνω τῆς σελήνης, ἀπαθῆ εἶναι. ἔλεγε δὲ καὶ μεταβαίνειν τὴν ψυχὴν εἰς πολλὰ ζῶα. ἐκέλευσε δὲ καὶ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ σιωπᾶν ἐπὶ πενταετῆ χρόνον· καὶ τὸ τελευταῖον, Θεὸν ἑαυτὸν ἐπωνόμασε.

Ξενοφάνης ὁ τοῦ Ορθομένου, [1] Κολοφώνιος, ἐκ γῆς καὶ ὕδατος ἔφη τὰ πάντα γίνεσθαι· εἶναι δὲ τὰ πάντα, ὡς ἔφη, οὐδὲν ἀληθές. οὕτως τὸ ἀτρεκὲς ἡμῖν ἄδηλον, δόκησις δὲ ἐπὶ πᾶσι τέτυκται μάλιστα τῶν ἀφανέων.

Παρμενίδης ὁ τοῦ Πύρητος, τὸ γένος Ἐλεάτης, καὶ αὐτὸς τὸ ἄπειρον ἔλεγεν ἀρχὴν τῶν πάντων.

Ζήνων ὁ Ἐλεάτης ὁ ἐριστικός, ἴσα τῷ ἑτέρῳ Ζήνωνι, καὶ τὴν γῆν ἀκίνητον λέγει, καὶ μηδένα τόπον κενὸν εἶναι. καὶ λέγει οὕτως· [2] τὸ κινούμενον ἤτοι ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ κινεῖται, ἢ ἐν ᾧ οὐκ ἔστι· καὶ οὔτε ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ κινεῖται, οὔτε ἐν ᾧ οὐκ ἔστιν· οὐκ ἄρα τί κινεῖται.

Μέλισσος ὁ τοῦ Ἰθαγένους, Σάμιος τὸ γένος, ἓν τὸ πᾶν ἔφη εἶναι, μηδὲν δὲ βέβαιον ὑπάρχειν τῇ φύσει, ἀλλὰ πάντα εἶναι φθαρτὰ ἐν δυνάμει.

Λεύκιππος [3] ὁ Μιλήσιος, κατὰ δέ τινας Ἐλεάτης, καὶ οὗτος ἐριστικός, ἐν ἀπείρῳ καὶ οὗτος τὸ πᾶν ἔφη εἶναι, κατὰ φαντασίαν δὲ καὶ δόκησιν τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ μηδὲν κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλ᾽ οὕτω φαίνεσθαι κατὰ τὴν ἐν τῷ ὕδατι κώπην.

Δημόκριτος ὁ τοῦ Δαμασίππου, Ἀβδηρίτης, τὸν κόσμον ἄπειρον ἔφη, καὶ ὑπὲρ κενοῦ κεῖσθαι. ἔφη δὲ καὶ ἓν τέλος εἶναι τῶν πάντων, καὶ εὐθυμίαν τὸ κράτιστον εἶναι, τὰς δὲ λύπας ὅρους κακίας· καὶ τὸ δοκοῦν δίκαιον, οὐκ εἶναι δίκαιον· ἄδικον δὲ τὸ ἐναντίον τῆς φύσεως· ἐπίνοιαν γὰρ κακὴν τοὺς νόμους ἔλεγε, καὶ οὐ χρὴ νόμοις πειθαρχεῖν τὸν σοφὸν ἀλλὰ ἐλευθερίως ζῆν.

Μητρόδωρος ὁ Χῖος ἔφη μηδένα μηδὲν ἐπίστασθαι, ἀλλὰ ταῦτα ἃ δοκοῦμεν γινώσκειν, ἀκριβῶς οὐκ ἐπιστάμεθα, οὐδὲ ταῖς αἰσθήσεσι δεῖ προσέχειν· δοκήσει γάρ ἐστι τὰ πάντα.

Πρωταγόρας ὁ τοῦ Μενάνδρου, Ἀβδηρίτης, [4] ἔφη μὴ θεοὺς εἶναι, μηδὲ ὅλως θεὸν ὑπάρχειν.

Διο-

que a Pythagorais in Elee sive Velia magnae Graeciae urbe orta est, parens extitit. Auditores habuit, qui heic apud Epiphanium sequuntur, Parmenidem, utque Zenonem.

2. τὸ κινούμενον &c. Bella profecto argumentatio, & viro philosopho digna!

3. ὁ Μιλήσιος. Non invenio Leucippum gente Milesium fuisse; alii ipsum Eleatem faciunt; alii Abderitanum; alii Melium. Consulatur Laertius.

4. Non satis constat an Protagoras Deos negaverit, nec ne. Negavisse credidere veterum plurimi quod librum de Diis quum composuisset, illius initium fecerit, ut est apud Eusebium Praeparat. Evangel. lib. XIV, cap. 19 οὔθ᾽ ὡς εἰσὶν, οὔθ᾽ ὡς οὐκ εἰσὶν, οὔθ᾽ ὁποῖοί τινες ἰδέαν &c. quod initium Cicero lib. I. de Nat. Deorum lectius ita reddiderat, *De Diis neque ut sint, neque ut non sint, habeo dicere.*

Diogenes Smyrnaus. Diogenes Smyrnæus, vel ut alii volunt, Cyrenæus, eandem cum Protagora opinionem tenuit.

Pyrrho. Pyrrho Elidensis collectis in unum sapientum omnium dogmatibus, confutationes eorum scripsit: & eversis illorum opinionibus, nullam amplexus est.

Empedocles. Empedocles Metonis F. Agrigentinus ignem & terram & aquam & aërem quatuor esse prima dixit elementa, atque inimicitiam elementis omnibus priorem. Siquidem initio separata ac distracta erant, inquit, omnia: nunc in unum conjuncta sunt, conciliata invicem, & amica reddita. Quocirca duo sunt illius opinione principia, visque duplex, Inimicitia & Amicitia; quorum ista copulandi, illa separandi potestate prædita.

Heraclitus. Heraclitus Blesonis F. Ephesius igni originem rerum omnium adscribebat, in eundemque resolvi putabat omnia.

Prodicus. Prodicus quidam quatuor elementa Deos appellavit; inde Solem & Lunam. ab iis enim vitalem in omnia vim diffundi.

Plato. Plato Atheniensis Deum & materiam ac formam constituebat. Mundum ipsum & productum & corruptioni obnoxium. Animam neque productam, & immortalem adeoque divinam credebat: [1] cujus triplicem esse partem; ratione scilicet præditam, irascentem, & concupiscentem. Nuptias & uxores promiscuas esse omnibus ac communes volebat: nemo ut privatim conjugem suam haberet; sed quilibet cum volentibus consuetudinem haberet.

Aristippus. Aristippus [2] Cyrenæus ventri gutturique deditus ac voluptuarius, finem animæ dixit esse voluptatem: qua qui fruitur, beatus; qui omnino caret, infelicissimus sit ac miserrimus. Ita vulgo memorant.

Theodorus Atheus. Theodorus [3] cognomento Atheus, quæ de Deo dicerentur, nugas esse meras arbitratus est: quippe Deum esse nullum. Ob id furari, pejerare, rapere suadebat omnibus, neque pro patria mortem oppetere; dicebat enim unicam patriam esse Mundum; eumque tantummodo bonum esse, qui sit beatus; quisquis autem infelix esset, tametsi sapiens foret, esse fugiendum

ere. Verum si Flavio Philostrati fides habenda in lib. 1. de Sophistis, cogitare debemus, non ut Deos negaret illud dixisse Protagoram; sed ex Magorum Persarum institutione, a quibus acceperat doctrinam de Diis non esse vulgandam. Ad hæc ipsa incuntis librum verba non negantis sunt, sed dubitantis.

1. τρία μέρη. De triplici illa animæ parte, vel tribus unius animæ facultatibus, adeundus Plato ipse in Timæo; si tamen fas sit certi

Διογένης ὁ Σμυρναῖος, κατὰ δέ τινας Κυρηναῖος, τὰ αὐτὰ τῷ Πρωταγόρᾳ ἐδόξασε.

Πύῤῥων ἀπὸ Ἤλιδος, τῶν ἄλλων σοφῶν τὰ δόγματα συναγαγὼν πάντα, ἀντιθέσεις αὐτοῖς ἔγραψε, ἀνατρέπων τὰς δόξας αὐτῶν, καὶ οὐδενὶ δόγματι ἠρέσκετο.

Ἐμπεδοκλῆς ὁ τοῦ Μέτωνος, Ἀκραγαντῖνος, πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα, τέτταρα πρωτόγονα εἰσέφερε στοιχεῖα, καὶ ἔλεγεν ἔχθραν ὑπάρχειν πρῶτον τῶν στοιχείων· κεχώριστο γὰρ, φησὶ, τὸ πρότερον, νῦν δὲ συνήνωται, ὡς λέγει, φιλωθέντα ἀλλήλοις. δύο οὖν εἰσι κατ᾽ αὐτὸν ἀρχαὶ καὶ δυνάμεις, ἔχθρα καὶ φιλία· ὧν ἡ μὲν ἐστιν ἑνωτική, ἡ δὲ διαχωριστική.

Ἡράκλειτος, ὁ τοῦ Βλέσωνος, Ἐφέσιος, ἐκ πυρὸς ἔλεγε τὰ πάντα εἶναι, καὶ εἰς πῦρ πάλιν ἀναλύεσθαι.

Πρόδικός τις, τέσσαρα στοιχεῖα Θεοὺς καλεῖ, εἶτα ἥλιον καὶ σελήνην· ἐκ γὰρ τούτων πᾶσι τὸ ζωτικὸν ἔλεγεν ὑπάρχειν.

Πλάτων Ἀθηναῖος Θεὸν ἔλεγε καὶ ὕλην εἶναι καὶ εἶδος. τὸν κόσμον δὲ γεννητὸν καὶ φθαρτὸν ὑπάρχειν· τὴν ψυχὴν δὲ ἀγέννητον, καὶ ἀθάνατον καὶ θείαν λέγει. εἶναι δὲ αὐτῆς [1] τρία μέρη, Λογικὸν, Θυμικὸν, καὶ Ἐπιθυμητικόν. ἔλεγε δὲ τοὺς γάμους καὶ τὰς γυναῖκας δεῖν κοινὰς τοῖς πᾶσι γίνεσθαι, καὶ μηδένα ἰδίᾳ μίαν ἔχειν γαμετὴν, ἀλλὰ τοὺς θέλοντας ταῖς βουλομέναις συνεῖναι.

Ἀρίστιππος [2] ὁ Κυρηναῖος, οὗτος γαστρίμαργος ὢν καὶ φιλήδονος, τέλος ἔφη τῆς ψυχῆς τὴν ἡδονήν. καὶ ὅς τις ἥδεται, εὐδαίμων οὗτος· ὁ καὶ μηδ᾽ ὅλως ἡδόμενος, τρισάθλιος καὶ κακοδαίμων, ὥς φασι.

Θεόδωρος [3] ὁ Ἄθεος ἐπικληθεὶς, ἔφη λῆρον εἶναι τοὺς περὶ τοῦ Θεοῦ λόγους. ᾤετο γὰρ μὴ εἶναι θεῖον, καὶ τοὺς ἑκάστους προὐτρέπετο πάντας κλέπτειν, ἐπιορκεῖν, ἁρπάζειν, καὶ μὴ ὑπεραποθνήσκειν πατρίδος· ἔλεγε γὰρ μίαν πατρίδα εἶναι τὸν κόσμον. καὶ ἀγαθὸν μόνον ἔλεγε τὸν εὐδαιμονοῦντα, φεύγειν δὲ τὸν δυστυχοῦντα

χρῆν

ti aliquid colligere ab eo, qui inconstantiæ & obscuritatis suis sermonibus asperserit potius, quam varietatis, aut opinionis alicujus determinatæ quadam veluti semina. Illud certum est atque exploratum, ab ea Platonis de anima doctrina derivavisse Platonicos, & cum istis nonnullos primævæ Ecclesiæ Patres, opinionem illam de mente ab anima in homine distincta; cujus non semel mentionem facit in Ancorato Epiphanius. Vide superiores animadversiones nostras ad pag. 170. 1. & 175. a.

2. ὁ Κυρηναῖος. Hic sectæ philosophicæ, quæ a Cyrene celeberrima Africæ urbe Cyrenaica est nuncupata; quæque impudicissima ob mores depravatos a multis habetur, auctor, de quo consulendus maxime Laertius.

3. ὁ Ἄθεος. Apertæ impietatis accusatus est Theodotus ille Sectæ Cyrenaicæ assecla, & ob eam caussam veneno necatus, non quod revera numen omne negaverit, sed quod a suorum religione dissenserit eamque irriserit, contendunt plurimi cum Vossio cap. I. lib. I. de Idololat. Et ex Laertio opinionem hanc suam se colligere posse sibi videntur. Vide quæ de hac re congessit in Hist. Crit. Philos. Jacob. Brück. §. 21. cap. III. lib. II. Part. II.

dum. Denique [1] expetendum insipientem esse divitem atque contumacem.

Hegesias. Hegesias Cyrenæus amicitiam ac gratiam funditus tollebat; nec ullas esse dicebat. Nam aut egentem alterius opera inire ab eo gratiam; aut majore affectum beneficio vicissim rependere. Homini malo vitam expedire, [2] sapienti mortem ajebat. Unde a plerisque *Pisithanatos*, id est, Mortis suasor appellatus est.

Antisthenes. Antisthenes e Thracia matre Athenis natus, primum Socraticus, [3] deinde Cynicus extitit. Hic aliorum scelera ac turpitudines æmulari neminem oportere docuit. Urbium mœnia adversus intestinum proditorem imbecilla; animæ vero firma & inconcussa mœnia dicebat.

Diogenes. Diogenes [4] Cynicus Sinopensis e Ponto, Antistheni diligentem operam dedit. Bonum sapienti cuilibet esse tolerabile, cætera nugacia & inania pronunciavit.

Crates. Crates Thebis in Boetia oriundus, secta Cynicus, rerum omnium inopiam veram esse libertatem affirmavit.

Arcesilaus Arcesilaus solum Deum veritatem assequi, hominum vero neminem, decrevit.

Carneades Carneades Arcesilao in omnibus assensus est.

Aristoteles. Aristoteles Nicomachi F. ut nonnullis placet, Macedo, ac Stagiris oriundus, [5] quamquam alii Thracem fuisse malint, duo principia constituit, Deum ac materiam. Quæ supra Lunam sunt, divina providentia gubernari; inferiora nulla regi providentia, sed temere ac sine ratione fieri putavit. Item duos esse mundos, superiorem & infimum; illum incorruptum esse, corrumpi vero alterum. Postremo animam corporis esse [6] endelechian, hoc est, continuam motionem ac perennem.

Theophrastus. Theophrastus Eresius Aristotelem omnino secutus est.

Strato

1. ἢ αἱρετὸν &c. Hanc postremam loci illius partem ita latine a Petavio redditam legimus: *denique vel insipientem atque contumacem divitem asciscendum esse*; quod sane græci textus sensum minus bene referre videtur.

2. τῷ δὲ σοφῷ &c. Docebat Hegesias mortem vitæ esse anteponendam; non quod ab Aristippi, aut Cyrenaicæ Scholæ decretis defecerit aliquando; sed quod animadverteret mortalem vitam vivere hominem absque incommodis non posse. Hinc satius ducebat mortem oppetere, quam infeliciter vivere. Eloquentissimum illum fuisse inde eruimus, quod dum insanum illud commentum suum dicendo exponebat, pluribus voluntariæ mortis desiderium excitaverit. Et eo nomine cautum est a Ptolomæo Rege ne ulterius de eo dissereret. Vide Ciceronem Tusculan. quæst. lib. 1. num. 34.

3. ἔπειτα Κυνικὸς, Imo fundator Sectæ Cynicæ; illius nimirum Sectæ, quæ rigidam morum

κἂν ᾖ σοφός. [1] καὶ αἱρετὸν εἶναι τὸν ἄφρονα πλούσιον ὄντα καὶ ἀπειθῆ.

Ἡγησίας Κυρηναῖος, οὗτος ἔφη μήτε φιλίας μήτε χάριτας εἶναι. μὴ ὑπάρχειν γὰρ αὐτὰς ἔλεγεν, ἀλλὰ χρήζων τίς ἔδωκε χάριν, ἢ κρεῖττόν τι παθὼν εὐεργετεῖ. ἔλεγε δὲ καὶ τῷ φαύλῳ ἀνδρὶ λυσιτελὲς τὸ ζῆν, [2] τῷ δὲ σοφῷ τὸ ἀποθανεῖν· ὥς τινὰς ἐκ τούτου Πεισιθάνατον αὐτὸν καλέσαι.

Ἀντισθένης ὁ ἐκ Θρᾴκης μητρὸς, αὐτὸς δὲ Ἀθηναῖος, τὸ πρῶτον Σωκρατικὸς, [3] ἔπειτα Κυνικὸς, ἔφησε μὴ χρῆναι τὰ κακὰ ζηλοτυπεῖν ἕτερον, ἢ τὰ παρ' ἀλλήλοις αἰσχρά. τὰ δὲ τείχη τῶν πόλεων εἶναι σφαλερὰ, πρὸς τὸν ἔσω προδότην· ἀσάλευτα δὲ τὰ τῆς ψυχῆς τείχη καὶ ἄρραγῆ.

Διογένης [4] ὁ Κυνικὸς, ἀπὸ Σινώπης τῆς κατὰ τὸν Πόντον πόλεως, τὰ πάντα Ἀντισθένει συνῄνει. ἔφησε τὸ ἀγαθὸν οἰστὸν παντὶ σοφῷ εἶναι, τὰ δ' ἄλλα πάντα οὐδὲν ἢ φλυαρίας ὑπάρχειν.

Κράτης ἀπὸ Θηβῶν τῶν Βοιωτικῶν, καὶ αὐτὸς Κυνικὸς, ἔλεγεν ἐλευθερίας εἶναι τὴν ἀκτημοσύνην.

Ἀρκεσίλαος ἔφασκε τῷ Θεῷ ἐφικτὸν εἶναι μόνον τὸ ἀληθὲς, ἀνθρώπῳ δὲ οὔ.

Καρνεάδης τὰ αὐτὰ τῷ Ἀρκεσιλάῳ ἐδόξασεν.

Ἀριστοτέλης ὁ Νικομάχου, κατὰ μέν τινας Μακεδὼν, ἀπὸ Σταγείρων. [5] ὡς δὲ ἔνιοι, Θρᾷξ ἦν τὸ γένος. ἔλεγε δὲ δύο ἀρχὰς εἶναι, Θεὸν καὶ ὕλην· καὶ τὰ μὲν ὑπεράνω τῆς σελήνης, θείας προνοίας τυγχάνειν· τὰ δὲ κατώθεν τῆς σελήνης ἀπρονόητα ὑπάρχειν, καὶ φορᾷ τινι ἀλόγῳ φέρεσθαι, ὡς ἔτυχεν. εἶναι δὲ λέγει δύο κόσμους, τὸν ἄνω καὶ τὸν κάτω· καὶ τὸν μὲν ἄνω ἄφθαρτον, τὸν δὲ κάτω φθαρτόν· καὶ τὴν ψυχὴν [6] ἐνδελέχειαν σώματος λέγει.

Θεόφραστος * Ἐφέσιος τὰ αὐτὰ Ἀριστοτέλει ἐδόξασε.

* Cor. Ἐρέσιος & mox Στράτων.

rum severitatem ostentabat non in sententiis tantum, sed & in habitu atque exteriori suorum cultu: quod reprehendi sane non deberet, si ab irreprehensibili manasset principio, & ad laudabilem tetendisset finem. Porro Cynica est appellata Secta illa vel a Cynosarge nuncupato loco extra Athenarum mœnia sito, in quo Antisthenes docere cœpit; vel a moribus suorum, qui canino dente mordere aliorum hominum facta, quæ ipsi non probassent, consuevere.

4. Διογένης ὁ Κυνικὸς. Hic ille Diogenes cynicæ vitæ singularitate celeberrimus, & vulgata dolii fabella.

5. ὡς δὲ ἔνιοι &c. Nec immerito, quamvis ea Thraciæ parte, in qua natus Aristoteles a Græcis fuerit jam ætate ipsius occupata, & Macedoniæ adjecta. Videantur Vossius de Sectis cap. XVIII. atque Stanlejus.

6. ἐνδελέχειαν. Alii scribunt ἐντελέχειαν. Utroque modo vox illa effertur absque ullo sensus discrimine. Quid vero ea voce significare voluerit Aristoteles latet adhuc: diu multumque, sed frustra torsit illa virorum ingenia. Hinc suspicantur aliqui nec Aristotelem ipsum illius sensum clare & distincte intellexisse; quamquam inficias eat nemo doctissimum sua ætate fuisse, & Ciceronis judicio inter omnes Græciæ philosophos nulli secundus nisi uno Platoni, a quo fuerat institutus.

Strato.

Strato Lampſacenus cauſam omnium rerum calidæ naturæ tribuebat: infinitas eſſe mundi partes; neque omne animal eſſe capax dicebat.

Praxiphanes. Critolaus.

Praxiphanes Rhodius eadem ac Theophraſtus aſſerebat.

Critolaus Phaſelita Ariſtotelem ſecutus eſt.

Zeno.

Zeno [1] Citienſis Stoicus templa Diis exſtrui nolebat; quippe Divinum Numen ſola mente continendum; ſive potius habendam pro Deo mentem ipſam, utpote quæ ſit immortalis. Mortuos feris obiiciendos, aut igni concremandos. Pueros in amoribus ac delitiis habere permittebat. Idem moderari ac regere omnia Deum aſſerebat. Rerum cauſas partim in noſtra poteſtate poſitas, partim extra nos ſitas: hoc eſt, rerum alias juris eſſe noſtri, alias nequaquam eſſe, definiebat. [2] Ad hæc animam a corpore ſejungi, quam & diuturnum ſpiritum appellabat, ſed non prorſus incorruptam eſſe; adeoque paulatim temporis longinquitate conſumi & in nihilum redigi.

Cleantes.

Cleanthes [3] ſummum bonum & honeſtum voluptates eſſe dicebat. Hominem ſolam appellabat animam. Deos myſticas eſſe quaſdam figuras, ſacraque nomina. Itaque Solem Daduchum, hoc eſt, *faciferum* eſſe; mundum ipſum Myſtas & afflatu numinum correptos, ceremoniarum ac rituum vicem obtinere.

Perſeus. Chryſippus.

Perſeus Zenoni penitus adſtipulatus eſt.

Chryſippus Solenſis nefarias & illicitas leges ſanxit. Nam & filios cum matribus, & cum filiabus patres commiſcere corpora volebat. In cæteris cum Citienſi Zenone ſentiebat. Addebat & illud, ut humanis carnibus veſcendum ſtatueret. Ultimum bonorum finem animi [4] jucunditate metiebatur.

Diogenes Rhodius. Panætius.

Diogenes [5] Rhodius omnia ex voluptate conſtare cenſebat.

Panætius Rhodius mundum affirmabat immortalem, neque ſenio ac vetuſtate confici. Divinationem funditus repudiabat. Quæ de Deo aſſeruntur, evertebat. Summum [6] hominis bonum in divitiis ac ſanitate ponebat.

Poſi-

1. Zeno ille Stoicæ Sectæ princeps, quam Athenis fundavit tercentis circiter ante Chriſtum annis.

2. Ελεγε δὲ καὶ μετὰ χωρισμὸν. *Mutila ac ſuſpenſa eſt oratio. Forte illud voluit: Animas ex opinione Stoicorum corporibus ſolutas aliquandiu perſeverare, ac paulatim evaneſcere.* Petavius.

3. De Cleanthe Zenonis diſcipulo, & in Stoicorum Schola ſucceſſore, rem ſane ſingularem narrant Seneca, Valerius Maximus, Laertius, Suida, ajunt ipſum inopia rerum omnium

Στρατωνίων ἐκ Λαμψάκου τὴν θερμὴν οὐσίαν ἔλεγεν αἰτίαν πάντων ὑπάρχειν. ἄπειρα δὲ ἔλεγεν εἶναι τὰ μέρη τοῦ κόσμου, καὶ πᾶν ζῶον ἔλεγεν οὐ δεκτικὸν εἶναι.

Πραξιφάνης Ῥόδιος τὰ αὐτὰ τῷ Θεοφράστῳ ἐδόξασε.

Κριτόλαος ὁ Φασηλίτης, Τὰ αὐτὰ τῷ Ἀριστοτέλει ἐδόξασε.

Ζήνων [1] ὁ Κιτιεὺς ὁ Στωϊκὸς, ἔφη μὴ δεῖν θεοῖς οἰκοδομεῖν ἱερὰ, ἀλλ' ἔχειν τὸ θεῖον ἐν μόνῳ τῷ νῷ· μᾶλλον δὲ θεὸν ἡγεῖσθαι τὸν νοῦν· ἔστι γὰρ ἀθάνατος. τοὺς δὲ τελευτῶντας ζώοις παραβάλλειν χρῆναι ἢ πυρί. καὶ τοῖς παιδικοῖς χρῆσθαι ἀκωλύτως. ἔλεγε δὲ πάντα διοικεῖν τὸ θεῖον. τὰς δὲ αἰτίας τῶν πραγμάτων πῆ μὲν ἐφ' ἡμῖν, πῆ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν· τουτέστι τὰ μὲν τῶν πραγμάτων ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν. [2] ἔλεγε δὲ καὶ * μετὰ χωρισμὸν τοῦ σώματος, καὶ ἐκάλει τὴν ψυχὴν πολυχρόνιον πνεῦμα· οὐ μὴν δὲ ἄφθαρτον δι' ὅλου ἔλεγεν αὐτὴν εἶναι, ἐκδαπανᾶται γὰρ ὑπὸ τοῦ πολλοῦ χρόνου εἰς τὸ ἀφανὲς, ὥς φησι. *γρ. μεταχωρισμὸν. Deesse nonnihil puto.

Κλεάνθης [3] Τὸ ἀγαθὸν καὶ καλὸν λέγει εἶναι τὰς ἡδονάς· καὶ ἄνθρωπον ἐκάλει μόνην τὴν ψυχὴν, καὶ τοὺς θεοὺς μυστικὰ σχήματα ἔλεγεν εἶναι καὶ κλήσεις ἱεράς· καὶ δᾳδοῦχον ἔφασκεν εἶναι τὸν ἥλιον, καὶ τὸν κόσμον μύστας, καὶ τοὺς κατόχους τῶν θείων τελεστὰς ἔλεγε.

Περσαῖος τὰ αὐτὰ Ζήνωνι ἐδογμάτισε.

Χρύσιππος ὁ Σολεὺς, νόμους ἔγραψεν οὐ θεμιτούς· ἔλεγε γὰρ δεῖν μίγνυσθαι ταῖς μητράσι τοὺς παῖδας, τοῖς δὲ πατράσι τὰς θυγατέρας. εἰς δὲ τὰ ἄλλα συνεφώνησε Ζήνωνι τῷ Κιτιεῖ. πρὸς τούτοις δὲ ἔλεγε, καὶ ἀνθρωποβορεῖν. ἔλεγε δὲ τὸ τέλος πάντων [4] Τὸ ἡδυπαθὲς εἶναι.

Διογένης [5] ὁ Βαβυλώνιος, ἔλεγε τὰ σύμπαντα συνίστασθαι ἐξ ἡδονῆς.

Παναίτιος ὁ Ῥόδιος τὸν κόσμον ἔλεγεν ἀθάνατον καὶ ἀγήρω· καὶ τῆς μαντείας κατ' οὐδὲν ἐπεστρέφετο· καὶ τὰ περὶ θεῶν λεγόμενα ἀνῄρει. ἔλεγε γὰρ [6] φλήναφον εἶναι τὸν περὶ θεοῦ λόγον.

Ποσει-

omnium laborantem; noctu in hortis hauriendæ aquæ operam locavisse, ut posset interdiu vacare philosophiæ studiis. Quam ob rem φρεάντλην dicunt fuisse appellatum. Credidit nec temere ad præsentem locum Petavius in illis verbis καλὸν λέγει εἶναι τὰς ἡδονὰς, aut falsum esse Epiphanium, aut ea ita esse accipienda, ut denotent nullam nisi in honestate inesse voluptatem.

4. τὸ ἡδυπαθὲς. Jucunditatem, voluptatem heic saepe cum honestate conjunctam.

5. ὁ Βαβυλώνιος. Babilonius fuit Diogenes ille; non Rhodius, de quo pluribus in locis agit Cicero, agit & Laertius, qui memorant labente seculo ab Urbe condita legatum Romam fuisse ab Atheniensibus. Ceterum quæ heic occurrit in latina interpretatione error ab amanuensium fortasse ortum oscitantia, & Petavianæ Editioni communis est.

6. Emendatione certe indiget latina illius loci interpretatio. Inibi enim nullus ponit Panætius summum hominis bonum in divitiis ac sanitate; sed simple affirmat nugacem esse omnem de Deo sermonem.

Posidonius Posidonius [1] Apamensis summum hominis bonum in divitiis & sanitate ponebat.

Athenodorus. Athenodorus [2] Tarsensis eadem cum Chrysippo ac Zenone dogmata tenuit.

Epicurus. Epicurus Neoclis F. Athenis educatus, voluptuariam vitam amplexus est. Itaque cum meretricibus publice sine ullo rubore consuetudinem habuit, præter ea quæ de illo operis hujus initio scripsimus. Deos [3] esse nullos ajebat, sed fortunæ arbitrio cuncta gubernari. Nihil in mundo voluntarium ac liberum inesse, non disciplinam non imperitiam, non aliud quicquam, sed omnibus omnia præter voluntatem accidere. Neminem iccirco vituperandum aut collaudandum esse, eo quod nihil istiusmodi ex libero animi decreto suscipiat [4]. Mortem negabat unquam esse pertimescendam. Item, ut antea dixi, ex atomis totum hoc universum constare, & in infinito spatio mundum esse profitebatur [5].

X. Hi sunt sectarum apud Græcos conditores, quos comperire potuimus. Quod ad alios spectat, qui inter Barbaros, aut in Græcia, ac Romanorum regione, aliisve mundi tractibus emerserunt: in Indorum natione [6] LXXII absurdissimæ Philosophiæ sectæ numerantur; [7] velut Gymnosophistarum & Brachmanorum; quæ solæ ex omnibus laudandæ sunt: tum Pseudobrachmanorum, & eorum qui mortuorum cadaveribus vescuntur, & qui fœdissimam rem perpetrant, & qui stupidi desperatique sunt. Quorum singula persequi, & horrenda facinora commemorare, supervacaneum & indignum putavi: tanta est istorum hominum nequitiæ flagitiorumque corruptela. Nam in Media rursum sex esse feruntur sectæ, a se invicem diversæ. *Barbarorum variæ sectæ.* In Æthiopia vero, ac Perside, Parthia, Elamitide, Caspia, Germania, Sarmatia apud Daunos, Zicchos,

1. De Posidonio hoc videndus nobilis locus Ciceronis in capite 25. lib. II, Tusculan. Quæst.

2. Athenodorus ille Augusti Cæsaris fuit præceptor. Videsis Albertum Fabricium Biblioth. Græc. pag. 391, tom. II.

3. πάλιν ἔλεγε μὴ εἶναι θεοὺς. *Imo esse Deos quidem minime negabat, sed rerum humanarum securos ac feriatos esse jubebat. Lucretius lib.* 2.

Omnis enim per se Divum natura necesse est
Immortali vero summa cum pace fruatur.
Semota a nostris rebus, sejunctaque longe.
Nam privata dolore omni, privata periclis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga nostri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira.
Petavius.

4. Epiphanio simile de Epicuro scripsere Clemens Alexandrinus, Lactantius, Ambrosius. Nec alia ferme fuit de illo fama in omni retro antiquitate usque ad tempus illud, quo restauratæ, ac renovatæ sunt litteræ; quoque Epi-

Ποσειδώνιος [2] Ἀπαμεὺς ἔλεγε τὸ μέγιστον ἐν ἀνθρώποις ἀγαθὸν εἶναι πλοῦτον καὶ ὑγείαν.

Ἀθηνόδωρος [2] Ταρσεὺς τὰ αὐτὰ Χρυσίππῳ ἐδόξασε, καὶ τὰ αὐτὰ Ζήνωνι ἐδογμάτισεν.

Ἐπίκουρος ὁ Νεοκλέους, ἐν Ἀθήναις τραφεὶς, φιλήδονον βίον μετῆλθε, καὶ οὐκ ἠρυθρία γυναιξὶ συνὼν δημοσίᾳ ἀκολάστοις, μεθ' ἃ ἑτέρων περὶ αὐτοῦ εἴπομεν. [3] πάλιν ἔλεγε μὴ εἶναι Θεοὺς, ἀλλ' ἢ μόνον τύχην διοικεῖν τὰ πάντα, καὶ μηδὲν εἶναι τῶν ἐν τῷ βίῳ ἑκούσιον, μή τε μάθησιν μήτε ἀπαιδευσίαν, μήτε ἄλλο μηδὲν, ἀλλὰ πάντα ἀκούσια γίνεσθαι πᾶσι. καὶ οὐ χρὴ ψέγειν τινὰ, ὥς φησί, οὔτε ἐπαινεῖν· οὐ γὰρ ἑκόντες ταῦτα ὑφίσανται [4]. ἔλεγε δὲ μὴ δεῖν φοβηθῆναι τὸν θάνατον. διεβεβαιοῦτο δὲ, ὡς ἤδη ἔφην, ἐξ ἀτόμων καὶ τὸ πᾶν τὴν σύστασιν ἔχειν, καὶ τὸν κόσμον ἐν ἀπείρῳ εἶναι [5].

Καὶ οὗτοι μὲν οἱ ἐξ Ἑλλήνων εἰς γνῶσιν ἡμῶν ἐληλύθασιν. ἄλλοι δὲ ὅσοι κατὰ τὴν Βάρβαρον, καὶ Ἑλλάδα, Ῥωμαίαν τε καὶ τὰ ἄλλα κλίματα τῆς οἰκουμένης, [6] ἑβδομήκοντα δύο μὲν ἀνδρεῖς φιλοσοφίαι ἐν τῇ τῶν Ἰνδῶν ἐμφέρονται φατρίᾳ, ὧν τε [7] Γυμνοσοφιστῶν τῶν τε Βραχμάνων, ἐπαινετῶν τούτων μόνων, ὧν τε Ψευδοβραχμάνων, τῶν τε νεκροφάγων, ὧν τε αἰσχροποιῶν, τῶν τε ἀπηλγημένων· ὧν τὸ κατ' εἶδος λέγειν, διὰ τὰ παρ' αὐτῶν μυσαρὰ γινόμενα, περιττὸν ἡγησάμεθα καὶ οὔτε ἄξιον, διὰ τὴν πολλὴν ἐν τοῖς ἀνθρώποις φθορὰν κακίας τε καὶ ἐργασίας. ἐν μὲν γὰρ τῇ Μηδίᾳ ἓξ αἱρέσεις πάλιν λέγονται εἶναι διάφοροι. ἐν δὲ τῇ Αἰθιόπιδι ὅσαι, παρὰ Πέρσαις τε, ἢ ἐν τῇ Παρθίᾳ, ἢ Ἐλαμίτιδι, ἢ Κασπίᾳ, ἢ Γερμανῶν χώρᾳ, ἢ Σαρματίᾳ, ἢ ὁπόσοι ἐν τοῖς Δαύνισιν, ἢ παρὰ

Epicuri fortuna faciem mutavisse visa est; & quæ hominem pingere consueverat forma impium, impudicum, monstro similem, intolerabilibus præditum moribus; eumdem repræsentare cœpit liberalem, frugi, bene moratum. Constat esse consulendum inter ceteros de Epicuro agentes Petrum Gassendi.

5 En quomodo Epiphanius omnem brevi operis capite lustraverit veteris philosophiæ historiam; vetereſque philosophos si non omnes, præclariores certe indicaverit, propriisque singulorum notaverit characteribus. Facile esset juxta accuratiorem temporum rationem illos disponere.

6. Ἑβδομήκοντα δύο μὲν ἀνδρεῖς φιλοσοφίαι. *Mirum tot apud Indos Philosophorum Sectas extitisse; quod nescio an alius prodiderit. Strabo lib. xv. de Indorum Sectis agit accurate, quas ad duo capita revocat, Brachmanas, & Germanas. Sciendum est autem Epiphanium* ἀιρέσεις *sive Sectas appellare instituta vivendi ac diversos gentium ritus: cujusmodi innumerabiles confici potuerunt.* Petavius.

7 Γυμνοσοφιστῶν, sapientum apud Indos genus quoddam, qui a Brachmanis proprie non distinguebantur nisi nomine, quod Græci imposuerunt illis ob eam quam affectabant rerum humanarum contemptionem; nudi enim & in sylvis ferarum more vivebant. Ob asperam illam vivendi rationem dirimebantur fortasse & ab aliis Brachmanis. Illorum haud infrequens occurrit apud veteres mentio. Videri inter ceteros possunt Plutarchus in Alexandro Magno, & Clemens Alexandrinus lib. vi. Stromatum. Eusebius Præparat. Euangel. lib. vi, cap. viii.

chos, Amazonas, Lazos, Iberos, Bosphoranos, Gelos,[1] Seras, aliasque gentes, legum ac sectarum & hæreseon ac variorum institutorum infinita genera sunt. Exempli causa apud

Serarum ridiculus mos.

Seras viri capillos intorquent, ac domi resident, unguentis delibuti, ac muliebri cultu lenocinioque quo uxoribus placeant, expoliti. E contrario fœminæ tonso capite ac virili cingulo præcinctæ agriculturam exercent. Apud Gelos perversa ratione, qui mala perpetrant ab ipsis legibus commendantur. Jam apud Græcos quam multa mysteria ceremoniæque

Atheniensium sacra.

sunt! Cujusmodi sunt Megarica mulierum sacra & Thesmophoria; quorum ritus a se mutuo discrepant. Tum[2] Eleusinia quæ in honorem Cereris ac Proserpinæ celebrantur, & quæ illic in penetralibus obscœna committi solent: velut cum mulieres denudantur, ut honestissime dicam; quibus accedunt tympana, liba, rhombus, calathus, lana facta, cymbalum, cinnus in poculo temperatus. Adde &[3] Pythia quæ in honorem Archemori, & Isthmia quæ in Athamantis & Melicertæ Inus filii memoriam indicuntur. Tum eos qui Phallum circunferunt, quæque Priapeja sacra turpissima ac flagitiosissima frequentant. Ad hæc, Rheæ cultores viros, qui teneros mares exsecant, & virilia funditus amputant; adeo ut neque viri amplius esse possint, neque mulieres sint a natura facti. Sunt & alii Dionysiaci, qui Curetum sacris, & carnium divisioni

Dionysii origo.

initiare solent coronati serpentibus,[4] euantes, & *oua oua* vociferantes, hoc est, Euam illam quam serpens decepit, invocantes; sive aspirata voce serpentem Hebraica lingua ad fraudem suam & errorem vocantes. nam[5] Eua si tenui spiritu pronuntietur, fœminam significat: sin aspiretur, Hebræi hoc vocabulo *heua*, serpentem intelligunt.

XI. Et quid attinet plura dicere? Tempus me deficiet, si infinita illa hominum discrimina in utramque partem, hoc

Ægyptiorum ritus.

est, virtutem ac pravitatem persequi voluero. Veluti qui in Ægypto Saturno initiati ferreis collaribus seipsos illigant, ac prolixiore barba, & sordidis vestibus ac ridiculis utuntur. Quippe

1 Σηρσὶ ἀπὸ τῶν Σηρικῶν; quæ regio Scythiam inter & Sinenses posita, celebris habetur Virgilii II. Georgic. Oratii lib. 1. Od. XII, atque Plinii Hist. lib. VI, cap. XVII, testimoniis. Commendantur incolæ illius insignis, quod Sylvæ ipsis producunt, cura; Epiphanii nostri narratione, dum apud illos viri mollissimo tenebantur vitæ genere, fœminæ agrorum culturæ dabant operam.

2 τὰ ἐν Ἐλευσῖνι. Vide quæ de Eleusinio-

παρὰ Ζιχχοῖς, καὶ Ἀμαζόσι, Λαζοῖς τε, καὶ Ἴβηρσι, καὶ Βοσπορηνοῖς, ἢ Γηλοῖς, ἢ Σηροῖς, ἢ τοῖς ἄλλοις ἔθνεσι, νόμων τε διαφοραὶ καὶ φιλοσοφιῶν καὶ αἱρέσεων, καὶ διαφορῶν ἄμετρον πλῆθος. ὡς [1] Σηροὶ μὲν ἄνδρες ἐμπλέκονται, οἴκαδε καθεζόμενοι, μυριζόμενοί τε, καὶ θηλυνόμενοι γυναιξὶν ἑτοιμαζόμενοι· αἱ δὲ γυναῖκες τὸ ἀνάπαλιν, τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς κειρόμεναι, ἀνδρείῳ ζώματι ζωννύμεναι, καὶ τὰ κατὰ τὴν ἄρουραν πάντα ἔργα ἐκτελοῦσαι. παρὰ Γηλοῖς δὲ τοὐναντίον, οἱ τὰ φαῦλα δρῶντες πρὸς τῶν νόμων αὐτῶν ἐπαινοῦνται. παρ' Ἕλλησι δὲ πόσα μυστήρια καὶ τελεταί; ὡς αἱ Μεγαρίζουσαι γυναῖκες, καὶ Θεσμοφορίζουσαι ἀλλήλαι πρὸς ἀλλήλας διαφέρονται, * ὅσα τὰ ἄλλα, [2] τά τε ἐν Ἐλευσῖνι Μυστήρια, * Δηοῦς καὶ Φερεφάττης, καὶ τῶν ἐκεῖσε ἀδύτων τὰ αἰσχρουργήματα, γυναικῶν ἀπογυμνώσεις, ἵνα σεμνότερον εἴπω, τύμπανά τε καὶ πόπανα, ῥόμβος τε καὶ κάλαθος, ἔρια ἐξειργασμένη, καὶ κύμβαλον, καὶ κυκεὼν ἐκ πώματι κατεσκευασμένος· ὅσα τε ἄλλα [3] τὰ ἐν Πυθοῖ Ἀρχεμόρου τὰ Μυστήρια, ἐν Ἰσθμοῖς δὲ ἕτερα, Ἀθάμαντός τε, καὶ Μελικέρτου τοῦ Ἰνοῦς γόνου, καὶ ὅσοι τὸν φαλλὸν ἀναστρέφοντες, αἵ τε φαλαρίζουσαι αἰσχρουργίας μελετήματα· οἵ τε τὴν Ῥέαν θεραπεύοντες ἄνδρες, παρακόψαντές τε τὸν παῖδα τὸν ἄρρενα ἀνδὸς σχήματος μορίων διατελέοντες, οὔτε μὴν ἄνδρες δυνάμενοι ἔτι εἶναι, οὔτε γυναῖκες γεγενημένοι· Διονύσιοί τε ἕτεροι, οἱ τοὺς Κύρητας, καὶ τὴν κρεωνομίαν μυοῦντες, τοὺς ὄφεις ἀνεστεμμένοι, [4] εὐάζοντες τὸ, εὐὰ εὐὰ, ἐκείνην τὴν Εὔαν ἔτι τὴν διὰ τοῦ ὄφεως ἀπατηθεῖσαν ἐπικαλούμενοι, οὐ διὰ τῆς δασείας φωνῆς τὸν ὄφιν ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος εἰς ἑαυτῶν πλάνην κικλήσκοντες· [5] Εὔα γὰρ κατὰ τὴν ψιλὴν ἀπόδοσιν τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὴν δασεῖαν Hεῦα τὸν ὄφιν παῖδες Ἑβραίων ὀνομάζουσι.

* For. ἴσα τε.

* Hic not Δηοῦς ex Reg. scripsimus pro eo quod legebatur vulgò Δημητρῶς.

Καὶ τί ἐρῶ; ἐπιλείψει γάρ με ὁ καιρὸς διηγουμένῳ περὶ τῶν ἀμυθήτως ἐχόντων τῷ ἀριθμῷ ἐν ταῖς τῶν ἀνθρώπων διαφοραῖς, πρός τε ἀρετῇ τε καὶ φαυλότητι. ὅσοι μὲν κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν τῷ μὲν * Χρόνῳ ἕτεροι τελισκόμενοι, κλοιοῖς ἑαυτοὺς σιδηρέοις καθείρξαντες, χαίτῃ τε ὑπερτάτῃ, ἐσθῆτι τε ῥυπαρᾷ καὶ καταμεμωκημένῃ, ὡς κρίκοις μὲν τοὺς ἑαυτῶν μυκτῆρας ἐμπείραντες,

* Cor. Κρόνῳ.

καθ'

niorum ritibus monuit ad hunc locum Petavius.

3 τὰ ἐν Πυθοῖ, Ex Pindari Schol alte adnotavit heic Petavius Pythia certamina, quemadmodum Olympica, quinquennalia fuisse.

4 Εὐάζοντες τὸ εὐὰ, εὐὰ Acclamationes ista in laetitia, & hilaritate frequenter usurpata; unde Ovatio deducta. Xiphilinus in Nerone scribit Romae Olympionicae Neroni acclamatum esse; Ὀλυμπιονῖκα εὐὰ, Πυθιονῖκα εὐὰ. Petavius.

5 Vide & ad locum illum quae adducit Petavius.

Quippe in honorem Saturni [1] Asti (quod exiguum oppidum est, ac pagorum caput in Præfectura Prosopitide) circulos identidem naribus infigunt, quo tempore nefarios ac sceleratos religionis causa conventus ex oppidis omnibus instituunt: tum enim coactis cœtibus, orgiaque celebrantes, fanaticos & inconditos ritus exprimunt. Sed execrandum est genus istud hominum. Sunt & apud alios sacra quædam istiusmodi: velut qui in Buttica Prefectura, adeoque [2] Buti oppido Harpocratem nutriunt confecta jam ætate senes. Qui solemni die & ipsis Calendis vesanas ac furiosas Ori ceremonias Dæmonis oestro perciti celebrare coguntur. Tum enim cives universi, ac vel decrepiti senes cum adolescentibus iisdem moribus præditis ac reliquis ætatibus jam tum ab ipsa pubertate, Ori videlicet & Harpocratis sacerdotes, detonso capite, servilem & abominandam ac puerilem speciem sine ullo pudore circumferunt. Tum vero ludrica quædam obeunt, ac sese prudentibus qui seipsos a servitute Dæmonis asseruerunt, deridendos præbent. Nam vecordes, nec sui compotes, ac ridicule deformati, præcipites feruntur, primum enim polenta ac simila, aliisque id genus confectis eduliis faciem oblinunt, vultu in fervens caldarium immerso: eaque specie ad concitandum stuporem vulgus illudunt; & quibusdam furiis agitant: tum & facie manu detersum quidpiam ad sanitatem recuperandam, atque ægritudinum remedia postulantibus impertiunt.

Harpocratis sacra.

XII. Ad hæc si Memphiticas & Heliopoliticas mulieres Orgia celebrantes persequar, quæ tympanorum ac tibiarum strepitu seipsas exstimulant; si Coritidas & trietericas & quæ in Bathæea & in Menuthitide furore correptæ, pudoris sui ac modestiæ muliebris obliviscuntur: quanta mihi verborum copia, quamque amplis voluminibus opus erit, ut commemorandis iis omnibus, quæ supra percensui, quæque propemodum infinita sunt, incumbere velim? Licet enim ingentem mihi hac in re laborem imposuerim, nihilominus illorum tractationem ac comprehensionem imperfectam necesse erit relinqui. Scriptum est enim: *Adolescentulæ quarum non est numerus*. Ad quas sacra illa pertinent, quæ in oppido Sai, & Pelusii, & Bubasti, & Abydi geruntur, nec non & Antinoi delubra, cum mysteriis quæ illic obeuntur: item & quæ Pharbeti, aut quibus hircus a Mendesiis colitur: & quæ in Busiritana præfectura,

καθ' ἑκάστην τῷ Κρόνῳ [1] ἐν τῇ Ἀστῷ καλουμένῃ (πολίχνη δέ ἐστιν αὕτη μητροκωμία κατὰ τὸν Προσωπίτην καλούμενον Νόμον) καὶ τὰς ἐναγεῖς τὰς πανδήμου τῶν πεπλανημένων συνελεύσεως τελετὰς, καὶ τῶν * καταλιζόντων καὶ ὀργιαζόντων ἐμμανεῖς δῆθεν ἱεροφαντίας χρηματιζόντων. ἐξώλεις δὲ οὗτοι. παρ' ἄλλοις δὲ * ὅσοις, ὡς οἱ * Reg. καταλιζόντων. μὲν παρὰ τὸν Βουτικὸν, ἢ αὐλὴν [2] τὴν Βουτὼ τὴν πολίχνην τὸν Ἁρποκράτην τιθηνοῦντες, οἱ γέροντες μὲν ἤδη εἰσὶ τὴν ἡλικίαν· οἱ * Reg. ὅσιοι. πρὸς τῇ ἱερομηνίᾳ τὰς φαντασιώδεις τοῦ Ὥρου ἐνθουσιώσεις ἐπιτελεῖν ἐκ τοῦ Δαίμονος ἀναγκαζόμενοι. ἕκαστος δὲ τῶν πολιτῶν, καὶ πρεσβύτης ἤδη ὑπεράγαν ἅμα νεανίαις ὁμοτρόποις * ἑτέραις ἡβηδὸν ἡλικίαις, ἱερεῖς τοῦ αὐτοῦ Ὥρου δῆθεν καὶ Ἁρποκράτους, ἐπὶ τὴν * γρ. ἑταίραις. κάραν ἐξυρημένοι, μᾶλλον ἕκαστος φέρει ἀναιδῶς τὸ δουλικὸν ὁμοῦ καὶ ἐπικατάρατον καὶ παιδαριῶδες σχῆμα φέροντες· ἀθύρμασί τε πρὸς τοῖς συνετοῖς τοῖς ἀπὸ τοῦ Δαίμονος ἑαυτοὺς * ἐκδεδωκόσιν, * Fort. ἐκδεδώκασι. ἐμμανεῖς τε καὶ ἀφραίνοντες, γελοιώμενοί τε ἀχέτως φέρονται, ἀθήραις τε καὶ σεμιδάλεσιν, ἄλλαις τε βαναυσοποιΐαις πρῶτον μὲν τὰς ὄψεις χρίσαντες, τῷ λέβητι ἀνακαχλάζοντι τὸ πρόσωπον ἐνθέντες, ἀπό τε τοῦ προσώπου δῆθεν ὑπὲρ θαύματος ἀπατηλῶς τὰ πλήθη ἐξοιστρήσαντες, μεταδιδόασι τῇ χειρὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου ἀπομαξάμενοι ἑκάστῳ τῶν αἰτησάντων, εἰς μετάληψιν ὑγείας τε καὶ ἄκους μόνων ἕνεκεν.

Τὰς δὲ Μεμφίτιδας Ἡλιουπολίτιδας ὀργώσας, τυμπάνῳ τε καὶ αὐλῷ τὸ θέλγητρον εἰς ἑαυτὰς λαμβανούσας, εἰ διηγησαίμην, Κορειτιδός τε, καὶ τριπειτίδας, καὶ τὰς ἐπὶ τῆς Βαθείας καὶ ἐν Μενουθίτιδος ἔξω βεβηκυίας αἰδοῖ τε καὶ καταστάσει γυναικείᾳ, πόσοις ὄγκοις γλώττης, ἢ πόσῳ πλάτει συντάξεως ἑαυτὸν ἐπιδοὺς ἐπὶ τὸν προειρημένον ἀριθμὸν, τὸν ἀμύθητον ἑαυτὸν ἐκδοῦναι δυνήσομαι; εἰ γὰρ καὶ κάματον ὑπερβάλλοντα εἰς ἐμαυτὸν ἀναδέξαιμι, ἀτέλεστον καταλείψαιμι τὴν τούτων κατάληψιν· ἐπειδὴ γὰρ, νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς εἴρηται. τά τε ἐν Σαΐ, τά τε ἐν Πηλουσίῳ, τά τε ἐν Βουβαστῷ, τά τε ἐν * Ἀβύδι, τά τε τοῦ Ἀντι- * Reg. Ἀβύδει. νόου τεμένη, καὶ τὰ ἐκεῖσε μυστήρια, τὰ ἐν * Φαρβήθῳ, τὰ κατὰ τὸν * Reg. Φαρβαίτῳ. τράγον τοῦ Μενδησίου, ὅσα τε ἐν Βουσίρει, πόσα τε ἐν Σεβεννύτῳ,

1 ἐν τῇ Ἀστῷ. Oppidulum illud Præfecturæ Prosopotidis caput fuisse ac princeps veluti locus, consentire non videntur veteres. Consule Cellarium Geog. Antiq. lib. IV, cap. I. De eadem Præfectura, quam Νόμον appellabant, agit Plinius Naturalis Historiæ libro V. capite IX.

2 τὴν Βουτῶ. Vide Cellarium laudato mox in capite lib. IV. Strabo de Buto Ægypti urbe agit Geog. lib. VII.

ra, Sebennitica, ac Diospolitana celebrantur. Sed & alicubi in honorem Seth quem Typhonem putant, asino ritus ac cerimonias peragunt. Alii Tithramboni quam interpretantur Hecaten; alii Nepthy; alii Thermuti; alii Isidi initiantur. Cujusmodi infinita alia dici possunt, quæ speciatim ut recenseantur temporis plurimum desiderent. Quocirca summatim

Cant. 6. 7. his verbis concludi potest oratio: *Adolescentulæ quarum non est numerus*. Sunt enim alia porro mysteria quamplurima, & sectarum ac schismatum architecti: velut apud Persas Magusæi, apud Ægyptios Prophetæ, adytorum & sacrorum antistites. Item apud Babylonios, qui Gazareni vocantur, sapientes & incantatores. Quibus & Indorum Evilei, ac Brachmanes accedunt; & Græcorum [1] hierophantæ; & æditui Cynicæ sectæ, & aliarum propemodum infinitarum auctores Philosophi.

XIII. Apud Persas igitur Magusæi, ut dixi, cum idola detestentur, eadem tamen illa venerantur, ignem videlicet & Lunam ac Solem. Alii præterea sunt, qui in Græcia Nysi & Abii vocantur: qui equino lacte victitant, & agrestem atque incultam plane regionem habitant. Quam multa ab humanis ingeniis colligi possunt de iis qui tanti ac tam excellentes habentur; & quæ ad laudabilium *adolescentularum* genus adscribi debent, *quarum non est numerus*? Nam aliæ commendandæ sunt, aliæ vituperatione dignæ. Nam nonnulli reperiuntur, qui ex privato ingenio severam quandam vitæ disciplinam ac legem sibimetipsis condiderunt, ac prolixiore coma palam &

Varia instituta Monachorũ. in omnium oculis procedunt. Alii vero sancti fratres in cilicio & cinere domi sese continent. Alii denique asperrimo vivendi instituto, ac durissimis jejuniis & laboribus Dei causa susceptis, juvenili quadam fortitudine, & perfecta erga sponsum conscientia omnibus numeris absolutam vitam exprimunt. Alii demum, quod paulo ante dixi, non sincere, sed obstinatione quadam animi, velut tyrannice præter veritatem in-

Zacchæus quidam impostor. solenter efferuntur. Ejusmodi [2] Zacchæus ille fuit: qui nuper in montana regione ad Hierosolyma mortuus est: qui cum nemine unquam precandi communione conjungi se passus est. imo vero ex eodem initio Divina mysteria, cum laicus esset, attingere, ac sacrificia celebrare nefario ausu ac temerario est aggressus. Inventus est & alius, quicunque ille tandem fuit, excellenti quodam vitæ genere, qui in Ægypti solitudine in mona-

πόσα τε ἐν Διοσπόλει. ὡς πῆ μὲν τῷ ὄνῳ εἰς ὄνομα τοῦ Σὴθ, δῆθεν τοῦ Τυφῶνος τελετὰς ἐργάζονται. ἄλλοι δὲ * τῷ Τιθράμβῳ, Ἑκάτην ἑρμηνευομένην· ἕτεροι τῇ Σενέφθυ· ἄλλοι δὲ τῇ Θερμούθει τελίσκονται· ἄλλοι δὲ τῇ Ἴσιδι. καὶ πόσα ἐστὶ τοιαῦτα λέγειν, ὧν τὸ κατ᾽ εἶδος εἰπεῖν, πολὺς χρόνος ἀναλωθήσεται; διὸ περιλήψεται πάντα ὁ λόγος πληρούμενος, ἐπὶ τῷ, νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. ἑτέρων δὲ πάλιν μυστηρίων πολλῶν, καὶ αἱρεσιαρχῶν, σχισματοποιῶν, ὧν μὲν ἀρχηγοὶ παρὰ Πέρσαις Μαγουσαῖοι, παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις Προφῆται καλούμενοι, τῶν ἀδύτων τε καὶ ἱερῶν ἀρχηγοὶ (καὶ μάγων) Βαβυλωνίων δὲ οἵ τε καλούμενοι Γαζαρηνοί, σοφοί τε καὶ ἐπαοιδοί· Ἰνδῶν δὲ οἱ Εὐίλεοι καλούμενοι, καὶ * Βαρήμα· ἐν ταῖς Ἑλλήνων [1] ἱεροφάνται τε, καὶ νεωκόρων Κυνικῶν πλῆθος, καὶ ἄλλων ἀμυθήτων φιλοσόφων ἀρχηγοί.

*Reg. τὴν Τιθρ. & mox τοῦ Ἐνέφθυ.

* Fort. Βραχμᾶνες. Ἑλλήνων δὲ.

Τοίνυν, ὡς προεῖπον, παρὰ Πέρσαις Μαγουσαῖοι καλούμενοι, οἱ εἴδωλα μὲν βδελυττόμενοι, εἰδώλοις δὲ προσκυνοῦντες πυρὶ καὶ σελήνῃ καὶ ἡλίῳ. ἄλλοι τε πάλιν ἐν τῇ Ἑλλάδι Μυσοὶ καλούμενοι, ἄβιοι, γάλακτι ἵππων χρώμενοι, καὶ τὸ πᾶν ἀγρίαν χώραν κατοικοῦντες. καὶ πόσα δυνήσεται ὁ νοῦς τῶν ἀνθρώπων συλλέγειν τῶν τοσούτων καὶ μεγάλων ὀνομαζομένων, καὶ ἐν ταῖς ἐπαινουμέναις ὅσαι εἰσὶ διαφοραὶ νεανίδων, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός; τῶν μὲν πρὸς ἔπαινον, ἄλλων δὲ μὴ ἐπαινουμένων. τῶν δὲ ἀπ᾽ ἰδίου νοὸς τὰ πρὸς πολιτείας ἄσκησιν καὶ θεσμὸν ἑαυτοῖς συλλεγόντων, ἐν κόμαις τε προόπτως προερχομένων· ἄλλων δὲ ἁγίων ἀδελφῶν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ οἴκαδε καθεζομένων· καὶ ἔτι ἄλλων ἐν πολιτείαις, καὶ νηστείαις ὑπερβαλλούσαις, καὶ καμάτῳ πρὸς Θεόν, ἐν νεανιότητι τῇ πρὸς τὸν νυμφίον, τελείᾳ συνειδήσει πληροφορουμένων. ἑτέρων δέ, ὡς προεῖπον, οὐκ ὀρθῶς, ἀλλὰ κατά τινα πρόληψιν νοός, τυραννικῶς παρὰ τὴν ἀλήθειαν νεανιευομένων· [2] ὡς Ζαχχαῖος μὲν πρὸ βραχέως τελευτήσας ἐν τῇ ὀρεινῇ τῇ περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, οὐδενὶ ὅλως συνερχόμενος διετέλεσεν· ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν τολμηρῶς ἁγίων μυστηρίων ψαύειν, καὶ ἱερουργίαν λαϊκὸς ὢν ἀφειδῶς ἐπεχείρει. ἕτερος δέ τις, ὅστις ποτὲ ἦν ἀνὴρ ἐκεῖνος, καὶ τῶν δοκούντων ἐν ἀκρότητι βίου πεπολιτευμένος, πρὸς τὴν Αἴγυπτον ἐπὶ τὰ ἐρημικὰ

1. Ἱεροφάνται τε, καὶ νεωκόρων. Distinguenda hoc modo ista sunt ἱεροφάνται τε, καὶ νεωκόροι. Κυνικῶν τε πλῆθος &c. Petavius.

2 ὡς Ζαχχαῖος. De falso illo monacho agit Epiphanius & infra in Anacephaleosi num. v. tom. II, lib. III. Agit & Baronius ad annum CCCLXI, num. XLIII.

monasterio degebat. Item alius ad Sinam montem habitans; Qui ambo nescio quibus somniis eo temeritatis adducti sunt, ut * suscepta ad Episcopi functionem manuum impositione, sedere, & Episcoporum munus obire non dubitarint. Alii, & hi quidem non pauci, castrare semetipsos contra leges juvenili quadam ferocia ausi sunt. Alii, qui audaciores videntur, ex Catholicorum partibus, privata sibi factione conflata, præter Ecclesiæ consuetudinem, ac citra generalis Concilii decretum, eos qui ab Arianis ad suas partes transeunt, [1] iterum baptizare nihil verentur; cum nondum ea res, ut dixi, universalis Synodi judicio decisa sit; quod adhuc populi promiscue ad hodiernum usque tempus habeantur: inter quos multi quidem sunt Catholici, sed ficte ac per simulationem cum Sacerdotibus conjuncti sunt, donec execranda illa secta ab Ecclesiæ consortio segregetur, ut tunc aliquid de illa statuatur. Ex iis, qui suapte auctoritate iterum hoc modo baptizant, audio quendam in Lycia Presbyterum esse. Sed & aliis in locis reperiuntur alii, qui singillatim ac separati preces obeunt, & reliquorum communionem omnem respuunt. Alii collo vincula præter Ecclesiæ leges innectunt. Quam ob causam disputationem omnem hac sententia conclusi: *Adolescentulas esse nullo numero comprehensas*; quæ privato consilio audacter, insolenterque se gerunt; non ut boni aliquid consequantur, aut sapientiæ species partesq; perficiant, videlicet prudentiæ, fortudinis, temperantiæ, justitiæ. Quo ex numero adolescentularum, tyrannico more quædam efferuntur, atque a veritate deflectunt; nullo ut numero contineri possint.

* For.. non suscepta.

Contra eos, qui Hæreticos etiam Arianos denuo baptizant.

Fidei Catholicæ declaratio.

XIV. At *singularis illa columba*, sanctaque virgo Deum confitetur; Patrem & Filium & Spiritum sanctum; Patrem perfectum, Filium perfectum, perfectum Spiritum sanctum; consubstantialem Trinitatem, non coalescentem aut confusam Trinitatem. Sed Filium vere a Patre genitum, & Spiritum sanctum a Patre Filioque non alienum: Trinitatem, inquam quæ semper sit, neque ullius accessionis egeat, neque quicquam in sese inferius habeat, quæque ad singularem unitatem, unicumque Dei ac Patris principium referatur. Ab eadem Trinitate,

[1] ἀναβαπτίζειν. Merito reprehendit Epiphanius iterum baptizantes eos, qui erant jam ab Arianis baptizati. Baptismus enim verbis Evangelii collatus, quidquid contrarie adducere conatæ aliquando sint nonnullæ Ecclesiæ, validus, firmus, ratus perpetuo est habitus ab Eccle-

κατοικήσας ἐν Μοναστηρίῳ· καὶ ἄλλος πρὸς τῷ Σιναίῳ· οἳ ἀπὸ ὀνείρων ἐνεανιεύσαντο, ἐπισκοπῆς * δεξάμενοι χειροθεσίαν, καὶ καθίζεσθαί τε, καὶ τὰ Ἐπισκόπων πράττειν καὶ αὐτοὶ ἐπεχείρουν. ἕτεροι δὲ καὶ οὐκ ὀλίγοι εὐνουχίζειν ἑαυτοὺς παρὰ τὰ προστεταγμένα δῆθεν νεανιότητος χάριν ἐτόλμησαν. ἕτεροι δὲ δοκοῦντες νεανιεύεσθαι, τολμῶσι παρὰ τοὺς * ὄντας, ἀπὸ ὀρθοδόξων ὁρμώμενοι, σύλλογον ἑαυτοῖς ἐπισπῶντες, ἀλλὰ καὶ ἄνευ ἐπικρίσεως συνόδου οἰκουμενικῆς [1] ἀναβαπτίζειν τοὺς ἐρχομένους πρὸς αὐτοὺς δῆθεν ἀπὸ Ἀρειανῶν· μηδέπω τοῦ πράγματος ἐξ ἐπικρίσεως, ὡς ἔφην, συνόδου τμηθέντος, διὰ τὸ ἀναμὶξ τοὺς λαοὺς ὑπάρχειν ἔτι δεῦρο, καὶ πολλοὺς μὲν εἶναι ὀρθοδόξους, κατὰ δὲ ὑπόκρισιν πρὸς τοὺς ἱερατεύοντας συνημμένους, ἕως ἂν ἀφορισμὸς γένηται τῆς τοιαύτης βλασφήμου αἱρέσεως, καὶ τότε τὰ κατ᾽ αὐτῆς ὁρισθήσεται. ἐκ τούτων δὲ τῶν οὕτως ἀναβαπτιζόντων ἀπ᾽ ἰδίου κελεύσματος, εἰς ἡμετέρας ἀκοὰς ἀφῖκται εἷς ὑπάρχων ἐν τῇ κατὰ Λυκίαν χώρᾳ Πρεσβύτερος. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοθι, ὡς ἕκαστος καθ᾽ ἑαυτὸν ἄρχεται, καὶ οὐ μετά τινος τὸ παράπαν· ἕτεροι δὲ ἐν κλοιοῖς παρὰ τὸν θεσμὸν τῆς Ἐκκλησίας. διόπερ ἐπὶ τέλει παντὸς τοῦ λόγου νεάνιδας ἔφην μὴ ἐχούσας ἀριθμὸν, τάς τε κατὰ τὴν ἰδίαν ἔννοιαν αὐταῖς νεανιζούσας, οὐ μὴν εἰς τὸ ἀγαθὸν, εἰς τὸ τελειοῦν τῆς σοφίας τὰ εἴδη φρονήσεώς τε καὶ ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης· ἐξ ὧν ἄλλαι νεανίζουσαι ἐπὶ τὸ τυραννικώτερον, καὶ ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἑαυτὰς ἐκτρέπουσιν, ὥστε μὴ εἶναι ἀριθμὸν τούτων.

Αὕτη δὲ ἡ μία περιστερὰ, καὶ ἁγία παρθένος Θεὸν ὁμολογεῖ, Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· Πατέρα τέλειον, Υἱὸν τέλειον, Πνεῦμα ἅγιον τέλειον· ὁμοούσιον τὴν Τριάδα, οὐ συναλοιφὴν τὴν Τριάδα· ἀλλὰ τὸν Υἱὸν ἐκ Πατρὸς ἀληθινῶς γεγεννημένον, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα οὐκ ἀλλότριον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· οὖσαν δὲ ἀεὶ τὴν Τριάδα, καὶ μηδέποτε προσθήκης ἐπιδεομένην· μὴ ἔχουσαν δέ τι ἐν αὐτῇ ὑποβεβηκὸς, εἰς μίαν δὲ ἑνότητα καὶ μίαν ἀρχὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀναγομένην. καὶ ἐκ ταύτης τῆς Τριάδος Πατρὸς

καὶ

* For. οὐ δεξάμενοι χειροθεσίαν.

* F. κατόντας, pro ὄντας.

Ecclesia universali. Quemadmodum nullus, irritus, invalidus semper est reputatus, si collatus sit alia ratione, alia forma, aliis, quam Evangelii, verbis; quicumque tandem is fuerit, qui contulit, sive haereticus, sive catholicus. Innumera propemodum adduci possent veterum documenta ad inlustrandum praesentem Epiphanii locum; sed uno contenti erimus, Siricii Pontificis, qui non longe vivebat nimirum ab aetate Epiphanii; imo iisdem fere temporibus. Is scribens ad Himerium Tarraconensem initio epistolae suae e re nostra ait, *prima pagina tua fronte signasti, baptizatos ab impiis Arianis, plurimos ad Fidem catholicam festinare, & quosdam de Fratribus nostris eosdem denuo baptizare velle, quod non licet; cum hoc fieri & Apostolus vetet, & Canones contradicant*. Multa heic erudite congessit Petavius, quorum tamen aliqua adjunctam requirerent rectam interpretationem.

tate, Patre, & Filio & Spiritu ſancto creata eſſe cuncta, quæ aliquando non extiterant, neque cum Deo ſunt, nec ante fuerant: ſed e nihilo aliquid eſſe cœperunt a Patre & Filio & ſancto Spiritu producta. Hunc ipſum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum ab orbe condito Sanctis ſuis per viſum apparuiſſe, quantum capere quiſque poterat, ac pro eo ac cuilibet communicata per Divinitatem gratia eſt, quam iis omnibus qui digni erant, impertiit. Ita Patris aſpectus unicuique permiſſus eſt, quantum vocem illius audire, ac prout capere
Eſa.52.13. *Dan.7.9.* poterat. Ut cum per Iſaiam ita loquitur: *Ecce intelliget Puer meus dilectus*. quæ Patris ipſius verba ſunt. ſic Daniel Antiquum illum dierum vidit: quod viſum Patris proprium fuit.
Oſe.12.10. Quinetiam apud alium Prophetam: *Ego*, inquit, *viſiones multiplicavi, & in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum*. ea vox eſt
Eze.3.12. & 22. Filii propria. Apud Ezechielem vero: *Et aſſumpſit* (inquit) *Spiritus Dei, & ejecit me in campum*. quod ad Spiritum ſanctum pertinet. Ejuſmodi alia proferri quam plurima poſſunt; e quibus pauca quædam obiter propoſuimus. Atque ut propriam Eccleſiæ formam ac notas oſtenderemus, duo, triave verba in medium attulimus ex infinitis locis, quæ illorum ſimilia in Scripturis ac tam Vetere quam Novo Teſtamento leguntur. Illud vero inſuper Eccleſia profitetur: Dominum
Gen. 2. ipſum corpus Adamo fabricaſſe, & *inſpiraſſe illi ſpiritum vitæ*, cum viventem ei procrearet animam. Tum Moyſi Legem tradidiſſe Deum ipſum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, quæ eſt una Divinitas. Deinde ab eadem Divinitate Prophetas eſſe miſſos. Ad hæc, noſtrum ipſum Deum, Judæorum ac Chriſtianorum eſſe Deum; qui Judæos ad juſtificationem eos vocavit, qui Incarnationem ipſam Domini noſtri Jeſu Chriſti nequaquam abnegarent; quique illos omnes ſervat, qui ex veræ ipſius fidei præſcripto vitam inſtituunt, neque ſinceræ & Euangelicæ illius doctrinæ prædicatum ubique dogma reſpuunt. Venit enim, venit Unigenitus; itaque mater Eccleſia
Cant.1.14. *Eccleſia veri Chriſti ſanguinem ceu vitis quotidie largitur;* profitetur. Quæ tranquillus pacis portus eſt; & ſuavitas quædam vitis *cyprum redolens*, & *botrum* nobis benedictionis proferens; nec non & præſentiſſimum illud abſtergendo mœrori potum, merum ſcilicet ac verum Chriſti ſanguinem quotidie largiens.

XV. [1] Præterea Chriſtum e Maria ſemper Virgine revera natum

καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος τὰ πάντα * κεκτίσθαι, οὐκ ὄντα ποτὲ, οὔτε συνόντα τῷ Θεῷ, οὔτε προϋπάρξαντα, γινόμενα δὲ ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. καὶ τοῦτον τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα τοῖς αὐτοῦ ἁγίοις, καὶ ἀπ' αἰῶνος καταξιώσαντα ἐν ὀπτασίαις φανῆναι, καθάπερ ἠδύνατο ἕκαστος χωρεῖν κατὰ τὸ χάρισμα αὐτοῦ διὰ τῆς θεότητος, ὅπερ ἐχαρίζετο ἑκάστῳ τῶν καταξιουμένων· τῷ μὲν Πατέρα θεάσασθαι, καθὼς ἠδύνατο ἕκαστος ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ, ὡς ἐχώρει· ὡς ἐν στόματι τοῦ Ἠσαΐου ἔλεγεν· ἰδοὺ συνήσει ὁ Παῖς μου ὁ ἀγαπητός· τοῦτο φωνὴ Πατρός. καὶ ὡς ὁ Δανιὴλ εἶδε τὸν Παλαιὸν τῶν ἡμερῶν· τοῦτο ὀπτασία τοῦ Πατρός. ὡς δὲ ἐν τῷ Προφήτῃ πάλιν· ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ Προφητῶν ὡμοιώθην· τοῦτο φωνὴ Υἱοῦ. ὡς δὲ ἐν Ἰεζεκιήλ· καὶ ἔλαβέ με Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξέβαλέ με εἰς τὸ πεδίον· τοῦτο περὶ ἁγίου Πνεύματος. καὶ πολλά ἐστι τοιαῦτα λέγειν, ὧν ὀλίγων ἀπὸ μέρους μνησθέντες ἐν παραδρομῇ εἰς τὸ δεῖξαι τὸν χαρακτῆρα τῆς Ἐκκλησίας, τὰ δύο ῥήματα παρεθέμεθα, μυρίων ὄντων καὶ ἐπέκεινα τῶν ὁμοίων τύπων ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης ἐμφερομένων. καὶ ὅτι αὐτὸς Κύριος ἔπλασε τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ, καὶ ἐνεφύσησεν ἐν αὐτῷ πνοὴν ζωῆς, κτίσας αὐτοῦ ψυχὴν ζῶσαν, καὶ ὅτι αὐτὸς δέδωκε τὸν νόμον τῷ Μωϋσῇ ὁ Θεὸς Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἡ μία θεότης. καὶ ὅτι οἱ Προφῆται ὑπὸ τῆς αὐτῆς θεότητος ἀπεστάλησαν. καὶ ὅτι αὐτὸς ἡμῖν ὁ Θεὸς, ὁ Ἰουδαίων τε καὶ Χριστιανῶν ὢν Θεὸς, Ἰουδαίους τε καλέσας εἰς δικαίωσιν τοὺς μὴ ἀρνουμένους τὴν αὐτὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ παρουσίαν, καὶ πάντας σώζοντος τοὺς κατὰ τὴν ἀληθινὴν αὐτοῦ πίστιν βιοῦντας, καὶ μὴ ἀρνουμένους τὴν ἀλήθειαν τοῦ κηρύγματος τῆς ἀληθινῆς Εὐαγγελικῆς αὐτοῦ διδασκαλίας. ἦλθε γὰρ, ἦλθεν ὁ Μονογενής· καὶ οὕτως ἔχει ἡ μήτηρ ἡμῶν Ἐκκλησία, ὁ λιμὴν ὁ εὔδιος τῆς εἰρήνης, ἡ εὐφρασία ἡ πνέουσα τὴν * κύπρειν τῆς ἀμπέλου, καὶ βότρυν φέρουσα ἡμῖν τῆς εὐλογίας, καὶ τὸ λυσίπονον ἡμῖν πόμα καθ' ἑκάστην ἡμέραν αἷμα Χριστοῦ χαριζομένη ἄκρατον, ἀληθές.

* γρ. κεκτῆσθαι.

* For. κύπρον.

Ὅτι ἀληθινῶς ἐγεννήθη Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου,

λαβὼν

1 Praetermissam ibi tam a Petavio, quam a Thomasio, numericam notam xv. restituimus.

tum esse credit, ac reipsa corpus non specie duntaxat induisse, carnem, inquam, veram, corpusque verum cum ossibus ac nervis, reliquisque quæ nobis insunt omnibus; nihil ut a nobis ipsis, præterquam excellenti quadam sanctitatis ac Divinitatis gloria discrepet, tum quod sanctitatis ac justitiæ vas sit. Habet autem omnia perfectissime citra peccatum. Quare humana revera est anima præditus, humanaque mente: non quod mentem hypostasin esse dicamus, ut affirmant alii. Cæterum nulla peccati contagione fœdatus est: nunquam os illius mentitum est: *neque labia dolum locuta sunt*: cor ad irritandum Deum non declinavit: mens ad ea quæ nefas est, non deflexit: caro nihil eorum quæ ad carnis voluptatem pertinent, admisit: Deus ab æterno perfectus; qui non ut in homine habitaret advenit: sed Verbum ipsum hominem induit, non natura mutatum, sed eam quæ hominis propria est, cum Divinitate complexum. In virginis utero revera genitus, ac per genitales meatus in lucem editus, sine ulla turpitudine, fœditate vel labe. Post hæc educatus, atque a Symeone & Anna in ulnis gestatus, a Maria portatus, iter postea pedibus confecit, peregrinatus est: ad pueritiam pervenit, ætate corroboratus est: humana in se omnia perfecte habuit; [1] annorum numero censùs est: numero mensium in prægnantis utero gestatus, *factus ex muliere, factus sub lege*. Deinde ad Jordanem profectus est, ibidemque a Joanne baptizatus, cum lotione nihil opus haberet: sed ut ea quæ susceptæ hominis naturæ consentanea sunt, servaret, justitiæ legem perturbare noluit; *ut impleretur* quemadmodum ipse dicit, *omnis justitia*; atque veram a se carnem, veramque hominis naturam susceptam esse monstraret. Igitur ad aquas descendit; ita tamen ut conferret aliquid potius quam acciperet; largiretur magis, quam rei cujuspiam indigeret. Quippe easdem illas aquas sua luce collustravit, & ad eorum quæ in sese perficienda erant, adumbrandam imaginem, quandam vim illis impertiit: ut qui ipsi revera crederent ac veritatis essent fide præditi, intelligerent non illum ficte humanam induisse naturam, neque ficte esse aquis intinctum: eademque & ipsi ratione per eam quam ille præ se tulerat, accommodationem accedentes, inditam illius descensione vim in sese transferant, ejusdemque luce perfundantur: quo Propheticum impleatur oraculum: *Ad immutandam virtutem, concilian-*

Margin notes: 1. Pet. 2. 22. — *Summa vitæ Christi.* — Gal. 4. 4. — *Baptismus Christi.* Matth. 3. 15.

λαβὼν τὸ σῶμα ἐν ἀληθείᾳ, καὶ οὐκ ἐν δοκήσει, σάρκα ἀληθινῶς, σῶμα ἀληθινῶς σὺν ὀστέοις καὶ νεύροις καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις, μηδὲν ἀφ' ἡμῶν διηλλαγμένος, ἢ μόνον τὸ ἔνδοξον τῆς αὐτοῦ ἁγιότητος καὶ θεότητος, καὶ σκεῦος ἁγιοσύνης καὶ δικαιοσύνης, καὶ ἀναμαρτήτως τὰ πάντα τελείως ἔχων, καὶ ἐσχηκὼς ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην ἐν ἀληθείᾳ, νοῦν τὸν ἀνθρώπινον ἐν ἀληθείᾳ, οὐχ ὡς ἡμῶν διαβεβαιουμένων τὸν νοῦν εἶναι ὑπόστασιν, καθὼς ἄλλοι λέγουσι. τὰ πάντα δὲ μὴ χρανθέντα ἐν ἁμαρτίᾳ, στόμα μὴ ψευσάμενον, χείλη μὴ λαλήσαντα δόλον, καρδίαν μὴ κλίνασαν εἰς ἐρεθισμὸν, νοῦν μὴ ἐκτραπέντα εἰς ἃ μὴ χρὴ, σάρκα μὴ τὰ σαρκὸς ἡδονῆς ἐργασαμένην. τέλειος ἄνωθεν Θεὸς, οὐκ ἐλθὼν κατοικῆσαι ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Λόγος ἐνανθρωπήσας, οὐ τραπεὶς τὴν φύσιν, συμπεριειληφὼς ἅμα τῇ θεότητι τὴν ἰδίαν ἐνανθρώπησιν. ἐν μήτρᾳ παρθένου γεγονὼς ἐν ἀληθείᾳ, κυοφορηθεὶς διὰ γεννητικῶν πόρων ἀνεπαισχύντως, ἀχράντως, ἀμολύντως· ἀνατραφεὶς, καὶ ἐναγκαλισθεὶς ὑπό τε Συμεῶνος καὶ Ἄννης, βασταχθεὶς ὑπὸ Μαρίας, πεζεύσας, ὁδοιπορήσας, παιδίον γεγονὼς, ἀδρυνθεὶς τῇ ἡλικίᾳ, τὰ πάντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ ἐν τελειότητι, [1] ἐν ἀριθμῷ ἐτῶν λογισθεὶς, ἐν ἀριθμῷ μηνῶν ἐν κοιλίᾳ κυοφορηθεὶς, γενόμενος ὑπὸ νόμον, ἐλθὼν ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, βαπτισθεὶς ὑπὸ Ἰωάννου οὐκ ἐπιδεόμενος λουτρῶν· διὰ τὸ τὸ ἀκόλουθον τῆς ἐν νόμῳ ἐνανθρωπήσεως μὴ παράσσων τὸ δίκαιον, ὅπως πληρωθῇ, ὡς αὐτὸς ἔφη, πᾶσα δικαιοσύνη, ἵνα δείξῃ ὅτι ἀληθινὴν σάρκα ἐνεδύσατο, ἀληθινὴν ἐνανθρώπησιν· κατερχόμενος εἰς τὰ ὕδατα, διδοὺς ἤπερ λαμβάνων, * παρεχόμενος ἤπερ ἐπιδεόμενος, φωτίζων αὐτὰ, ἐνδυναμῶν αὐτὰ εἰς τύπον τῶν μελλόντων ἐν αὐτῷ τελεῖσθαι· ὅπως οἱ αὐτῷ πεπιστευκότες ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἔχοντες τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας, μάθωσιν ὅτι ἀληθινῶς ἐνηνθρώπησεν, ἀληθινῶς ἐβαπτίσθη, καὶ οὕτως διὰ τῆς αὐτοῦ συγκαταθέσεως καὶ αὐτοὶ ἐρχόμενοι, λάβωσι τῆς αὐτοῦ καταβάσεως τὴν δύναμιν, καὶ φωτισθῶσιν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ φωταγωγίας· πληρουμένου τοῦ ἐν τῷ Προφήτῃ ῥητοῦ, εἰς μεταλλαγὴν δυνάμεως, εἰς παροχὴν σωτηρίας τῆς δυνάμεως,

* For. παρεχόμενος.

1. ἐν ἀριθμῷ ἐτῶν &c. Petavius locum reddit, *annorum, mensiumque numero census est: in pragnantis utero gestatus*. Rectius fortasse redderetur locus ille, *annorum numero census est; mensiumque numero in pragnantis utero &c.*

ciliandamque salutem ex illa panis virtute, quæ ab Hierusalem accipitur, aquarumque vi.

XVI. Hic enim in Christo panis virtus, ac vis aquæ corroboratur: ut non panis ipse sit nobis virtus, sed virtus a pane profecta: ac cibus quidem noster panis est; sed in ipso vitalis quædam virtus continetur. Neque id solum actum est, ut nos aqua repurgaret; sed ut aquæ vi per fidem & actionem & spem, ac mysteriorum initiationem & consecrationis appellationem, ad perfectam absolutamque salutem nobis ipsis
Matth. 3. conferat. Ergo Christus ascendit e Jordane; vocem Patris audiit, quam & discipuli qui aderant, audierunt, ut quis ille foret cui testimonium illud præberetur, agnoscerent. Tum etiam Spiritus sanctus columbæ specie delapsus est, quemadmodum in multarum hæreseon confutatione diximus. Ac ne Trinitas ipsa in unum redacta confusaque crederetur, Spiritus propria in persona figuram illam induit, & super illum resedit, seque in ipsum insinuavit: ut is cui testimonium illud suffragabatur, conspicuus esset, utque sacrosanctam illam carnem amicam esse, Deoque placere, Patris ac Spiritus auctoritate constaret: ut illud prædicari palam posset, Incarnationem Filii volente ac probante Patre esse perfectam: ac denique verus ut appareret Filius, & illud Prophetæ vaticinium ex-
Baruch. 3. 38. pleret: *Et post hæc in terra visus est, & cum hominibus conver-*
Matth. 4. *satus est*. Igitur e Jordane digressus certo vereque a Diabolo in deserto tentatus est; & post jejunium esuriit, ut quod veræ carni susceptæ consentaneum est exprimeret. Secundum hæc, discipulos elegit, veritatem prædicavit, ægritudines sanavit, dormiit, esuriit, iter fecit, divina prodigia patravit, mortuos excitavit, cæcis visum repræsentavit, claudis & paralyticis vires restituit: quemadmodum Euangelium, veritatem, cœleste regnum, ac cum ipsius Filii tum Patris ac Spiritus sancti erga homines amorem prædicavit.

XVII. Idem ille porro revera passionem in sua carne & perfecta hominis natura sustinuit; vere in cruce passus est: ita quidem ut in eo Divinitas existeret; sed ad patiendum minime sese converteret, sed passionis expers & immutabilis maneret. Qua in re duo illa consentanea certissime intelliguntur: ut & Christus pro nobis carne sit passus, & passionis expers in Divinitate permaneat. Non quod hominis natura ac Divinitas

Quomodo humana natura passa sit, non Divinitas.

εἰς παροχὴν σωτηρίας τῆς δυνάμεως τοῦ ἄρτου ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ λαμβανομένης, καὶ τῆς ἰσχύος τοῦ ὕδατος.

Ἐνταῦθα δὲ ἐν Χριστῷ ἰσχυροποιουμένων τῆς δυνάμεως τοῦ ἄρτου καὶ τῆς ὕδατος ἰσχύος· ἵνα οὐκ ἄρτος ἡμῖν γένηται δύναμις, ἀλλὰ δύναμις ἄρτου. καὶ βρῶσις μὲν ὁ ἄρτος, ἡ δὲ δύναμις ἐν αὐτῷ εἰς ζωογόνησιν. καὶ οὐχ ἵνα τὸ ὕδωρ ἡμᾶς καθάρῃ μόνον, ἀλλ' ἵνα ἐν τῇ ἰσχύϊ τοῦ ὕδατος διὰ τῆς πίστεως καὶ ἐνεργείας καὶ ἐλπίδος, καὶ μυστηρίων τελειώσεως, καὶ ὀνομασίας τῆς ἁγιαστείας, γένηται ἡμῖν εἰς τελείωσιν σωτηρίας. ἀνελθὼν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου, ἀκούων φωνὴν Πατρὸς εἰς ἀκοὴν παρόντων μαθητῶν, εἰς τὸ ὑποδεῖξαι τίς ὁ μαρτυρούμενος, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς κατερχομένου, καθάπερ ἐν πολλαῖς αἱρέσεσιν εἰρήκαμεν, ἵνα μὴ συναλοιφὴ ἡ Τριὰς νομισθείη, σχηματοποιουμένου τοῦ Πνεύματος ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει· ἐπικαθεζομένου δὲ τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐρχομένου ἐπ' αὐτὸν, ἵνα ὀφθῇ ὁ μαρτυρούμενος· ἵνα σὰρξ ἡ ἁγία φίλη οὖσα καὶ εὐδοκουμένη, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος μαρτυρηθείη· ἵνα ὁ Πατὴρ εὐδοκητὴς κηρυχθείη τῆς τοῦ Υἱοῦ ἐνσάρκου παρουσίας· ἵνα ὁ Υἱὸς ἀληθινὸς ὀφθείη, καὶ πληρώσῃ τὸ εἰρημένον· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ μετὰ τῶν ἀνθρώπων συνανεστράφη· ἀνελθὼν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου, καὶ σαφῶς καὶ ἀληθινῶς ἀπὸ τοῦ Διαβόλου πειρασθεὶς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πεινάσας ὕστερον διὰ τὴν ἀκολουθίαν καὶ ἀλήθειαν τῆς ἐνσάρκου παρουσίας. καὶ ἐπιλεξάμενος μαθητὰς, καὶ κηρύξας ἀλήθειαν, καὶ ἰασάμενος τὰ πάθη, καθευδήσας, πεινάσας, ὁδοιπορήσας, θεοσημείας ἐργασάμενος, νεκροὺς ἐγείρας, τυφλοῖς τὸ βλέπειν παρασχόμενος, χωλοὺς καὶ παραλυτικοὺς ἰσχυροποιήσας· [1] ὡς ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον, τὴν ἀλήθειαν, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Ὁ ὑπὲρ ἡμῶν τὸ πάθος ὑπομείνας ἐν ἀληθείᾳ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν τῇ τελείᾳ ἐνανθρωπήσει, παθὼν ἐν ἀληθείᾳ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, συνούσης αὐτῷ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐ τραπείσης εἰς τὸ πάσχειν, οὔσης δὲ ἀπαθοῦς καὶ ἀτρέπτου· τῶν δύο ἀκολουθιῶν σαφῶς κατανοουμένων, Χριστοῦ πάσχοντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, ἀπαθοῦς δὲ μένοντος ἐν θεότητι· οὐ τοῦ ἀνθρώπου κατ' ἰδίαν ὄντος, καὶ τῆς θεότη-

1. ὡς ἐκήρυξε &c. Petavius latinis hisce locum reddidit verbis, *Quemadmodum Evangelium ipsum cælestis regni veritatem, ac cum ipsius Filii, tum Patris, ac Spiritus sancti bonitatem, humanitatemque prædicavit*. Mutavit Thomasius.

nitas separatæ a se invicem existant: verum tametsi una esset Divinitas, nihil ob sinceram & incomparabilem naturam est perpessa. At Christus & in carne passus est, & in eadem carne morte est affectus, cum interim Divinitate ipsa viveret, ac mortuos excitaret: corpus vero revera sepultum, ac triduo anima carens & spiritu motuque jaceret, obvolutum sindone, in monimentum depositum, occlusum lapide, ac sigillis obsignatum. * Neque vero ipsa est [1] conclusa Divinitas aut sepulta: sed cum sanctissima ejus anima ad inferos descendit, indidem- que captivas animas eripuit; *stimulum mortis infregit, claustra & adamantinos vectes perrupit. Inferorum dolores* sua potestate *dissolvit*: tum una cum anima emersit ad superos. Quæ quidem *anima minime apud inferos relicta fuit, neque caro corruptionem vidit*; quam Divinitas excitavit, tum cum Dominus

1. Cor. 15. 55. Psal. 106. 16. Psal. 15. 15. & Act. 2. 27.

* Vide S. Augustinum tract. 47. in Joannem, & inter ejusdem opera librum de Unitate Trinitatis ad Optatum cap. 14. ac S. Joannem Damascenum lib. 3. de Fide Orthodoxa cap. 27.

---

1. οὐχὶ τῆς θεότητος συγκλεισθείσης &c. Filii Dei Divinitatem, qua nullo definiri aut circumscribi potest loco, nec sepulchro fuisse conclusam triduo mortis Christi Domini, recte dicit Epiphanius. Quandoquidem vero ei, qui ex Ecclesiæ sententia cum Catechismo Romano pag. 32. elegantis editionis anni 1566, elaborata in ædibus Populi Romani, profitetur Christi *divinitatem tum corpori in sepulchro, tum animæ apud inferos, conjunctam semper fuisse*, inter cetera opponi solent & quædam Epiphanii loca, quasi doceret optimus ille Pater Dei Verbum triduo illo item carnem deseruisse, ac ad breve illud tempus dissolverit arctissimam unionem illam, qua & humanam carnem sibi in sinu Virginis ratione junxerat ineffabili. Propterea Thomasius opportune nos remittit ad Augustinum & Damascenum, qui diserte, verbis apertis rei veritatem declarant. Et ille prior quidem animadvertit juxta Fidei Symbolum nos credere in unum Dominum Jesum Christum, non solum natum, cruci affixum, & mortuum; sed & sepultum, quamvis sola caro sepulta fuit; caro, inquam, a qua discesserat anima. Verum illud nimirum; subjungere tamen debemus cum Damasceno, ἀλλ' ἡ θεότης ἀχώριστος ἀμφοτέρων διέμεινε. Alii etiam Patres dogma idem suis addiderunt scriptis: loca illorum plurima descripta legimus apud Petavium capite xix. lib. xii. de Incarnatione. Eos inter quum in pluribus, tum in re præsenti, maximi fiant oportet sancti Athanasius & Gregorius Nyssenus. Hi enim pugnando adversus illos, qui vivificam Filii Dei Incarnationem labefactantes impie effutiebant carnem fuisse in ea susceptam, non animam, cujus vices ipsa teneret divinitas, falsitatem convellunt quod demortui Christi Corpus divinitati unitum triduo manserit in sepulchro; ex quo optime deducunt Christum mortuum dici non potuisse si hominis habuisset solam carnem, non animam: mors porro avulsione fit unius ab altero. Et ita illi adversarios defatigabant: nullam illis excitavissent molestiam, si omnibus, ipsis etiam, qui impetebantur, adversariis, exploratum certumque non fuisset in Christi morte nec a corpore illius discessisse divinitatem: non discessit igitur.

Sunt tamen, nec pauci, qui his credunt contraire Epiphanium nostrum. Testimonia illius afferunt tum ex num. lI. Hæreseos xx, tum de Hæresi lxix, num. lxii. quibus addi potest & locus ille Ἀνακεφαλαιώσεως, qui refertur ad Hæresim Panarii xx. Alter ejusdem Ἀνακεφαλαιώσεως ibidem non longe a fine, ubi illa repetuntur quæ in Fidei Expositione leguntur de Christi morte & resurrectione. Verum illi oppido

τος κατ' ἰδίαν, ἀλλὰ συνούσης τῆς θεότητος, μὴ παχυνούσης δὲ διὰ τὸ ἀκραιφνὲς καὶ ἀσύγκριτον τῆς οὐσίας· πάσχοντος δὲ ἐν σαρκί, καὶ θανατουμένου ἐν σαρκί, ζῶντος δὲ ἀεὶ ἐν θεότητι, καὶ ἐγείροντος τοὺς νεκρούς· τοῦ σώματος ταφέντος ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἀψύχου μείναντος τὸ τριήμερον, ἄπνου τε καὶ ἀκινήτου, ἐνειληθέντος δὲ διὰ τῆς σινδόνος, κατατεθέντος ἐν τῷ μνήματι, συγκλεισθέντος διὰ τοῦ λίθου, καὶ σφραγίδων ἐπιτεθέντων· [1] οὐχὶ τῆς θεότητος συγκλεισθείσης, οὐ τῆς θεότητος ταφείσης, συγκατελθούσης δὲ τῇ ψυχῇ τῇ ἁγίᾳ εἰς τὰ καταχθόνια, ἑλούσης ἐκεῖθεν τὴν τῶν ψυχῶν αἰχμαλωσίαν, κλασάσης κέντρον θανάτου, διαρρηξάσης τὰ κλεῖθρα καὶ τοὺς μοχλοὺς τοὺς ἀδαμαντίνους, καὶ λυσάσης ὠδῖνας ᾅδου ἐν ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀνελθούσης σὺν τῇ ψυχῇ. μὴ ἐαθείσης τῆς ψυχῆς εἰς ᾅδην, μηδὲ τῆς σαρκὸς ἑωρακυίας διαφθοράν, ἀναστησάσης αὐτὴν τῆς θεότητος, ἢ ἀναστάν-

τος

pido falluntur. Primum inspicienti testimonium apparebit Epiphanii in eo scopum fuisse declarare in Resurrectione Dominica Christi corpus induisse immortalitatem, atque immunitatem a quavis humanae infirmitatis molestia. Illud ut adstruat, ait Christum fuisse crucifixum, sepultum, ad inferos descendisse; descendisse nimirum animam, cui erat divinitas unita: resurrexisse dein tertia die una cum sancto suo corpore, *σὺν αὐτῷ ἁγίῳ σώματι*. At cur sanctum heic ante resurrectionem appellat Christi Corpus, si ipsi non credit junctam divinitatem? Sed illud praetereo. Subjungit illico Epiphanius, *συνενώσαντα τὸ σῶμα τῇ θεότητι*. Haec sunt, quae negotium facessere videntur, verba: in illis, si dictionis vim spectes, denotant profecto Christum junxisse corpus divinitati; sejunxerat mors fortasse? nihil minus. Paulo ante mortuum corpus sanctum dixerat; nec alibi aperte ait corpus in sepulchro a divinitate fuisse disjunctum. Quando autem junxisse ait, de illa conjunctione accipere Epiphanium debemus, qua anima, cui sociata erat divinitas, corpori iterum est juncta: de illa quae corpori donabat ne amplius ab anima dissociaretur; ne morti insuper, aliisque miserrimis humanae conditionis vicissitudinibus esset obnoxium. Et revera dictis ante verbis subdidit, *μηκέτι λυόμενον, μηκέτι πάσχον, μηκέτι ἀπὸ θανάτου κυριευόμενον*.

In altero testimonio exponit S. Epiphanius cur Christus in Cruce inclamaverit *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti*? Praemittit prolata ea verba fuisse ab humana illius natura, & humano affectu, *ἀπὸ προσώπου τοῦ αὐτοῦ ἐνανθρωπήσαντος ἀνθρωπινωτέρως προβάλλεται τὸ ῥῆμα*: non ea quidem a divinitate sejuncta, *οὐ κατ' ἰδίαν τινὰ οὖσα*, sed illi unita, *ἀλλὰ συνηνωμένη τοῖς ἐν ἀνθρωπότητι τῇ θεότητι*: & ita unita ut perfectissima quaeque in ea cognosceret, *καὶ ἴδῃ ἐν αὐτῇ τὰ τελειότατα ἐπισταμένη*. Inter illa vero quae cognoscebat, videbat ipsam divinitatem una cum anima in procinctu quodam esse, ut sanctum corpus relinqueret. En motae difficultatis occasio; *ἑώρα γὰρ ἤδη τὴν θεότητα σὺν τῇ ψυχῇ ἑτοιμασμένην ἐπὶ τὸ καταλεῖψαι τὸ ἅγιον σῶμα*. Haec Epiphanius, quae accipiamus oportet non de derelictione naturae, non de separatione personae divinae a corpore; sed protectionis tantum & auxilii. Dei Filius in morte Christi corpus dereliquit illius ipsum permittendo mortis potestati, subtractione beneficiorum, non abstractione naturae, aut unionis separatione. Hac ratione XII. decurrente saeculo similia Epiphanio dicentem S. Ambrosium lib. X. Exposit. in Lucam num. 127; & auctorem Tractatus in Symbolum Apostolorum, sive de Trinitate, quem Ambrosium eumdem esse credebant, explicarunt Hugo Victorinus, & Petrus Lombardus, ille lib. II. de Sacram. Fid. part. I, cap. X, fol. 373, edit. Parisien. anni 1526. iste vero Sententiarum lib. III, dist. XXI. Eadem ratione Maurini Editores Operum S. Hilarii, Praefat. in Opera ejusdem Patris §. IV, ipsum defendunt similia ajentem cap. XXXIII, num. 6, Comment. in Matthaeum. Eadem ratione nuperus nec inelegans Scriptor Dissertatione peculiari, Leporium jam satis purgatum S. Augustini & aliorum Africae Episcoporum approbatione, defendit quod in Libello suae emendationis in eadem visus sit habuisse opinione. Quid igitur? non licebit nobis & S. Epiphanium, cui maxime studemus, eadem ratione, eodem & modo ab ejusdem maculae imputatione purgare?

nus ipse Deus ac Verbum Deique Filius cum anima & corpore totoque adeo instrumento surrexit: quod deinceps velut in spiritum conflatum, corpus, inquam, spiritale factum est, quod olim contrectari poterat, &, quod Divinitas ipsa sponte fieri permiserat, flagris expositum fuerat, & Satanæ tentationibus appetitum, ac fami, somno, labori, tristitiæ ac mœrori obnoxium: illud ipsum sacrosanctum corpus deinceps cum Divinitate conjunctum fuit; quæ perpetuo cum illo dum ista pateretur, fuerat conjuncta. Surrexit enim, ipsumque corpus in unum secum spiritum, unamque singularitatem, ac gloriam Divinitatemque copulavit. Etenim revera post mortem apparuit, & a Thoma contrectatus est: & cum Apostolis versatus est, ac bibit, ac denique quadraginta dies totidemque noctes cum illis [1] habitavit. Ad hæc occlusis foribus ingressus, nervos & ossa, clavorumque ac lanceæ vestigia monstravit, & verum esse corpus edocuit. Quod autem in unam singularitatem ac Divinitatem conjunctum, nullum amplius cruciatum vel mortem exspectet, his verbis declarat Apostolus: *Surrexit Christus: non jam moritur; mors illi ultra non dominabitur*. Idem ergo quod pati poterat, passionis expers mansit, Divinitas scilicet cum corpore & anima ac tota humanitate conjuncta, Deus ipse per sese. Qui *ascendens in cœlum, ad dexteram Patris consedit in gloria*: non ut corpus deponeret, sed ut in unius perfectione Divinitatis in spiritale conflaret. Quemadmodum hæc ipsa corpora nostra, *quæ nunc animalia seminantur, spiritali quadam conditione resurgent: quæ,* inquam, *cum corruptione feruntur, cum incorruptione surgent: quæ in morte seminantur, cum immortalitate resurgent*. Quod si ejusmodi corpora nostra futura sunt, quanto magis sanctissimum illud Christi corpus, quod nullis verbis explicari, neque cum ulla re comparari potest; illud, inquam, sincerissimum, ac cum Deo conjunctum, singulare deinceps uniforme? Quod quidem Apostolus hac sententia testatur: *Etsi novimus,* inquit, *secundum carnem Christum, non jam cognoscimus*; non quod carnem a Divinitate sejunxerit: sed quod existat illa quidem ac cum Deo jungatur; verum non amplius secundum carnem, sed secundum spiritum sit, ut ipsemet asserit: *Secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Domini nostri Jesu Christi*. Hunc igitur Ecclesia simul Deum esse profitetur, passionis expertem

Marginalia: Joan. 20. — Rom. 6. 9. — Rom. 8. 1. — 1. Cor. 15. — 2. Cor. 5. 16. — Rom. 1. 4.

τος αὐτοῦ τοῦ Κυρίου Θεοῦ Λόγου καὶ Υἱοῦ Θεοῦ σὺν ψυχῇ καὶ σώματι καὶ παντὶ τῷ σκεύει, συνενωθέντος λοιπὸν τοῦ σκεύους εἰς πνεῦμα· αὐτὸ τὸ σῶμα πνευματικὸν ὑπάρξαν, τὸ ποτὲ ἁφῇ ὑποκείμενον, καὶ μάστιξι παραδοθὲν ἑκουσίῳ τῷ θεότητος θελήματι, καὶ * πειράζοντος ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ συγχωρήσαντος, καὶ πεινᾷ προσομιλάζειν, καὶ ὕπνῳ καὶ καμάτῳ, λύπῃ τε καὶ ἀδημονίᾳ. αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ ἅγιον συνενωθὲν λοιπὸν θεότητι, ἀπαραλείπτως τῆς θεότητος συνηνωμένης τῷ τὰ τοιαῦτα πεπονθότι ἁγίῳ σώματι. ἀνέστη γὰρ, καὶ συνήνωσεν αὐτὸ εἰς ἑαυτὸν, εἰς ἓν πνεῦμα, εἰς μίαν ἑνότητα, εἰς μίαν δοξολογίαν, εἰς μίαν ἑαυτὴν θεότητα. πέφηνε μὲν γὰρ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐψηλαφήθη ὑπὸ τοῦ Θωμᾶ, καὶ τοῖς Ἀποστόλοις συνέφαγε καὶ συνέπιε, καὶ * συνηυλίσθη [1] μετ' αὐτῶν τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας. ἀλλὰ εἰσῆλθε θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ μετὰ τὸ εἰσελθεῖν ἐδείκνυε νεῦρα καὶ ὀστᾶ, τύπον ἥλων καὶ τύπον λόγχης, ὅτι αὐτὸ ἦν ἀληθινὸν τὸ σῶμα. ὅτι δὲ συνήφθη εἰς μίαν ἑνότητα καὶ μίαν θεότητα, μηκέτι προσδοκῶν παθεῖν, μηκέτι ἀποθνήσκον, ὡς φησὶ ὁ ἅγιος Ἀπόστολος· ἀνέστη Χριστὸς, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. τὸ παθητὸν ἀπαθὲς ἀεὶ μένον, τὸ θεϊκὸν σὺν σώματι καὶ ψυχῇ καὶ πάσῃ τῇ ἐνανθρωπήσει, αὐτόθεος ὤν. ἀνελθὼν δὲ εἰς οὐρανοὺς, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐν δόξῃ, οὐκ ἀποθέμενος τὸ σῶμα, ἀλλὰ συνενώσας εἰς πνευματικὸν ἐν τελειότητι μιᾶς θεότητος· ὡς καὶ τὰ ἡμῶν σώματα μέλλει τὰ νῦν σπειρόμενα ψυχικῶς, ἐγείρεσθαι πνευματικῶς· τὰ νῦν σπειρόμενα ἐν φθορᾷ, ἐγείρεσθαι ἐν ἀφθαρσίᾳ· τὰ νῦν σπειρόμενα ἐν θανάτῳ, ἐγείρεσθαι ἐν ἀθανασίᾳ. εἰ τοίνυν τὰ ἡμέτερα οὕτως, πόσῳ γε μᾶλλον ἐκεῖνο τὸ ἅγιον καὶ ἀνεκδιήγητον καὶ ἀσύγκριτον καὶ ἀκραιφνὲς τῷ Θεῷ συνηνωμένον, τὸ ἓν ὂν λοιπὸν μονοειδές; ὡς καὶ ἐν τούτῳ μαρτυρεῖ ὁ Ἀπόστολος, λέγων· εἰ καὶ ἔγνωμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, οὐκέτι γινώσκομεν. οὐχ ὅτι διεῖλε τὴν σάρκα ἀπὸ τῆς θεότητος, ἀλλὰ αὐτὴν μὲν ἦσαν καὶ τῷ Θεῷ συνηνωμένην, μηκέτι δέ οὖσαν κατὰ σάρκα, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, ὥς φησι κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. τοῦτον * ὁμοῦ Θεὸν ἔχουσα, ἀπαθῆ καὶ

πα-

* For. πειράζεσθαι.

* Act. 1. sed ibi συναλιζόμενος legitur.

* Lego ἄνθρωπος ὁμοῦ, καὶ Θεός.

1. De verbis συναυλίζομαι, & συναλίζομαι, eadem significatione usurpatis, præter illa, quæ ad locum præsentem luculentissima pro more suo adnotavit doctissimus Petavius; consule linguæ græcæ Thesaurum ad voces Αὐλὴ, & Αλία.

pertem & passum, qui sepultus sit, resurrexerit, cum gloria cœlum conscenderit, venturum indidem judicare vivos & mortuos, idque adeo vere, uti diximus: *Cujus regni non erit finis*. *Luc.1.33.*

XVIII. Nam & hoc sancta ipsa mater Ecclesia quod vere sibi prædicatum vereque mandatum est, credit: moriturum unumquemque nostrum, ac resurrecturum cum hoc ipso corpore, cum eadem anima, cum toto hoc instrumento denique, *ut quilibet meritis suis consentanea præmia percipiat*. Nam quod mortuorum futura resurrectio sit, atque æterna damnatio, cœlesteque regnum, & justorum quies, ac fidelium hæreditas, communisque cum Angelis chorus iis constitutus qui fidem & castimoniam & spem ac Domini præcepta servarint, verissimum est; idque & prædicatum & certissime comprobatum & creditum: *Quoniam hi resurgent in vitam æternam*: ut in Euangelio scriptum est. Nam quæcunque vel Apostolus vel sacra omnis Scriptura testatur, vera sunt, licet infideles ac perperam intelligentes aliter existiment. Nobis vero ea demum fides est, is honor ac dignitas: hæc est nostra mater Ecclesia, quæ [1] per fidem servat & spem, corroboratur Christi charitate, nec non & ejusmodi professione ac mysteriis Baptismique vi ac purgatione perficitur. *Euntes*, inquit, *baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*: in nomine Divinæ Trinitatis: cuius appellatio diversum nihil continet. Si quidem unus ac singularis Deus in Lege & in Prophetis & in Euangeliis & in [2] Apostolis, in vetere novoque Testamento prædicatus ac nuntiatus est, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Neque vero confusum quiddam ipsa Divinitas est, sed perfecta revera Trinitas est; perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus sanctus; una Divinitas, unus Deus. cui gloria, honor & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

2. Cor. 5. 10. *Resurrectio mortuorum.* *Jo.5.29.* *Matt.28. 19.*

XIX. Ejusmodi Catholica fides, ac vitæ nostræ opus est, hoc veritatis munimentum: hæc est Christi virgo, & innocens columba: hæc vita, spes & firmamentum immortalitatis est. Verum id a vobis omnibus qui hæc nostra lecturi estis, magnopere precor, ut mentis meæ tenuitati imbecillitatique condonare velitis; quæ ob ingens illud hæreseon virus velut stuporem quendam ac tædium & molestiam, respuentis ac nauseantis instar contraxit: id inquam condonetis velim, si forte acerbius in quempiam invecti sumus, ut nonnullos execrandos, aut

Epiphanii modestia, ac veniæ deprecatio.

παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀνελθόντα ἐν δόξῃ, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ὡς ἔφην ἐν ἀληθείᾳ, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος.

Καὶ γὰρ πιστεύει ἡ μήτηρ ἡμῶν αὕτη ἡ ἁγία Ἐκκλησία, καὶ ὡς αὐτῇ ἀληθῶς κεκήρυκται καὶ ἀληθῶς προστέτακται· ὅτι κοιμηθησόμεθα, καὶ ἀναστησόμεθα σὺν σώματι τούτῳ σὺν ψυχῇ ταύτῃ σὺν παντὶ τῷ ἡμετέρῳ σκεύει, ἵνα ἕκαστος ἀπολάβῃ πρὸς ἃ ἔπραξεν. ὅτι γὰρ ἀνάστασις νεκρῶν, καὶ κρίσις αἰώνιος, καὶ βασιλεία οὐρανῶν, καὶ ἀνάπαυσις τοῖς δικαίοις, καὶ κληρονομία πιστῶν, καὶ χορὸς μετ' Ἀγγέλων, τῶν τετηρηκότων τὴν πίστιν καὶ τὴν ἁγνείαν καὶ τὴν ἐλπίδα καὶ τὰς τοῦ Κυρίου ἐντολάς, ἀληθοῦς ἐστι καὶ κεκήρυκται καὶ ἠσφάλισται καὶ πεπίστευται· ὅτι οὗτοι ἀναστήσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον, κατὰ τὸ γεγραμμένον ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις. ὅσα γὰρ λέγει καὶ ὁ Ἀπόστολος καὶ πᾶσαι αἱ ἅγιαι γραφαί, ἀληθινὰ τυγχάνει· εἰ καὶ παρὰ τοῖς ἀπιστήσασι καὶ κακῶς νενοηκόσιν ἑτέρως ὑπολαμβάνονται. ἡμῖν δὲ αὕτη ἡ πίστις, καὶ αὕτη ἡ τιμή, καὶ αὕτη ἡ μήτηρ ἡμῶν ἡ Ἐκκλησία, [1] διὰ πίστεως σώζουσα καὶ ἐλπίδος, κρατυνομένη καὶ ἀγάπῃ Χριστοῦ, τελειουμένη ἔν τε τῇ ὁμολογίᾳ ἔν τε τοῖς μυστηρίοις ἔν τε τῇ τοῦ λουτροῦ καθαρσίῳ δυνάμει. ὅτι ἀπελθόντες βαπτίσατε εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· εἰς ὄνομα δὲ θεϊκῆς Τριάδος, ὀνομασίας μηδὲν * διαφορὰν ἐχούσης· ἀλλ' ὅτι Θεὸς εἷς ἡμῖν ἐν Νόμῳ καὶ ἐν Προφήταις καὶ ἐν Εὐαγγελίοις [2] καὶ ἐν Ἀποστόλοις, ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ κεκήρυκται καὶ κατήγγελται, Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα· μή τις συναλοιφὴ οὖσα ἡ θεότης, ἀλλὰ Τριὰς οὖσα ὄντως τελεία, τέλειος ὁ Πατήρ, τέλειος ὁ Υἱός, τέλειον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μία θεότης, εἷς Θεός· ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

* For. διάφορον.

Αὕτη ἐστὶν ἡ πίστις, ἡ τῆς ἡμετέρας ζωῆς πραγματεία· τοῦτο τὸ ἔρεισμα τῆς ἀληθείας· αὕτη ἡ παρθένος Χριστοῦ, καὶ περιστερὰ ἄκακος· αὕτη ἐστὶν ἡ ζωή, καὶ ἡ ἐλπὶς καὶ ἡ βεβαίωσις τῆς ἀφθαρσίας. ἀλλὰ παρακαλῶ πάντας ὑμᾶς τοὺς ἐντυγχάνοντας συγγνῶναι τῇ ἐμῇ ταπεινότητι καὶ ἀσθενείᾳ τοῦ βραχυτάτου μου νοῦ, τοῦ ἀπὸ πολλῶν τῶν αἱρέσεων ἰοῦ ἀποναρκήσαντος, * καὶ ἀποσιχάνοντος, ὡς ἀποπλέοντος δίκην καὶ ναυτιῶντος, δι' ὧν ἤτοι αὐστηρῶς πρός τινας φερόμενος ἠνέχθη διὰ ῥημάτων, ἢ καλέσας τινὰς ἀλη-

* γρ. ἀποτυγχάνοντος. sed verum lectionem ex Regio restituimus.

1. Diversa interpunctione hæc distincta leguntur in Petaviana editione, διὰ πίστεως σώζουσα, καὶ ἐλπίδι κρατυνομένη, καὶ ἀγάπῃ Χριστοῦ τελειουμένη, ἔν τε τῇ ὁμολογίᾳ &c. Et in latina interpretatione, perturbata Epiphanii mente dicitur, *quæ per fidem servat; spe corroboratur, Christi charitate, nec non &c.* Quæ a Thomasio bene restituta vides.

2. καὶ ἐν Ἀποστόλοις. Petavius reddit *apud Apostolos*; sed melius dicitur *in Apostolis*. Veteres enim Apostolus vocabant Libros Epistolarum canonicarum Novi Testamenti. In memoriam heic revocanda quæ scripsimus num. XI. Præfationis nostræ ad tom. V.

aut circulatores, aut aberrantes, aut impostores dixerimus; Nam præ veneni illius molestia (cum alioqui facile in quenquam dicta jacere non soleamus) necesse habuimus istiusmodi illos appellare verbis: ut ab ea suspicione quorundam revocaremus animos, quod in illorum dictis, factisque divulgandis, apertam nullam animi nostri significationem dedissemus, nos ab impia cujusque hæresis opinione non abhorrere. Qua de re paucis operis hujus initio præfati sumus, ac præmuniendum lectorem putavimus, non sine præfatione veniæ ne quis injuriarum nos reos ageret, quasi causæ bonitate victi ad dicteria probraque confugeremus. In eodem vero proëmio significavimus, quænam a nobis tractandæ essent hæreses: tum quot in libros totum opus esset distributum: deinde quot & cujusmodi in unumquemque librum conjecta sint. Quæ memoriæ causa ad lectorum utilitatem libet hoc loco repetere.

XX. Tres itaque libri sunt septem in tomos partiti. Primus liber hæreses sex & quadraginta complectitur: quarum nomina singillatim percensentur; servato prioris & posterioris ac reliquarum deinceps ad postremam usque libri totius ordine. ergo primus liber tomis tribus XLVI hæreses continet. Secundus tomis duobus hæreses XXIII. Tertius denique duobus tomis hæreses XI. Vos igitur omnes, qui communem hunc mecum laborem capessitis, & hanc nostram lucubrationem patienter evolvere studetis, rogo plurimum & exhortor, & uti digni sitis postulo fructum istinc aliquem & utilitatem capere, atque hæreseon molestiam ac perniciem ab animis vestris longissime removere. Non enim illas cujusquam ad fraudem exitiumque patefecimus, sed ad utilitatem atque cautionem, ne ad commemoratas illas hæreses illecebris ullis quisquam pertrahatur. Porro ubi totum istud opus, ejusve partem aliquam legendo percurreritis, Deum pro nobis obsecratote, & illud impetrare studetote, nobis ut ille locum aliquem in sancta solaque Catholica & Apostolica Ecclesia, eademque vera, vivifica, salutarique tribuat; tum ut nos ab hæresis omnis contagione liberet. Quod si quidpiam, utpote homines, qui incomprehensibilem & inexplicabilem illam Divinitatem penitus assequi, & ad extremum usque penetrare non possumus; sed in angustias eas conjecti, ut Divini numinis propugnandi gratia quædam pro humano captu differere coacti simus: si quid, in-

ἀλητείους ἢ ἀγύρτας, ἢ πεπλανημένους ἢ ἀπατεῶνας. διὰ γὰρ τὸν πολὺν πόνον τοῦ ἰοῦ, καὶ τοί γε μὴ ἔχοντες ἔθος προχείρως ἐπισκώπτειν τινὰς, ἀνάγκην ἐσχήκαμεν τοιούτοις αὐτοὺς διαθέσθαι τοῖς ῥήμασιν· ἵνα ἀποστρέψωμεν τὴν διάνοιαν τινῶν, μὴ πῃ νομίσωσιν ἡμᾶς διὰ τὸ * ἀφανδὸν, μὴ δεδημοσιευκέναι, ἀποκαλύψαντας τὰ παρ' αὐτοῖς λεγόμενα ἢ γινόμενα, μέρος ἔχειν διανοίας συγκατατιθεμένης τῇ παρ' ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων κακοδοξίᾳ. πεποίημαι δὲ καὶ προοίμιον ἐν ὀλίγῳ εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ συντάγματος, περὶ τούτων αὐτῶν προσασφαλιζόμενος καὶ συγγνώμην αἰτῶν, ἵνα μή τις * ἀδίαν τινὰ εἰς ἡμᾶς ἐνσκήψῃ, ὡς ἡττωμένους νομίζων, καὶ ἐπὶ τὸ σκώπτειν ὁρμῶντας. ἐδείξαμεν δὲ ἐν τῷ προοιμίῳ καὶ περὶ ποίων ἐμέλλομεν λέγειν αἱρέσεων, εἰς πόσας τε βίβλους διείλομεν τὴν πᾶσαν πραγματείαν· ἐν ἑκάστῳ δὲ βιβλίῳ περὶ πόσων καὶ ποίων εἰρήκαμεν· ὡς καὶ ἐνταῦθα πάλιν ἐπιμνημονεύσας ὁμοίως ὑποδείκνυμι, εἰς ὠφέλειαν πανταχόθεν τῶν ἐντυγχανόντων.

* F. ἀναφανδόν.

* For. ἀδικίαν.

Καὶ εἰσὶ μὲν βιβλία τρία, τόμοι ἑπτά. καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ αἱρέσεις μϛ', κατὰ ἀριθμὸν ὀνομάτων ἐγκείμεναι, καὶ κατὰ εἱρμὸν πρώτης καὶ δευτέρας ἕως τῆς τελευταίας τυχούσης βίβλου ἐγκειμένης· ὅτι ἡ μὲν πρώτη βίβλος ἔχει αἱρέσεις μϛ' ἐν τόμοις τρισί. ἡ δὲ δευτέρα βίβλος αἱρέσεις κγ', ἐν τόμοις δυσίν. ἡ δὲ τρίτη βίβλος αἱρέσεις ια', ἐν τόμοις δυσίν. πάντες τοίνυν οἱ τῷ πονήματι ἡμῶν συμπονοῦντες, καὶ σπουδάσματι ἐντυγχάνειν μακροθυμοῦντες, διερχόμενοί τε, παρακλήθητε καὶ ἀξιώθητε τὴν ὠφέλειαν ἐπικερδῆσαι, τὰ δὲ ἀηδῆ τῶν αἱρέσεων ἀπὸ τοῦ νοὸς ἀποῤῥέψαι. οὐ γὰρ εἰς βλάβην ἀπεκαλύψαμεν, ἀλλ' εἰς ὠφέλειαν, καὶ παρατήρησιν τοῦ μὴ ἐμπεσεῖν εἰς ἐπαγωγὴν τῶν προειρημένων. διελθόντες δὲ τὴν πάντα κάματον ἢ καὶ μέρη, ὑπὲρ ἡμῶν εὔξασθε καὶ καταξιώσατε ἵνα ὁ Θεὸς δῴη μέρος ἡμῖν ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ μόνῃ Καθολικῇ καὶ Ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ ἀληθινῇ καὶ ζωτικῇ καὶ σωτηριώδει, καὶ ῥύσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης αἱρέσεως· καὶ εἴ τι ὡς ἄνθρωποι μὴ δυνάμενοι ἐπὶ τὸ πέρας ἀποτεινόμενοι τῆς ἀκαταλήπτου καὶ ἀνεκδιηγήτου θεότητος, ἀλλ' ὡς στενοχωρούμενοι εἰς ἀπολογίαν, ὑπὲρ Θεοῦ διηγήσασθαι ἀνθρωπίνως ἠναγκασμένοι τόλμῃ ἠνέχθημεν,

inquam, paulo audacius fecimus, condonante Deo, vos & iſtud mihi condonare velitis. Ac rurſum illud mea cauſa petite, uti Dominus, quam ab eo ſortem conditionemque precati ſumus, in ſanctiſſima ſua religione, quæ ſola ab omni contradictione libera eſt, concedere non gravetur, ac peccatorum meorum quæ bene multa ſunt, gratiam facere, in Chriſto Jeſu Domino noſtro: per quem & cum quo gloria Patri cum Spiritu ſancto in ſæcula. Amen.

XXI. Hactenus igitur quænam eſſet unius & Catholicæ Eccleſiæ fides, ſimplicis, inquam, illius & innocentis columbæ, *quæ unica eſt viro ſuo*, uti ſcriptum eſt: *Una eſt columba mea*: nec non & de infinitis adoleſcentulis, quarum iniri numerus non poteſt, qua potuimus brevitate diſputavimus: imprimiſque de eadem Patris & Filii ac Spiritus ſancti ſubſtantia, deque perfecta Chriſti Domini Incarnatione, ac reliquis fidei capitibus. Nunc de ejuſdem Eccleſiæ ſanctionibus ac legibus pauca mihi neceſſe eſt, deque earundem forma aliqua ſaltem ex parte perſequi: quæcunque nimirum proprie olim in ipſa ſervata ſunt hodieque ſervantur, partim ex præcepto, partim ex inductione animi, Deo ex diſciplinæ ſuæ virtute fructum quendam voluptatemque capiente. Crepido igitur ac velut gradus quidam in Eccleſia [1] Virginitas eſt, quæ a pleriſque colitur & obſervatur, & in illuſtri quadam gloria ac prædicatione verſatur. Virginitatem Solitaria vita proxime ſequitur: quam in pleriſque ſexus utriuſque Monachis videmus. Secundum hanc Continentia ad idem pietatis curriculum fundata eſt ac ſtabilita. Deinde Viduitas cum diligenti attentaque cautione, & caſta ſinceraque vitæ ratione conjuncta. Poſt gradus illos & ordines ſuum quoque locum obtinent honeſtæ Nuptiæ, quæ magno in honore ſunt præſertim ſingulares ac minime repetitæ, quæ præceptorum obſervationi ſtudent. Quod ſi quis mortua uxore, vel mulier mortuo viro id voluerit, alterum virum uxoremve, duntaxat poſt alterutrius obitum, ſibi adſciſcere licet. Horum omnium velut faſtigium & (ut ita dicam) matris ac genitricis locum ſanctum ſibi Sacerdotium vendicat: quod [2] ex virginum ordine præcipue conſtat: aut ſi minus

Eccleſiaſtici ritus ac decreta.

Virginitas & ſolitaria vita, reliquique gradus.

Digamia conceſſa.

Cœlibatus Sacerdotum.

1. ἡ Παρθενία. Summo in pretio & honore ab ipſis Eccleſiæ incunabulis habitam fuiſſe virginitatem, multoſque utriuſque ſexus illam cuſtodiendo coluiſſe, vel ex preclariſſimo hoc S. Epiphanii teſtimonio demonſtraretur. Theologorum ſcriptis celebrantur ea de re veterum Con-

συγγνωμονοῦντος τοῦ Θεοῦ καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ συγγνωμονήσατε. καὶ πάλιν ὑπερδέχεσθε, ἵνα ὁ Κύριος ἣν ᾐτησάμεθα μερίδα ἡμῖν δῴη ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ πίστει καὶ μόνῃ ἀπηλλαγμένῃ πάσης ἐναντιότητος, καὶ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων πολλῶν ὄντων συγχώρησιν ποιήσηται ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ δόξα τῷ Πατρὶ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς αἰῶνας. ἀμήν.

Καὶ ἃ μὲν περὶ πίστεως ἔχει αὕτη ἡ μόνη Καθολικὴ Ἐκκλησία, καὶ περιστερὰ ἄκακος, μία οὖσα τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, ὡς λέγει· μία ἐστὶ περιστερά μου, καὶ ὁμοίως περὶ τῶν ἀμυθήτων νεανίδων ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, συντόμως ἔφημεν. περί τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ὁμοουσιότητος, καὶ περὶ τῆς ἐνσάρκου Χριστοῦ καὶ τελείας παρουσίας, καὶ ἄλλων μερῶν τῆς πίστεως. περὶ θεσμῶν δὲ τῆς αὐτῆς ἐν ὀλίγῳ μέν μοι ἐστὶ πάλιν ἀνάγκη τοῦ παραθέσθαι τῶν αὐτῶν θεσμῶν ἀπὸ μέρους τὸ εἶδος, ὅσαπερ φύσει πεφύλακται ἐν αὐτῇ καὶ φυλάσσεται, τὰ μὲν ἐκ προστάγματος, τὰ δὲ κατὰ ἀποδοχὴν προαιρέσεως, τοῦ Θεοῦ χαίροντος ἐπὶ τῇ ἀρετῇ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας. καὶ πρῶτον μὲν κρηπὶς καὶ, ὡς εἰπεῖν, βαθμὸς ἐν αὐτῇ [1] ἡ Παρθενία, ἀσκουμένη τε καὶ φυλαττομένη παρὰ πολλοῖς καὶ ἐνδοξαζομένη. συνέπεται δὲ τῇ αὐτῇ παρθενίᾳ ἡ Μονότης, παρὰ πλείοσι τῶν μοναζόντων καὶ μοναζουσῶν. μετὰ ταύτην Ἐγκράτεια ἐπὶ τὸν αὐτὸν δρόμον τεθεμελιωμένη. ἔπειτα δὲ Χηροσύνη μετὰ πάσης προσοχῆς καὶ ἀγνάντου συναναστροφῆς. Ταύταις δὲ ταῖς τάξεσιν ἀκόλουθος ὁ σεμνὸς Γάμος ἐν μεγάλῃ τιμῇ, ὁ ἐν μονογαμίᾳ μάλιστα, καὶ παραφυλακῇ ἐνταλμάτων. εἰ δέ τις τελευτησάσης τῆς αὐτοῦ γυναικὸς, ἢ ἀνδρὸς τελευτήσαντος τῆς τινὸς γυναικὸς * ἐφίεται δευτέρᾳ συναφθῆναι ἢ δευτέρῳ μετὰ θάνατον τοῦ πρώτου ἢ τῆς πρώτης. στεφάνη δὲ τούτων πάντων ἡ μήτηρ, ὡς εἰπεῖν, καὶ γεννήτειρα ἡ ἁγία Ἱερωσύνη, [2] ἐκ μὲν παρθένων τὸ πλεῖστον ὁρμωμένη· εἰ

δὲ

* Deest βούλεται, aut aliquid ejusmodi.

Conciliorum Canones; celebrantur & Patrum loca eximia, Ambrosii præsertim & Hieronymi. Fœminæ virginitati studebant, in Monasteriis aliæ, in quibus aliquando, ut verbis utar S. Hieronymi, Virgunculæ rudes & edentulæ recipiebantur alendæ & divinarum Scripturarum lectione, & Psalmorum cantu. Privatis & paternis in domibus aliæ virginitatem se profiteri declarantes & muliebris cultus despicientia, & fusci coloris veste, veluti christianæ philosophiæ pallio quodam: aut sacrum velum ab Episcopo dum publico ritu accipiebant quasi sacramentum quoddam & consecrationis insigne. Et hoc ritu Christo Sponso jungebantur vel circa pubescentis juventæ initia; vel ætatis anno xxv, vel xl, vel etiam lx, prout idoneum Episcopis videbatur. De hisce rebus omnibus Virgines in veteri Ecclesia sacras spectantibus exstant certissima in veterum scriptis monumenta, quorum plura collegit ad præsentem Epiphanii locum Petavius: Thomasinus de veteri, & nova Ecclesiæ Disciplina parte 1, lib. iii, cap. xlii. Et ut multos prætercam, Natalis Alexander cap. v, artic. x, Hist. iv Eccl. Seculi.

2. ἐκ μὲν παρθένων. Insignis hic Epiphanii de Clericorum continentia locus, maxime a nobis faciendus, atque jungendus cum numero

minus e virginibus, certe ex Monachis: si vero ex Monachorum ordine ad illam functionem obeundam[1] idonei non fuerint, ex his creari Sacerdotes solent qui a suis se uxoribus continent, aut secundum unas nuptias in viduitate versantur. [2] Secundis vero nuptiis implicitus, in Ecclesia ad Sacerdotium non admittitur; tametsi aut sese ab uxore contineat, aut sit viduus: ejusmodi, inquam, ab Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi gradu reiicitur. Secundum hos gradus, Lectorum ordo ex omnibus ordinibus eligi potest, hoc est, e virginibus, Monachis, continentibus, viduis, & iis qui honestis matrimoniis illigantur. Imo, si necessitas tulerit, ex illis etiam adsciscuntur, qui post prioris uxoris obitum cum altera sese copularint: quippe Lector non Sacerdos est, sed tanquam Divini verbi Scriba. At [3] Diaconissæ ad hunc unum usum adhibentur, ut mulierum decoris & honestatis causa sint administræ, si id forte necesse fuerit, sive du n Baptismo initiandæ sunt, sive dum earum corpora perscrutanda. Illæ quidem univiræ & continentes esse debent: vel post unas nuptias viduæ, vel perpetuæ virgines. Post illos omnes ordines deinceps Exorcistæ sequuntur, & Intrepretes ex una lingua in aliam vel in Lectionibus vel in Concionibus. Sequuntur Laborantes, qui mortuorum corpora curant. Tum Ostiarii, ac reliqui disciplinæ causa ordines instituti.

Episcopi. Presbyteri. Diaconi. Subdiaconi. Lectores.

Diaconissæ

Exorcistæ. Interpretes in Lectionibus. Laborantes. Ostiarii.

XXII. Sacri porro Conventus & [4] Synaxes ab [5] Apostolis instituti sunt his potissimum diebus, quarta & sexta feria & Dominica. at

Synaxes ter in hebdomada.

ro IV hæresis LIX, ubi Epiphanius enucleatius rem declarat eamdem. Placet loci illius summam heic repræsentare verbis Petavii, qui utrumque locum pluribus ornat in suis ad Expositionem Fidei Animadversionibus. Ait enim: *Docet imprimis*, Epiphanius; *Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum ex digamis ordinari neminem. Tum neque hos, neque Subdiaconum aliter consecrari, quam vel priore, eaque unica, conjuge mortua, vel ab ejusdem viventis consortio, ac consuetudine distractos: nisi virgines omnino sint: præsertim ubi Ecclesiastici Canones accurate servantur. Nam quod in quibusdam locis Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi liberos adhuc suscipiant, id abusione quadam, ac disciplinæ corruptela fieri: aut vero necessitate, ubi pro ingenti populorum multitudine, ministrorum copia non suppetit. Nam alioqui Ecclesia decreto Clericorum ordinibus istis continentia præscribitur.* Hæc ex Epiphanio Petavius, quæ IV. decurrente Ecclesiæ seculo in Oriente vigebant. Viguisse & in Occidente quum innumeris doceamur veterum documentis, vel unius S. Hieronymi non semel iterata, & apertis verbis atque conceptissimis ab ipso declarata auctoritas satis nobis esse potest.

1. ὡς δὲ μὴ εἶεν ἱκανοὶ &c. Consule S. Augustini Epistolam nova in recensione LX.

2. δευτερόγαμον δὲ &c. Digamus a sacris rejicitur Ordinibus.

3. ἡ Διακονισσῶν &c. Diaconissarum, quas ab ipso sui exordio institutas sacris in ministeriis adhibuit ad sextum usque seculum Ecclesia, munus & officium paucis heic delibat Epiphanius. Plura de iisdem scripsit in Hæresi LXXIX.

δὲ οὐκ ἐκ παρθένων, ἐκ μοναζόντων· [1] εἰ δὲ μὴ εἶεν ἱκανοὶ εἰς ὑπηρεσίαν ἀπὸ μοναζόντων, ἐξ ἐγκρατευομένων τῶν ἰδίων γυναικῶν, ἢ χηρευσάντων ἀπὸ μονογαμίας. [2] δευτερόγαμον δὲ οὐκ ἔξεστι δέχεσθαι ἐν αὐτῇ εἰς ἱερωσύνην, κἂν τε ἐγκρατευόμενος εἴη χῆρος· * ἀπαρχῆς τάξεως Ἐπισκόπου καὶ Πρεσβυτέρου καὶ Διακόνου καὶ Ὑποδιακόνου. μετὰ ταύτην δὲ τὴν ἱερωσύνην λοιπὸν Ἀναγνωστῶν τάγμα ἐξ ὅλων τῶν ταγμάτων, τουτέστι παρθένων καὶ μοναζόντων καὶ ἐγκρατευομένων καὶ χηρευσάντων καὶ τῶν ἔτι ἐν σεμνῷ γάμῳ. εἰ δὲ εἴη ἀνάγκη, καὶ ἀπὸ τοῦ μετὰ θάνατον τῆς πρώτης γυναικὸς δευτέρᾳ συναφθέντων· καὶ γὰρ οὐκ ἔστιν Ἱερεὺς ὁ Ἀναγνώστης, ἀλλ' ὡς Γραμματεὺς τοῦ λόγου. [3] καὶ Διακόνισσαι δὲ καθίστανται εἰς ὑπηρεσίαν γυναικῶν μόνον, διὰ τὴν σεμνότητα ἂν χρεία κατασταίη, λουτροῦ ἕνεκα ἢ ἐπισκέψεως σωμάτων. καὶ αὗται δὲ μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι, ἢ χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας, ἢ ἀειπάρθενοι οὖσαι. εἶθ' ἑξῆς τούτων, Ἐπορκισταὶ, καὶ Ἑρμηνευταὶ γλώσσης εἰς γλῶσσαν ἢ ἐν ταῖς Ἀναγνώσεσιν ἢ ἐν ταῖς Προσομιλίαις. λοιπὸν δὲ καὶ Κοπιαταὶ, οἱ τὰ σώματα περιστέλλοντες τῶν κοιμωμένων· καὶ Θυρωροί· καὶ ἡ πᾶσα εὐταξία.

* Corruptus locus.

Συνάξεις [4] δὲ ἐπιτελούμεναι τεταχθεῖσαί εἰσιν [5] ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων τετράδι καὶ προσαββάτῳ καὶ Κυριακῇ· τετράδι δὲ καὶ ἐν προσαβ-

xxxix, numeris III, & IV, ubi inter cetera hæc invenies, quæ ad characterem & officium illarum spectant. *Quamquam vero Diaconissarum in Ecclesia ordo sit, non tamen ad Sacerdotii functionem, aut ullam ejusmodi administrationem institutus est,* ἀλλ' οὐχὶ εἰς τὸ ἱερατεύειν, οὐδέ τι ἐγχειρεῖν, *sed ut muliebris sexus honestati consulatur; sive ut Baptismi tempore adsit; sive ut inspiciat si quid passa sit, aut molestia pertulerit; sive ut cum nudandum est mulieris corpus, interveniat; ne virorum, qui sacris operantur, aspectui sit exposita; sed a sola Diaconissa videatur: quæ sacerdotis mandato mulieris curam gerit, quo tempore vestibus exuitur. Qua in re cum ordinis illius modestiæ, tum ecclesiasticæ disciplinæ prudenter admodum ex Canonis præscripto est, ac regulæ consultum.* Evolve si lubeat Thomassinum memorato superius lib. III, partis I, capitibus L. & LI.

4. Συνάξεις proprie fidelium conventus dicebantur a Græcis, quibus sacra persolvebantur officia, divinæ legebantur Scripturæ, martyrum acta, Ecclesiarum Epistolæ præclariores; sacri habebantur sermones, psalmodiæ opera impendebatur; divina celebrabantur, quoties opus erat, mysteria. Ita vocem illam interpretatus est Fronto Ducæus ad S. Joan. Chrysostomi Orationem II. in Judæos. Frontonem sequitur ad locum Epiphanii præsentem Petavius, quem consule multa de Synaxibus sacris perdocte disserentem. Constat Latinos Patres *Stationes* appellavisse, quæ Græcis dicebantur Synaxes. Plura de his dat Petavius loco mox laudato.

5. ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων &c. *Quod Epiphanius admonet; triplicem illam synaxin dierum totidem ab Apostolis esse traditam, haud scio an satis certo constare queat. Nam primis Ecclesiæ temporibus unus duntaxat Dominicus dies ad eam rem observatus videtur, ut ex Apostolo 1. ad Cor. cap. XVI. colligitur. Quin etiam Justinus Martyr Apol. II. cum de Christianorum conventibus agit, solius Dominicæ meminit,* τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἡμέραν κοινῇ πάντες τὴν συνέλευσιν ποιούμεθα. *Quare magis id ex privato Ecclesiæ cujusque ritu, quam ex communi Apostolorum præscripto derivatum existimo, ut quarta sextave feria, aut etiam sabbato Synaxes conventusque fierent. Quam in rem egregius est Augustini locus*

at quarta & sexta feria in jejunio [1] ad horam usque nonam, propterea quod quarta feria comprehensus est Dominus, & VI. feria crucifixus. Ideo per illos dies jejunandum esse decreverunt [2] Apostoli, ut impleatur illud quod scriptum est: *Cum ablatus fuerit ab illis Sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus*. Neque vero ut ei gratificemur qui nostra causa passus est, instituta sunt jejunia: sed ut salutis nostræ causa passionem illam profiteamur, quam pro nobis Dominus ipse suscepit; atque ut hæc a Deo jejunia expiandis nostris sceleribus imputentur. Porro istiusmodi jejunium toto anno in Ecclesia Catholica diligenter observatur, quarta, uti dixi, sextaque feria ad horam usque nonam, exceptis quinquaginta Pentecostes diebus: quibus neque genua flectuntur, neque jejunium indicitur. pro illis vero Conventibus qui ad horam nonam quartis sextisve feriis celebrari consueverunt, per illos dies perinde ac Dominica die [3] matutinis horis Synaxes obeuntur. Neque vero totis illis duntaxat quinquaginta Pentecostes diebus ulla, uti dixi, jejunia sunt, sed neque Epiphaniorum die, quo Dominus secundum carnem natus est, jejunare licet, tametsi in quartam feriam vel sextam inciderit. At qui pietati student, egregia quadam ac laudabili voluntate, perpetuo (solis Dominicis ac Pentecostes diebus exceptis) jejunia sibi ac vigilias imponunt. Nam Dominicas omnes festas esse hilaresque Catholica sanxit Ecclesia, ac solemnes Synaxes matutinis horis indicit, nec ulla jejunia celebrat; absurdum enim est jejunare Dominico die. Cæterum ante [4] septem Paschatis dies Quadragesimam observare, atque in jejuniis perseverare eadem consuevit Ecclesia; Dominicis vero nullis

Jejunium feria IV. & VI.

Luc. 5. 35.

Tempus Paschale. Epiphania

Quadragesima.

* Idest, decreta est Christi comprehensio a Concilio Judæorum, Juda paciscente cum illis de mercede proditionis. Vide canonem 15. S. Petri Episcopi Alexandrini & Martyris.

---

ens Epist. CXVIII. (In novis vero editionibus Epistole illa est in ordine LIV, & locus de ea collegitus legitur in cap. II.) qui mihi hic adscribendus videtur „ *Alia vero, inquit, „ quæ per loca terrarum regionesque varian- „ tur; sicuti est quod alii jejunant sabba- „ to, alii vero non: alii quotidie commu- „ nicant corpori, & sanguini Dominico; „ alii certis diebus accipiunt: alibi nullus „ dies intermittitur, quo non offeratur; ali- „ bi Sabbato tantum, & Dominico: alibi „ tantum Dominico: & si quid aliud hu- „ jusmodi animadverti potest; totum hoc ge- „ nus rerum liberas habet observationes* „. *Innocentius porro Epist. 1. cap. IV.* (ea Innocentii I. Epistola ad Eugubinum Episcopum Decentium data, in Conciliorum editionibus prima quidem in ordine est; sed in Petri Constantii recensione est XXV.) *feria VI, & Sabbato Sacramenta minime celebrari scribit*, his

σαββάτῳ [1] ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐνάτης. ἐπειδήπερ ἐπιφωσκούσῃ τετράδι συνελήφθη ὁ Κύριος, καὶ τῇ προσαββάτῳ ἐσταυρώθη. [2] καὶ παρέδωκαν οἱ Ἀπόστολοι ἐν ταύταις νηστείας ἐπιτελεῖσθαι, πληρουμένου τοῦ ῥητοῦ· ὅτι ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ Νυμφίος, τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. καὶ οὐχ ἵνα χάριν ποιήσωμεν τῷ ὑπὲρ ἡμῶν πεπονθότι, ἡ νηστεία ἡμῖν προστέτακται· ἀλλ' ὅπως ὁμολογήσωμεν εἰς ἡμῶν σωτηρίαν τὸ τοῦ Κυρίου πάθος, ὃ ὑπὲρ ἡμῶν αὐτὸς ἀνεδέξατο· καὶ ὅπως ὑπὲρ τῶν ἡμῶν ἁμαρτιῶν αἱ νηστεῖαι ἡμῖν εὐλόγιστοι Θεῷ γένωνται. καὶ δι' ὅλου μὲν τοῦ ἔτους ἡ νηστεία φυλάττεται ἐν τῇ αὐτῇ ἁγίᾳ Καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, φημὶ δὲ τετράδι καὶ προσαββάτῳ ἕως ὥρας ἐνάτης, δίχα μόνης τῆς Πεντηκοστῆς ὅλης τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν, ἐν αἷς οὔτε γονυκλισίαι γίνονται, οὔτε νηστεία προστέτακται· ἀντὶ δὲ τῶν πρὸς τὴν ἐνάτην Συνάξεων τετράδων καὶ προσαββάτων, ὡς ἐν ἡμέρᾳ Κυριακῇ [3] κατὰ τὰς πρωϊνὰς αἱ Συνάξεις ἐπιτελοῦνται. ἔτι δὲ ἐν ταῖς ν' ἡμέραις, αἷς προεῖπον, τῆς Πεντηκοστῆς οὐκ ἔστιν οὔτε νηστεία· οὔτε ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Ἐπιφανίων ὅτε ἐγεννήθη ἐν σαρκὶ ὁ Κύριος, ἔξεστι νηστεῦσαι, κἄν τε περιτύχῃ τετρὰς ἢ προσάββατον. προαιρέσει δὲ ἀγαθῇ οἱ αὐτῆς ἀσκηταὶ διαπαντὸς, χωρὶς Κυριακῆς καὶ Πεντηκοστῆς, νηστεύουσι, καὶ ἀγρυπνίας διαπαντὸς ἐπιτελοῦσι. τὰς δὲ Κυριακὰς ἁπάσας εὐφρὰς ἡγεῖται ἡ ἁγία αὕτη Καθολικὴ Ἐκκλησία, καὶ Συνάξεις ἀφ' ἕωθεν ἐπιτελεῖ, οὐ νηστεύει· ἀνακόλουθον γάρ ἐστιν ἐν Κυριακῇ νηστεύειν. τὴν δὲ Τεσσαρακοστὴν τὴν [4] πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν τοῦ ἁγίου Πάσχα ὡσαύτως φυλάττειν εἴωθεν ἡ αὐτὴ Ἐκκλησία, ἐν νηστείαις δια-

his verbis: „ *Quod utique non dubium est, „ in tantum eos jejunasse (de Apostolis loquitur) biduo memorato, ut traditio Ecclesia habeat, illo biduo Sacramenta penitus non celebrari* „. *In Mediolanensi Ecclesia quotidie sacrificium oblatum ex Ambrosio constat, qui Serm. xxxiv. ita loquitur:* (Sermo ille in Romana Ambrosii editione xxxiv, in recentiori xxv. censetur de Sermonibus S. Ambrosio adscriptis, & in Appendice ejusdem) „ *Moneo etiam, ut qui juxta Ecclesiam est, & sine gravi impedimento potest, quotidie audiat Missam; & qui potest, omni nocte ad matutinum veniat* „. *Et paulo post:* „ *in Quadragesima vero moneo, ut die omni, aut saltem, ut dixi, omni Dominica, offeratis, ut communicetis* „. *Varia igitur admodum per Ecclesias consuetudo fuit.* Hæc Petavius inter illa bene multa, quæ ad nostrum Epiphanii locum adnotavit.

1. Συνάξεις igitur statis quibusdam diebus cum jejunio conjungebatur, in aliis vero minime.

2. καὶ παρέδωκαν οἱ Ἀπόστολοι. Quartæ & sextæ Feriæ jejunium fuisse antiquitus servatum asseruere & Patres Epiphanio antiquiores, Clemens Alexandrinus præsertim & Tertullianus. Fuisse vero ab Apostolis institutum non constat.

3. κατὰ τὰς πρωϊνάς. Quæ sine jejunio celebrabantur Stationes, συνάξεις, ut dominicis diebus, in Pentecoste, & in Epiphania, matutinis fiebant horis. Hora autem absolvebantur nona, quæ jejunium habebant adjunctum.

4. Πρὸ τῶν ἑπτὰ &c. Paschales illic denotare vult dies septem, qui a solemni Paschatis die numerati insequentem desinunt in Sabbatum. Ante dies illos Quadragesima servatur.

Hebdomada major. Xerophagia. nullis omnino, adeoque nec ipsius quidem Quadragesimæ jejunare solet. Præterea sex illos Paschatis dies Xerophagia, hoc est, arido victu transigunt populi omnes, hoc est, panem duntaxat cum sale & aqua sub vesperam adhibent. Imo vero nonnulli ad biduum vel triduum vel quatriduum usque jejunia prorogant. Alii totam hebdomadem usque ad sequentis *Missæ Vespertinæ ab ab hora nona.* Dominicæ gallicinium sine cibo transmittunt. Pervigilia vero sex obeunt: itemque Synaxes his sex diebus & in tota Quadragesima ab hora nona usque [1] ad vesperam celebrant. At quibusdam in locis in ea solum nocte, quæ quintam feriam sequitur, & in feriam sextam desinit, atque in ea quæ Dominicam antecedit, pervigilant. Aliis in locis quinta feria* *In Cœna Domini Missa.* Divini Mysterii cultus hora nona celebratur, atque ita missio populi fit, ut in aridorum usu persistant. Alibi vero Divini Mysterii cultus non prius indicitur, quam Dominicus dies illuxerit, cum sub gallorum cantum dimittitur populus in ipso *Pascha. Sacramentorum Ceremoniæ ex Apostolica traditione.* Resurrectionis festo, ac solemni celeberrimoque Paschatis die, quemadmodum præscriptum est. Quod ad alia mysteria pertinet, ut Baptismi & quæ interiora sunt, ea ritibus illis ac ceremoniis obeuntur, quæ ex Euangelio & Apostolorum auctoritate ac traditione profectæ sunt.

Orationes & Sacrificia pro mortuis. Matutina & Vespera. XXIII. Jam vero quod ad [2] mortuos spectat, nominatim illorum mentio fit, ac preces & sacrificia, mysteriaque frequentantur. Matutinæ insuper laudes in Ecclesia Catholica, Matutinæque preces assidue celebrantur; Lucernales [3] item Psalmi & orationes. Porro Monachorum alii in urbibus degunt: alii *Monachorum varia genera.* in Monasteriis habitant, & ab hominum frequentia longius abscedunt. Nonnullis vero prolixior coma placuit, sanctioris videlicet instituti causa: id quod suapte voluntate, sine Euangelii præcepto, aut Apostolorum approbatione faciunt: nam *1. Cor. 11. 4.* Apostolus Paulus formam ejusmodi atque cultum abdicavit. Sunt & alia in eadem Catholica Ecclesia instituta vivendi præ*Notandus hic locus adversus Hæreticos.* stantia: nimirum, quod alii carnibus prorsus abstineant tam quadrupedum & avium quam piscium, nec non ovis ac caseo. Tum alia sunt vitæ genera, propterea quod *unusquisque* *2. Cor. 3. 8.* *secundum proprium laborem mercedem accipiet*. Igitur sunt qui illis

1. Ἕως ἑσπέρας. Duplex animadverte jejunii genus, aliud quod solvebatur hora nona, ut illud IV, & VI Feriæ; aliud vero, ut Quadragesimale, quod ad vesperas usque producebatur

2. Ἐπὶ δὲ τῶν τελευτησάντων. Petavii animad-

διατελοῦσα· τὰς δὲ Κυριακὰς οὐδ' ὅλως, οὔτε ἐν αὐτῇ τῇ τεσσαρακοστῇ. τὰς δὲ ἓξ ἡμέρας τοῦ Πάσχα ἐν ξηροφαγίᾳ διατελοῦσι πάντες οἱ λαοί· φημὶ δὲ ἄρτῳ καὶ ἁλὶ καὶ ὕδατι τότε χρώμενοι πρὸς ἑσπέραν. ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαῖοι διπλᾶς καὶ τριπλᾶς καὶ τετραπλᾶς ὑπερτίθενται, καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα τινὲς ἄχρι ἀλεκτρυόνων κλαγγῆς τῆς Κυριακῆς ἐπιφωσκούσης. ἀγρυπνίας δὲ διατελοῦσι τὰς ἕξ. πάλιν δὲ Συνάξεις ἐπιτελοῦσι τὰς αὐτὰς ἓξ καὶ ὅλην τὴν τεσσαρακοστὴν ἀπὸ ἐνάτης [1] ἕως ἑσπέρας. ἐν τισὶ δὲ τόποις τὴν μετὰ τὴν πέμπτην ἀγρυπνοῦσιν ἐπιφώσκουσαν εἰς τὸ προσάββατον, καὶ τὴν Κυριακὴν μόνας. ἐν τισὶ δὲ τόποις Λατρεία οἰκονομίας ἐν τῇ πέμπτῃ γίνεται ὥρᾳ ἐνάτῃ· καὶ οὕτως ἀπολύει, μενόντων ἐν τῇ αὐτῇ ξηροφαγίᾳ. ἐν ἄλλοις δὲ τόποις οὐ γίνεται Λατρεία τῆς οἰκονομίας ἢ μόνον ἐπιφωσκούσης τῆς Κυριακῆς, ὅτε ἀπολύει περὶ τὴν τῶν ἀλεκτρυόνων κλαγγὴν ἐν τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ, καὶ πανηγύρει μεγάλῃ ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα, ὡς προστέτακται. τὰ δ' ἄλλα μυστήρια περὶ Λουτροῦ καὶ τῶν ἔνδοθεν Μυστηρίων, ὡς ἔχει ἡ παράδοσις τοῦ τε Εὐαγγελίου καὶ τῶν Ἀποστόλων, οὕτως ἐπιτελεῖται.

Ἐπὶ δὲ [2] τῶν τελευτησάντων, ἐξ ὀνόματος τὰς μνήμας ποιοῦνται, προσευχὰς τελοῦντες καὶ Λατρείας καὶ οἰκονομίας· Ἑωθινοί τε ὕμνοι ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ διηνεκεῖς γίνονται καὶ προσευχαὶ ἑωθιναί, [3] Λυχνικοί τε ἅμα ψαλμοὶ καὶ προσευχαί. τινὲς δὲ τῶν μοναζόντων αὐτῆς κατοικοῦσι τὰς πόλεις, τινὲς δὲ καὶ ἐν μοναστηρίοις καθέζονται, καὶ ἀπὸ μήκοθεν ἀναχωροῦσιν. ἤρεσε δέ τισι καὶ κόμας ἔχειν τριχῶν ἕνεκεν δῆθεν πολιτείας, ἀπ' ἰδίου νοός, οὐ τοῦ Εὐαγγελίου προστάξαντος, οὐ τῶν Ἀποστόλων δεξαμένων· ὁ γὰρ ἅγιος Ἀπόστολος Παῦλος ἀπέκοψε τοῦτο τὸ σχῆμα. εἰσὶ δὲ πολιτεῖαι * ἄλλοι ἐξαίρετοι ἐν τῇ αὐτῇ Καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ φυλαττόμεναι· φημὶ δὲ τὸ ἀπέχεσθαι κρεῶν πάντων, τετραπόδων τε καὶ ὀρνέων καὶ ἰχθύων, ὠῶν τε καὶ τυροῦ· καὶ ἕτεραι διάφοροι πολιτεῖαι, ὅτι ἕκαστος κατὰ τὸν ἴδιον κάματον μισθὸν λήψεται· καὶ

* For. ἄλλαι.

animadversione insignis ac memorabilis locus hic Epiphanii habendus est, in quo agitur de orationibus & sacrificiis, quæ pro mortuis ab Ecclesia celebrantur. Fusius eadem de re idem Epiphanius agit & in Hæresi LXXV. num. VII. quæ hæresis est Aerii. Ἐξ ὀνόματος nominatim mortuorum mentionem fieri in sacris peragendis, quibus illis suffragentur, tradit Epiphanius tum in præsenti, tum memorato in loco Aerianæ Hæreseos, qua de ritu Deum exorandi pro mortuis confer, quæ Thomasius collegit Veterum documenta eximio in Breviculo veteris moris in Celebratione Missarum Edit. nostræ tom. VII, pag. I, & aliis inde sequentibus.

3. λυχνικοί τε ἅμα ψαλμοί. Lucernales Psalmi qui vespertino tempore recitabantur, quo lucernæ opus erat lumine. Unde & Vespertinum Officium *Lucernarium* veteres dixere. Vide quæ apud Thomasium nostrum ea de re non semel occurrant Operum illius volumine in secundo.

illis omnibus abstineant: alii quadrupedibus duntaxat, sed avibus ac ceteris vescuntur. Alii etiam ab avibus temperant; ova & pisces adhibent. Alii etiam ova repudiant. Sunt qui solos pisces retineant. Quibus nonnulli etiam abstinent: qui tamen caseum sibi permittunt. Alii vero caseo non utuntur. Præterea quidam a pane abstinent: quidam ab arborum fructibus & coctis omnibus. Plerique humi cubitant. Alii nudis pedibus ac sine calceamentis incedunt. Alii occultum cilicium ferunt; qui id laudabiliter virtutis scilicet aut pœnitentiæ causa ferunt; nam cilicium palam ac præ se ferre minus decorum videtur, quod instituere nonnulli. Neque plus decoris habet, ut diximus, quod nonnullis visum est, cum vinculis collo inditis incedere. Sed quamplurimi balneas nunquam vident. Nonnulli sæculo ita renuntiarunt, ut leviores quasdam artes ac minus negotiosas sibi ipsis excogitarent, ne ætatem in otio degerent, aut cibum cum cujusquam incommodo sumerent. Magna vero ex parte in decantandis Psalmis, ac continuis orationibus, & sanctarum Scripturarum lectionibus, iisdemque memoriter pronuntiandis seipsos exercent.

Psalmodia, oratio & lectio Scripturarum.

XXIV. Jam vero hospitalitatis & humanitatis & in omnes pauperes beneficentiæ fructus toti Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ communis omnibus est indictus. Eadem vero Ecclesia pro obsoleta illa in Christo circuncisione, Baptismum accepit: ac pro exiguo Sabbato, majoris Sabbati quietem admittit. Ab omnium hæreseon communione se segregat: fornicationem, adulterium, ac libidinem proscribit omnem. Item Idololatriam, homicidium, iniquitatem omnem, maleficas artes, veneficia, astronomiam, auguria, sortitiones. incantationes, amuleta, quæ phylacteria vocantur. Ad hæc, theatra & equestres ludos & venationes ac Musicos damnat, & maledicentiam omnem, detractionem, pugnam atque rixam, blasphemiam, injuriam, avaritiam & usuram. Negotiatores non admodum probat, sed in omnium infimo loco constituit. Oblationes ab his, qui injuria neminem affecerint, neque scelus aliquod perpetrarint, sed juste vitam instituant, admittit. Preces ad Deum assidue easdemque frequentissimas ac sedulas & cum genuflexione in constitutis diebus, noctu & interdiu fundere præcipit. Porro quibusdam in locis sacri conventus & Synaxes etiam Sabbatis indicuntur. Illud vero non ab omnibus,

οἱ μὲν ἀπέχονται πάντων τούτων, οἱ δὲ τετραπόδων μόνων, λαμβάνουσι δὲ ὀρνέων καὶ τὰ μετέπειτα. ἕτεροι δὲ καὶ ὀρνέων ἀπέχονται, λαμβάνουσι δὲ ᾠῶν καὶ ἰχθύων. ἕτεροι δὲ οὐδὲ ᾠῶν λαμβάνουσιν. ἄλλοι δὲ ἰχθύων ἀπέχονται, τυροῦ δὲ λαμβάνουσιν. ἕτεροι δὲ οὐδὲ τυροῦ λαμβάνουσιν. ἤδη δὲ καὶ ἄλλοι ἄρτου ἀπέχονται. ἕτεροι δὲ καὶ ἀκροδρύων καὶ ἑψημάτων. πολλοὶ δὲ καὶ χαμευνοῦσιν. ἄλλοι δὲ οὐδὲ ὑποδέννυνται. ἄλλοι δὲ σάκκον φοροῦσι κεκρυμμένον, οἱ καλῶς φοροῦντες δι' ἀρετὴν καὶ μετάνοιαν· ἀπρεπὲς γάρ ἐστιν ἐν προφανεῖ σάκκῳ προϊέναι, ὥς τινες οὕτω πράττουσιν, ἀπρεπὲς δὲ, ὡς ἔφημεν, καὶ τὸ κλοιοῖς προϊέναι, ὥς τισιν ἔδοξεν. οἱ πλείους δὲ βαλανείου ἀπέχονται. καὶ τινὲς ἀπεταξαντο τῷ βίῳ, τέχνας λεπτὰς καὶ ἀπράγμονας ἑαυτοῖς ἐπινοήσαντες, ἵνα μὴ ἀργὸν βίον διαπλῶσι, μηδὲ τὸν ἄρτον βεβαρημένον ἐσθίωσιν. ἐν ψαλμῳδίαις δὲ οἱ πλείους, καὶ εὐχαῖς διηνεκέσιν, ἀναγνώσεσί τε γραφῶν ἁγίων καὶ ἀποστηθισμοῖς ἀσχοῦνται.

Περὶ δὲ ξενοδοχίας καὶ φιλανθρωπίας ἐλεημοσύνης τε εἰς πάντας, πᾶσιν ὁ τῆς ἁγίας ταύτης Καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας καρπὸς κεκήρυκται. τὸ δὲ λουτρὸν ἔχει ἀντὶ τῆς παλαιωθείσης περιτομῆς ἐν Χριστῷ. διαναπαύεται ἐν τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ, ἀντὶ τοῦ μικροῦ σαββάτου. ἀπέχεται κοινωνίας ἁπάντων αἱρέσεων. ἀποκηρύττει πορνείαν, καὶ μοιχείαν, καὶ ἀσέλγειαν, καὶ εἰδωλολατρείαν, καὶ φόνον, καὶ πᾶσαν παρανομίαν, καὶ μαγείαν, καὶ φαρμακείαν, ἀστρονομίαν, κληδονισμοὺς, παλμῶν παρατηρήσεις, ἐπαοιδίας, περίαπτα, τὰ δὴ καλούμενα φυλακτήρια. ἀποκηρύττει θέατρα, καὶ ἱπποδρομίας, καὶ κυνήγια, μουσικούς τε, καὶ πᾶσαν κακολογίαν καὶ καταλαλιὰν, καὶ πᾶσαν μάχην, καὶ βλασφημίαν, ἀδικίαν τε, καὶ πλεονεξίαν, καὶ τοκοληψίαν. πραγματευτὰς οὐκ ἀποδέχεται, ἀλλὰ ὑποδεεστέρους πάντων ἡγεῖται. προσφορὰς λαμβάνει παρὰ τῶν οὐκ ἀδικούντων, οὐδὲ παρανομούντων, ἀλλὰ δικαίως βιούντων. εὐχὰς δὲ ἐνδελεχῶς προστάττεται μετὰ πάσης πυκνότητος καὶ ἐκτενείας, καὶ γονυκλισίας ἐν ταῖς τεταγμέναις ἡμέραις, νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀναπέμπειν Θεῷ. ἔν τισι δὲ τόποις καὶ ἐν τοῖς σάββασι συνάξεις ἐπιτελοῦσιν. οὐ πάντη

δέ,

nibus, ſed a præſtantioribus obſervatur, ut ne dejerent omnino, neque convicium cuiquam faciant, aut imprecentur, pro eo ac Salvator juſſit: adeoque quoad in ipſis ſitum eſt, nunquam omnino mentiantur. Plerique vero bona ſua vendunt, & in pauperes diſtribuunt.

XXV. Forma quidem ac nota Eccleſiæ Catholicæ eſt ejuſmodi cum ea fidei formula quam ſupra propoſuimus; & hæ leges ac decreta in ea celebrantur. Hæc eſt, inquam, Eccleſiæ forma ex Lege, Prophetis, Apoſtolis, & Euangeliſtis conflata: quæ exquiſiti cujuſdam antidoti inſtar eſt, ex multis unguentis ad eorum ſalutem qui uti voluerint, confecti de voluntate Patris & Filii ac Spiritus ſancti. Hæc eſt venerandæ Chriſti ſponſæ nota peculiaris ac deſcriptio. hæc illius dos, & hæreditatis teſtamentum. hæc cœleſtis ipſius ſponſi Jeſu Chriſti Domini voluntas. Per quem & cum quo Patri gloria honor & imperium cum ſancto Spiritu in ſæcula ſæculorum. Amen.

Omnes qui hic ſunt fratres plurimum vos ſalutant: ſed imprimis Anotalius, qui has contra octoginta hæreſes diſputationes notarum compendiis cum ingenti labore ac prolixa voluntate in ſchedis excipere atque emendare meruit: nec non & Hypatius venerabilis Diaconus, qui idem illud opus e ſchedis in quaternionibus deſcripſit. Pro quibus Deum obſecrare dignemini, reverendi ac chariſſimi fratres. Pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, gratia & veritas ſecundum ejus mandatum, cum omnibus vobis perpetuo ſit, honeſtiſſimi ac chariſſimi fratres. Amen.

δὲ, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ἀκρέμοσι φυλάσσεται τὸ μὴ ὀμνῦναι ὅλως μηδὲ λοιδορήσασθαι μηδὲ καταρᾶσθαι, ἐκ προστάγματος αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος, μήτε μὴν ψεύσασθαι ὅσον κατὰ τὸ δυνατόν. οἱ πλείους δὲ ἀπεμπράσκουσι τὰ ὑπάρχοντα, καὶ διδόασι πτωχοῖς.

Οὗτος ὁ χαρακτὴρ ταύτης τῆς ἁγίας μετὰ τῆς προδηλωθείσης πίστεως, καὶ οὗτοι οἱ θεσμοὶ ἐν αὐτῇ ἀναφέρονται. οὗτος γὰρ ἐστιν ὁ χαρακτὴρ τῆς Ἐκκλησίας, ἀπὸ νόμου καὶ Προφητῶν καὶ Ἀποστόλων καὶ Εὐαγγελιστῶν συνηγμένος· ὥσπερ ἐκ πολλῶν μυρίων ἀντίδοτος ἀγαθὴ τοῖς χρωμένοις εἰς σωτηρίαν κατεσκευασμένη ἐκ θελήματος Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. οὗτοι οἱ χαρακτῆρες τῆς σεμνῆς ταύτης νύμφης Χριστοῦ. αὕτη ἡ προὶξ καὶ διαθήκη κληρονομίας, καὶ βούλημα τοῦ αὐτῆς νυμφίου καὶ ἐπουρανίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, τιμή, κράτος, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς αἰῶνας αἰώνων. ἀμήν.

Πάντες οἱ παρ' ἡμῖν ἀδελφοὶ προσαγορεύουσιν ὑμῶν τὴν τιμιότητα, μάλιστα Ἀνατόλιος, ὁ διά τε σημείων καὶ σχεδαρίων τῶν κατὰ τῶν αἱρέσεων τύπων τῶν ὀγδοήκοντα φημί, μετὰ πολλοῦ καμάτου, καὶ προαιρέσεως καλλίστης γράψαι καὶ διορθώσασθαι καταξιωθείς· ἅμα τε καὶ Ὑπάτιος ὁ τιμιώτατος συνδιάκονος, ὁ τὴν μεταγραφὴν ἀπὸ τῶν σχεδαρίων ἐν πέρασι ποιησάμενος· ὑπὲρ ὧν καὶ εὔχεσθαι καταξιώσατε, τιμιώτατοι καὶ ποθεινότατοι ἀδελφοί, ὡς ἀληθῶς. ἡ εἰρήνη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια, κατὰ τὸ αὐτοῦ πρόσαγμα μετὰ πάντων ὑμῶν, φιλοκαλώτατοι, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί. ἀμήν.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ

SANCTI PATRIS NOSTRI

EPIPHANII

ANACEPHALÆOSIS

SANCTI PATRIS NOSTRI
EPIPHANII
ANACEPHALÆOSIS
SIVE EORUM QUÆ IN PANARIO DICTA SUNT, SUMMA COMPREHENSIO.

QUONIAM hæreſeon omnium nomina declaranda vobis hoc in libro ſuſcepimus, nec non execranda ac nefaria illarum flagitia tanquam præſentiſſima quædam venena patefacere volumus; atque his velut antidota quædam opponere, quæ vel iis qui morſu petiti ſunt remedio eſſe poſſint, vel eos quibus ne incidant periculum eſt præmuniant ac conſervent: Panarium ſive [1] Arculam medicam, ad eorum qui a ſerpentibus icti ſunt remedium, jure opus illud ac librum interpretabimur: qui in tres partes diviſus hæreſes octoginta complectitur, quæ ſerpentum ac reptilium ſimiles ſunt. Secundum quas veritatis firmamentum, & ſalutaris doctrina, fideique formula ſubjecta eſt, ac Chriſti ſponſa, ſancta videlicet Eccleſia declarata. Quæ cum jam tum ab orbe condito eſſe cœperit, poſtea tamen per Chriſti Domini incarnationem temporum ſucceſſione ante commemoratas omnes hæreſes vulgata atque patefacta, eademque a nobis in commentarios ex Chriſti prædicatione relata: ac rurſum poſt explicatam omnem iſtarum hæreſeon improbitatem, ex Apoſtolorum diſciplina accurate ac preſpicue brevi quodam eſt compendio ſubjecta; uti ea re illorum recreentur ac reficiantur animi, qui hunc hæreſeon percurrendarum laborem ſuſceperint. Porro vos omnes honeſtarum rerum ſtudioſi lectores rogatos volumus, ut & proëmium ipſum, & inſequentium hæreſeon expoſitionem, ac veritatis profeſſionem & doctrinam, ac ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ fidem a nobis expreſſam percurrere velitis.

Quæ quidem omnia hoc in opere comprehenſa tribus libris explicantur, primo & ſecundo ac tertio. Iidem porro libri in ſeptem Tomos diſtributi ſunt, quorum ſinguli certum hæreſeon ac ſchiſmatum numerum continent: quæ ſimul collecta

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΠΙΦΑΝΙΟΥ

ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ.

ΕΠΕΙΔΗΠΕΡ μέλλομεν ὑμῖν τά τε ὀνόματα τῶν αἱρέσεων δηλοῦν, τάς τε παρ' αὐτοῖς ἀθεμίτους πράξεις ἀνακαλύπτειν ὥσπερ ἰοὺς καὶ δηλητήρια ὄντα· σὺν αὐτοῖς δὲ ἅμα καὶ ἀντιδότους ἐφαρμόσαι, ἀλεξιτηρίους μὲν τῶν δεδηγμένων, προκαταληπτικοὺς δὲ τῶν μελλόντων εἰς τοῦτο ἐμπίπτειν· παναρεῖον (γάρ) τι, ἤγουν [1] κιβώτιον ἰατρικὸν τῶν θηριοδήκτων ἑρμηνεύσομεν, ὅτι περ ἐστί τι βιβλίον διὰ τριῶν συγγραφέν, ἔχον αἱρέσεις ὀγδοήκοντα· αἵ τινες εἰς θηρίων ἢ ἑρπετῶν αἰνίγματά εἰσι· μία δὲ μετὰ τὰς ὀγδοήκοντα ἡ τῆς ἀληθείας βάσις ἅμα καὶ διδασκαλία σωτήριος πραγματεία, καὶ Χριστοῦ νύμφη ἁγία Ἐκκλησία, οὖσα μὲν ἀπ' αἰῶνος, διὰ δὲ τῆς ἐνσάρκου Χριστοῦ παρουσίας κατὰ τὴν διαδοχὴν τοῦ χρόνου * μέρος τῶν προειρημένων αἱρέσεων ἀποκαλυφθεῖσα, καὶ ὑφ' ἡμῶν ἐν ὑπομνήμασι διὰ τοῦ κηρύγματος τοῦ Χριστοῦ ταχθεῖσα· καὶ πάλιν μετὰ πάσας τὰς τῶν αἱρέσεων τούτων μοχθηρίας, ὡς ἀναψυχὴν τῶν τὸν κάματον τῶν αἱρέσεων διὰ τῆς ἀναγνώσεως διελθόντων, ὑφ' ἡμῶν μετ' ἐπιτομῆς τοῦ λόγου κατὰ τὴν τῶν Ἀποστόλων διδασκαλίαν σαφῶς ἀπαγγελθεῖσαν. * παρακαλεῖτε δὲ πάντες οἱ * φιλοκάλοις ἐντυγχάνοντες, τῷ τε προοιμίῳ καὶ ταῖς μετέπειτα αἱρέσεσι, καὶ τῇ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ὁμολογίᾳ τε καὶ διδασκαλίᾳ τῆς ἀληθείας, καὶ πίστει τῆς ἁγίας Καθολικῆς Ἐκκλησίας.

* For. μετὰ

* For. παρακαλεῖσθε. * γρ. φιλοκάλως. sed locus parū sincerus.

Καὶ ἔστι τὰ ἐν τῇ πάσῃ πραγματείᾳ διὰ τῶν προειρημένων τριῶν βιβλίων, πρώτου καὶ δευτέρου καὶ τρίτου, ἅ τινα τρία βιβλία εἰς ἑπτὰ τόμους διείλομεν· ἐν δὲ ἑκάστῳ τόμῳ ἀριθμός τις αἱρέσεων καὶ σχισμάτων ἔγκειται· ὁμοῦ δὲ πᾶσαι εἰσιν ὀγδοήκοντα·

1. *κιβώτιον ἰατρικόν*. Adhibito similitudinis involucro, Panarii, cujus compendium & breviarium veluti quoddam est præsens ἀνακεφαλαίωσις, nobis illic aperit Epiphanius. Hisce similia videsis in ea Epistola ad Acarium & Paulum Presbyteros, quam Panario præmisisse Epiphanium constat. Ceterum de usurpatione vocis hæreseos in hisce Epiphanii scriptis; de hæresum partitione, ejusque vitiis; & de ejusdem Partitionis discrimine, quod occurrit inter Panarium, & Anacephalæosim, consulendus præ ceteris Petavius sub initium pulcherrimarum suarum ad Panarium animadversionum.

lecta LXXX conficiunt. Quorum appellationes hæ sunt ac [1] dogmata: Barbarismus, Scythismus, Hellenismus, Judaismus, Samaritismus. Ab iis deinceps reliquæ sectæ profluxerunt. Nam ante Christi Salvatoris adventum, e Barbara & Scythica ac Græca superstitione ac cæteris id genus istæ prodierunt: Pythagorici, Peripatetici, Platonici, Stoici, & Epicuræi. Tum Samaritana secta quæ ex Judaica pullulavit. ea porro quatuor in factiones abiit, Gorthenorum, Sebuæorum, Dositheorum, & Essenorum. Sequitur Judaismus, qui propriam ab Abraamo figuram ac notam accepit: deinde per Moysis legem collatatus, ab Juda Jacobi filio qui Israël appellatus est, per Davidem populi istius ex eadem illa tribu regem, Judaismi appellationem obtinuit. ab hoc septem hæ prodierunt hæreses, Scribarum, Pharisæorum, Sadducæorum, Hemerobaptistarum, Ossæorum, Nassaræorum, Herodianorum.

Secundum has sectas successione temporum Domini nostri Jesu Christi Incarnatio toti orbi salutaris illuxit, & cum hac Euangelii doctrina & cœlestis regni prædicatio. qui quidem unicus est fons salutis, & Catholicæ Apostolicæque Ecclesiæ vera fides. A qua insequentes omnes sectæ, quæ solum Christi nomen non fidem præferunt, amputatæ sunt & avulsæ. Quæ sunt, Simoniani, Menandriani, Saturniliani, Basilidiani, Nicolaitæ, Gnostici qui & Stratiotici & Phibionitæ, ab aliis vero Coddiani appellantur ac Borboriani, apud alios Socratitæ, apud quosdam Zacchæi: Carpocratitæ, Cerinthiani qui & Merinthiani, Nazoræi, Ebionæi, Valentini, Secundiani, quibus accedit Epiphanes & Isidorus: Ptolemæi, Marcosii, Colorbasii, Heracleonitæ, Ophitæ, Caiani, Sethiani, Archontici, Cerdoniani, Marciones, Lucianistæ, Apelleiani, Severiani, Tatiani, Encratitæ, Phrygastæ qui & Montanistæ & Tascodrugitæ, Pepuziani qui & Priscilliani ac Quintiliani. Quibus adiiciuntur, Artotyritæ, Tessarescædecatitæ qui Paschatis celebritati unam quotannis diem præfiniunt: Alogi qui Euangelium & Apocalypsin Joannis reiiciunt: Adamiani, Sampsæi qui & Helcesæi, Theodotiani, Melchisedeciani, Bardesianistæ, Noëtiani, Valesii, Cathari qui & Novatiani, Angelici, Apostolici qui & Apotactici, Sabelliani, Origenistæ

fœdi-

ὧν αἱ ὀνομασίαι καὶ αἱ [1] προφάσεις αὗται. Βαρβαρισμὸς, Σκυθισμὸς, Ἑλληνισμὸς, Ἰουδαϊσμὸς, Σαμαρειτισμός. ἐκ τούτων αἱ καθεξῆς, πρὸ μὲν τῆς ἐπιδημίας Χριστοῦ, ἀπὸ δὲ τοῦ Βαρβαρισμοῦ καὶ τῆς Σκυθικῆς δεισιδαιμονίας, καὶ τοῦ Ἑλληνισμοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν φύσασαι αὗται· Πυθαγόρειοι, εἴτουν Περιπατητικοὶ, Πλατωνικοὶ, Στωϊκοὶ, Ἐπικούρειοι. εἶτα ἡ Σαμαρειτικὴ οὖσα αἵρεσις ἡ ἐκ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ· καὶ ταύτης τέσσαρα ἔθνη, * Γοργοθηνοὶ, Σεβουαῖοι, Δοσίθεοι, Ἐσσηνοί. (* Scr. Γορθηνοί.) εἶτα ὁ αὐτὸς προειρημένος Ἰουδαϊσμὸς ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ τὸν χαρακτῆρα εἰληφὼς, καὶ διὰ τοῦ δοθέντος νόμου τῷ Μωϋσῇ πλατυνθεὶς, καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰούδα τοῦ υἱοῦ Ἰακὼβ τοῦ καὶ Ἰσραὴλ, διὰ Δαβὶδ τοῦ βασιλεύσαντος αὐτῶν ἐκ τῆς τούτου φυλῆς, τὸ ἐπώνυμον τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ κληρωθείς· καὶ ἀπ' αὐτοῦ τε νῦν τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ ἑπτὰ αἱρέσεις αὗται, Γραμματέων, Φαρισαίων, Σαδδουκαίων, Ἡμεροβαπτιστῶν, Ὀσσαίων, Νασαραίων, Ἡρωδιανῶν.

Ἐκ τούτων τῶν αἱρέσεων καὶ μετέπειτα κατὰ διαδοχὴν τῶν χρόνων ἐπεφάνη ἡ σωτήριος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἰκονομία ἤγουν ἡ ἔνσαρκος αὐτοῦ παρουσία, καὶ Εὐαγγελικὴ διδασκαλία τε καὶ κήρυγμα βασιλείας· ἥ τις μόνη ἐστὶ πηγὴ σωτηρίας, καὶ πίστις ἀληθείας τῆς Καθολικῆς καὶ Ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας. ἐκ δὲ ταύτης περιεκλάσθησάν τε καὶ ἐσχίσθησαν ὄνομα μόνον Χριστοῦ ἔχουσαι, ἀλλ' οὐχὶ τὴν πίστιν. εἰσὶ δὲ αὗται· Σιμωνιανοὶ, Μενανδριανοὶ, Σατορνιλιανοὶ, Βασιλειδιανοὶ, Νικολαῗται, Γνωστικοὶ οἱ καὶ Στρατιωτικοὶ, οἱ αὐτοὶ δὲ Φιβιωνῖται, παρὰ δέ τισι Κοδδιανοὶ καλούμενοι καὶ Βορβοριανοὶ, παρ' ἄλλοις δὲ Σωκρατῖται, παρ' ἑτέροις δὲ Ζακχαῖοι· Καρποκρατῖται, Κηρινθιανοὶ οἱ καὶ Μηρινθιανοὶ, Ναζωραῖοι, Ἐβιωναῖοι, Οὐαλεντῖνοι, Σεκουνδιανοὶ, οἷς συνάπτονται Ἐπιφάνιος καὶ Ἰσίδωρος· Πτολεμαῖοι, Μαρκώσιοι, Κολορβάσιοι, Ἡρακλεωνῖται, Ὀφῖται, Καϊανοὶ, Σηθιανοὶ, Ἀρχοντικοὶ, Κερδωνιανοὶ, Μαρκίωνες, Λουκιανισταὶ, Ἀπελληϊανοὶ, Σευηριανοὶ, Τατιανοὶ, Ἐγκρατῖται, * κατὰ Φρύγας τῶν καὶ Μοντανιστῶν καὶ Τασκοδρουγιτῶν· (* Leg. καταφρυγαστῶν.) Πεπουζιανοὶ οἱ καὶ Πρισκιλλιανοὶ καὶ Κυντιλιανοὶ, οἷς συνάπτονται Ἀρτοτυρῖται· Τεσσαρεσκαιδεκατῖται οἱ τὸ Πάσχα μίαν ἡμέραν τοῦ ἔτους ποιοῦντες· * ἄλλοι οἱ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν Ἰωάννου μὴ δεχόμενοι· (* Cor. Ἄλογοι.) Ἀδαμιανοὶ, Σαμψαῖοι οἱ καὶ * Ἐρκεσαῖοι, Θεοδοτιανοὶ, Μελχισεδεκιανοὶ, Βαρδησιανισταὶ, Νοητιανοὶ, Οὐαλήσιοι, Καθαροὶ οἱ καὶ Ναυάτοι, Ἀγγελικοὶ, Ἀποστολικοὶ οἱ καὶ Ἀποτακτικοὶ, Σαβελλιανοὶ, Ὠριγένειοι οἱ καὶ αἰσχροποι- (* Cor. Ἐλκεσαῖοι.)

1. αἱ προφάσεις, caussæ, occasiones, prætextus latine dici debent potius quam *dogmata*. Confer & num. 11. laudata mox S. Epiphanii Epistolæ ad Acacium & Paulum, quam Epistolam iisdem fere verbis expressam & hoc in loco Epiphanius idem nobis exhibuit.

fœditatis auctores, Origeniſtæ ab Origene qui etiam Adamantius appellatur: Pauli Samoſatenſis, Manichæi qui & Acoanitæ, Hieracitæ, Meletiani qui in Ægypto ſchiſma conflarunt: Ariani qui & Ariomanitæ, Audianorum ſecta, Photiniani, Marcelliani, Semiariani, Pneumatomachi qui in ſanctum Dei Spiritum contumelioſi ſunt, Aëriani, Aëtiani qui & Anomœi, quibus adjungitur Eunominus: Dimoëritæ qui perfectam Chriſti Incarnationem minime confitentur, qui & Apollinariſtæ nominantur. Tum qui Mariam ſemper virginem poſtquam Salvatorem genuit, cum Joſepho conſueviſſe dicunt, quos Antidicomarianitas appellamus. Item qui in nomen ejuſdem Mariæ collyridem offerunt, & Collyridiani vocantur. Maſſaliani, ad quos adjunguntur Martyriani, qui e Gentilium ſecta, & Euphemitæ, ac Satanici.

Nunc repetita narratione, & in ſingulos libros diſtributis hæreſibus, hoc in brevi compendio declarabo quotnam ex illis hæreſibus in priore libro, quot in ſecundo ac tertio contineantur: tum in reliquis omnibus cæterorum librorum tomis quot unicuique hæreſes attributæ ſunt. Harum itaque omnium ſeries eſt ejuſmodi. In primo libro tomi tres ſunt, hæreſes XLVI ſuis nominibus conceptæ, Barbariſmus videlicet, ac Scythiſmus, Helleniſmus, Judaiſmus, ac Samaritiſmus. In ſecundo libro tomi duo ſunt, hæreſes XXIII In tertio libro tomi duo, hæreſes XI. In prioris itaque libri tomo primo hæreſes XX ſunt, Barbariſmus, Scythiſmus, Græciſmus, Judaiſmus. Græcorum porro diſcrimina iſta ſunt: Pythagorei, ſive Peripatetici, Platonici, Stoici, Epicurei. Samaritica hæreſis quæ a Judaiſmo manavit: Samaritani quatuor in partes tribuuntur, Gorthenos, Sebuæos, Eſſenos, Doſitheos. Judæorum hæreſes ſeptem: Scribæ, Phariſæi, Sadducæi, Hemerobaptiſtæ, Oſſæi, Naſaræi, Herodiani. In ſecundo tomo libri primi hæreſes XIII ſunt: Simoniani, Menandriani, Saturniliani, Baſilidiani, Nicolaitæ, Gnoſtici qui & Stratiotici, ac Phibionitæ, ab aliis vero Secundiani, ab aliis Socratitæ, ab aliis Zacchæi dicuntur: Carpocratitæ, Cerinthiani qui & Merinthiani, Nazaræi, Ebionæi, Valentini, Secundiani, quibus accedunt Epiphanes & Iſidorus: Ptolemæi. In tertio autem tomo prioris libri hæreſes itidem XIII ſunt: Marcoſii, Colorbaſii, Heracleonitæ, Ophitæ, Caiani, Sethiani, Archontici, Cerdoniani,

σχοποιοί, Ὠριγένειοι οἱ καὶ τοῦ Ἀδαμαντίου· Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, Μανιχαῖοι οἱ καὶ Ἀκουανῖται, Ἱερακῖται, Μελιτιανοὶ οἱ κατ' Αἴγυπτον σχίσμα ὄντες, Ἀρειανοὶ οἱ καὶ Ἀρειομανῖται, Αὐδιανῶν τὸ σχίσμα, Φωτεινιανοί, Μαρκελλιανοί, Ἡμιάρειοι, Πνευματομάχοι οἱ τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ βλασφημοῦντες· Ἀεριανοί, Ἀετιανοὶ οἱ καὶ Ἀνόμοιοι, οἷς συνάπτεται * Ἀνόμοιος· Διμοιρῖται οἱ μὴ τελείαν τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν ὁμολογοῦντες, οἱ καὶ Ἀπολιναρῖται· οἱ καὶ τὴν ἁγίαν Μαρίαν τὴν ἀειπάρθενον λέγοντες * μετὰ τὸν Σωτῆρα γεγεννηκέναι τῷ Ἰωσὴφ συνῆφθαι, οὕς τινας ἐκαλέσαμεν Ἀντιδικομαριανίτας· καὶ οἱ εἰς ὄνομα τῆς αὐτῆς Μαρίας τὴν θεοτόκον κολλυρίδα προσφέροντες, οἳ καλοῦνται Κολλυριδιανοί· Μασσαλιανοί, οἷς συνάπτονται Μαρτυριανοί, οἱ ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων, καὶ Εὐφημῖται, καὶ * Σατιανοί.

Ἐπανιὼν δὲ αὖθις, καὶ διελὼν ταύτας κατὰ βιβλίον, ὑποδείξω ἐν ταύτῃ τῇ ἀνακεφαλαιώσει πόσαι τούτων τῶν ὀγδοήκοντα αἱρέσεων ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, καὶ καθεξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ ἕως τοῦ τρίτου· ἀλλὰ καὶ καθ' ἕκαστον τῶν ἑπτὰ τόμων τῶν ἐν τρισὶ βιβλίοις συντεταγμένων, πόσαι εἰσὶν ἐν * ἑαυτῷ χωρισθεῖσαι αἱρέσεις. καὶ ἔστιν οὕτως. ἐν μὲν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τόμοι τρεῖς, αἱρέσεις τεσσαράκοντα ἕξ, σὺν ταῖς ὀνομασίαις τούτων, φημὶ δέ, Βαρβαρισμὸν, καὶ Σκυθισμὸν, καὶ Ἑλληνισμὸν, καὶ Ἰουδαϊσμὸν, καὶ Σαμαρειτισμόν. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τόμοι δύο, αἱρέσεις εἴκοσι τρεῖς. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τόμοι δύο, αἱρέσεις ἕνδεκα. ἐν τῷ οὖν πρώτῳ βιβλίῳ πρώτῳ τόμῳ αἱρέσεις κ', αἵ εἰσιν αἵδε· Βαρβαρισμὸς, Σκυθισμὸς, Ἑλληνισμὸς, Ἰουδαϊσμός. Ἑλλήνων διαφοραὶ, Πυθαγόρειοι, ἤγουν οἱ Περιπατητικοὶ Πλατωνικοὶ, Στωϊκοί, Ἐπικούρειοι. Σαμαρειτικὴ αἵρεσις ἡ οὖσα ἐκ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ· Σαμαρειτῶν ἔθνη τέσσαρα οὕτως, * Γοζαινοί, Σεβουαῖοι, Ἐσσηνοί, Δοσίθεοι. Ἰουδαίων αἱρέσεις ζ' οὕτως, Γραμματεῖς, Φαρισαῖοι, Σαδδουκαῖοι, Ἡμεροβαπτισταὶ, Ὀσσαῖοι, Νασαραῖοι, Ἡρωδιανοί. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τόμῳ τοῦ πρώτου βιβλίου ὡσαύτως αἱρέσεις ιγ' οὕτως· Σιμωνιανοί, Μενανδριανοί, Σατορνιλιανοί, Βασιλιδιανοί, Νικολαῖται, Γνωστικοὶ οἱ καὶ Στρατιωτικοί, καὶ Φιβιωνῖται οἱ αὐτοί, παρὰ δέ τισι Σεκουνδιανοί, παρὰ δὲ ἄλλοις Σωκρατῖται, παρὰ δὲ ἑτέροις Ζακχαῖοι καλούμενοι· Καρποκρατιανοί, Κηρινθιανοὶ οἱ καὶ Μηρινθιανοί, Ναζαραῖοι, Ἐβιωναῖοι, Οὐαλεντῖνοι, Σεκουνδιανοί, οἷς συνάπτονται Ἐπιφάνιος καὶ Ἰσίδωρος· Πτολεμαῖοι. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τόμῳ τοῦ αὐτοῦ πρώτου βιβλίου αἱρέσεις ιγ'. οὕτως, Μαρκώσιοι, Κολορβάσιοι, Ἡρακλεωνῖται, Ὀφῖται, Καϊανοί, Σηθιανοί, Ἀρχοντικοί,

* Cor. Ἑτερούσιοι.
* Cor. μετά.
* Cor. Σατανιανοί.
* Cor. ἑκάστῳ.
* For. Γορθηνοί.

ni, Marciones, Lucianiſtæ, Apelliani, Severiani, Tatiani. Hæc eſt ſumma tomorum trium primi libri. Secundi vero libri tomi duo ſunt, cujus in priore tomo (qui quartus eſt ſi tomos deinceps ab initio numeres) Hæreſes XVIII continentur hoc modo: Encratitæ, Cataphryges qui & Montaniſtæ ac Taſcodrugitæ, Pepuziani qui & Quintiliani, quibus adjunguntur Artotyritæ, Teſſareſcædecatitæ qui Paſcha in eandem anni diem conjiciunt: Alogi qui & Euangelium & Apocalypſin Joannis repudiant: Adamiani, Sampſæi qui & Helceſæi, Theodotiani, Melchiſedeciani, Bardeſianiſtæ, Noëtiani, Valeſii, Cathari, Angelici, Apoſtolici qui etiam Apotactici, Sabelliani, Origeniſtæ fœditatis auctores, Origeniſtæ ab Origene Adamantio. In ſecundo autem tomo ejuſdem libri ſecundi (qui priore illa numerandi ratione quintus eſt) hæreſes quinque ſunt: Pauli Samoſatenſis, Manichæi qui & Acuanitæ, Hieracitæ, Meletiani qui in Ægypto ſchiſma fecerunt, Ariani. Atque hæc eſt tomorum libri ſecundi ſumma. Similiter & in tertio libro tomi duo ſunt. In primo tomo tertii libri (ſexto autem eo quem diximus ordine) hæreſes VII ſunt: Audiani, Photiniani, Marcelliani, Semiariani, Pneumatomachi qui Spiritui ſancto contumelioſe detrahunt, Aëriani, Aëtiani qui & Anomœi, hoc eſt, *Diſſimiles* appellantur. In ſecundo vero tomo ejuſdem tertii libri (ſeptimo autem ex diviſione illa, quam diximus) hæreſes quatuor ſunt: Dimœritæ, qui non prefectam Chriſti incarnationem confitentur, qui etiam Apollinaritæ nominantur: tum qui S. Mariam ſemper Virginem, poſtquam Salvatorem genuit, cum Joſepho conſueviſſe dicunt, quos Antidicomarianitas nominamus: & qui in nomen ejuſdem Mariæ collyridas offerunt, qui vocantur Collyridiani: Maſſaliani. Quibus adjuncta poſtremo eſt Catholicæ Fidei ac veritatis compendiaria defenſio, in qua ſancta Catholica & Apoſtolica Eccleſia conſiſtit.

Ejuſmodi eſt ſumma comprehenſio, ac totius operis adverſus octoginta hæreſes inſcriptio, cum unica ac ſingulari defenſione veritatis, hoc eſt, unius Eccleſiæ atque Catholicæ. Quod opus diſtributum in partes tres, tomos ſeptem complectitur. Nunc aliam deinceps tomi prioris libri ſummam ac compendium inſtituemus, quo quidem in libro viginti hæreſes continentur. Imprimis enim hæreſeon omnium matres ac primariæ appellationes a quibus cæteræ dimanarunt, ſunt ejuſmodi:

Bar-

κοὶ, Κερδωνιανοὶ, Μαρκίωνες, Απελλιανοὶ, Λυκιανισαὶ, Σευηριανοὶ, Τατιανοί· αὕτη ἡ ἀνακεφαλαίωσις τοῦ πρώτου βιβλίου τῶν τριῶν τόμων. τοῦ δὲ δευτέρου βιβλίου τόμοι δύο. καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ τοῦ δευτέρου βιβλίου, τετάρτῳ δὲ ὄντι κατὰ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἀριθμοῦ ἀκολουθίαν, αἱρέσεις ιη΄ οὕτως· Εγκρατῖται, κατὰ Φρύγας οἱ καὶ Μοντανισαὶ καὶ Τασκοδρουγῖται, Πεπουζιανοὶ καὶ Κυιντιλιανοί, οἷς συνάπτονται Αρτοτυρῖται· Τεσσαρεσκαιδεκατῖται οἱ τὸ Πάσχα μίαν ἡμέραν τοῦ ἔτους ποιοῦντες· Αλλοι οἱ τὸ ΕΥαγγέλιον καὶ τὴν Αποκάλυψιν Ιωάννου μὴ δεχόμενοι· Αδαμιανοί, Σαμψαῖοι, * Κερκεσαῖοι, Θεοδοτιανοὶ, Μελχισεδεκιανοὶ, Βαρδησιανισαὶ, Νοητιανοὶ, ΟΥαλήσιοι, Καθαροί, Αγγελικοὶ, Αποσολικοὶ οἱ καὶ Αποτακτῖται, Σαβελλιανοὶ, Ωριγένειοι αἰσχροποιοὶ, Ωριγένιοι οἱ τοῦ Αδάμαντος. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τόμῳ τοῦ αὐτοῦ δευτέρου βιβλίου, πέμπτῳ δὲ ὄντι κατὰ τὸν ἀριθμὸν τὸν προειρημένον, αἱρέσεις ε΄ οὕτως· Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, Μανιχαῖοι οἱ καὶ Ακουανῖται, Ιερακῖται, Μελητιανοὶ οἱ ἐν τῇ ΑΙγύπτῳ πεποιηκότες τὸ σχίσμα, Αρειανοί. αὕτη ἡ τοῦ δευτέρου βιβλίου τῶν τόμων ἀνακεφαλαίωσις. ὁμοίως καὶ ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ εἰσὶ τόμοι δύο· ἐν τῷ μὲν πρώτῳ τόμῳ τοῦ τρίτου βιβλίου, ἕκτῳ δὲ ὄντι κατὰ τὸν ἀριθμὸν, ὃν προείπομεν, αἱρέσεις ζ΄, οὕτως· ΑΥδιανοὶ, * Φωτιανοὶ, Μαρκελλιανοὶ, Ημιάρειοι, Πνευματομάχοι οἱ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον βλασφημοῦντες, Αεριανοὶ, Αέτιοι οἱ καὶ Ανόμοιοι. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τόμῳ τοῦ αὐτοῦ τρίτου βιβλίου, ἑβδόμῳ δὲ ὄντι καθ' ἣν εἴπομεν διαίρεσιν, αἱρέσεις τέσσαρες οὕτως· Διμοιραῖοι οἱ μὴ τελείαν τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν ὁμολογοῦντες, οἱ καὶ Απολιναρῖται· οἱ καὶ ἁγίαν Μαρίαν τὴν ἀειπάρθενον λέγοντες μετὰ τὸ τὸν Σωτῆρα γεγεννηκέναι, τῷ Ιωσὴφ συνῆφθαι, οὓς ἐκαλέσαμεν Αντιδικομαριανίτας· καὶ οἱ εἰς ὄνομα τῆς αὐτῆς Μαρίας κολλυρίδας προσφέροντες, οἵτινες καλοῦνται Κολλυριδιανοί· Μασσαλιανοί· καὶ ἡ περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ ἀληθείας ἀπολογία μετ' ἐπιτομῆς, ἥ τις ἐστιν ἡ ἁγία Καθολικὴ καὶ Αποσολικὴ Εκκλησία.

AΥτη ἡ ἀνακεφαλαίωσις καὶ ἐπιγραφὴ τῆς πάσης κατὰ τῶν ὀγδοήκοντα αἱρέσεων πραγματείας, καὶ μιᾶς τῆς ὑπὲρ ἀληθείας ἀπολογίας, τουτέστι τῆς μόνης Καθολικῆς Εκκλησίας, ἐν τρισὶ μὲν βιβλίοις ὑποκειμένη συντεταγμένως, ἑπτὰ δὲ τόμοις διαιρεθεῖσα. ποιησόμεθα δὲ πάλιν ἀνακεφαλαίωσιν ἑπτὰ τοῦ πρώτου τόμου τοῦ πρώτου βιβλίου τοῦ κατὰ τῶν εἴκοσιν αἱρέσεων ἐκλαμβάνοντες. πρῶτον μὲν γὰρ αἱ τῶν αἱρέσεων πασῶν μητέρες καὶ πρωτότυποι ὀνομασίαι ἐξ ὧν ἄλλαι ἔφυσαν, αὗται εἰσί·

* Cor. Ἐλκεσαῖοι.

* Cor. Φωτεινιανοί.

Barbariſmus, qui per ſeipſum ab Adamo ad decem generationes & Noëmi tempora perſeveravit. Qui Barbariſmus propterea dicitur, quod vetuſtiſſimi illi mortalium neque certum aliquem auctorem habeant, nec inter ſe conſentiebant; ſed unuſquiſque pro ſua voluntate vitam inſtituebat, ac pro lege ſuum quiſque nutum, atque arbitrium ſibi proponebat.

Scythiſmus [1] a Noëmi temporibus ad uſque Turris & Babylonis exædificationem, ac poſt Turrim paucis adhuc annis obtinuit, hoc eſt uſque ad Phalec & Rhagau, qui ad Europam tranſeuntes, in Scythiam ac nationes ejuſmodi penetrarunt ab Thare temporibus & ultra: a quo Thraces oriundi ſunt.

Helleniſmus cœpit a Seruchi temporibus. Unde Idolorum cultus initium habuit. Cumque tunc temporis falſa quiſque ſuperſtitione duceretur, deinceps civiliorem ad uſum & ad certas leges, ſimulachrorumque ritus homines ſeſe tranſtulerunt. Quorum ex præſcripto ſibi Deos finxerunt. Ac primum eos quos in honore quondam habuiſſent, ſive Tyrannos aut præſtigiatores, qui memorabile quiddam in vita fecerant, ac fortitudinis & roboris illuſtre ſpecimen ediderant, depingere coloribus & aſſimilare ſolebant. Poſtea vero ab Thare patris Abraami tempore ſimulachris ac ſtatuis eundem errorem idololatriæ propagarunt. Quippe majores ſuos ſimulachris honeſtantes, ac mortuos primum ex arte figlina ſtatuis effinxerunt; tum ad omnes artes imitandi pervenit induſtria: nam & architecti ſectis lapidibus, argentarii & aurifices nec non & fabri ſua quique materia, ac reliqui deinceps effigies moliti ſunt. Primi omnium Ægyptii, ac Babylonii, nec non & Phryges, ac Phœnices ſuperſtitioſi cultus & ſimulachrorum ac myſteriorum auctores extiterunt. A quibus pleraque ſunt ad Græcos tranſlata: jam tum ab ætate Cecropis & deinceps. Poſtea vero longo demum intervallo Saturnum, Rheam, Jovem, Apollinem, ac reliquos Deos celebrare cœperunt.

Græci nomen [2] ab Hellene viro quodam ſortiti ſunt, qui in Græcia degens ei regioni appellationem indidit. Sunt qui ab *elaa*,

1. Σκυθισμὸς ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Νῶε. Ordo hic & ſectarum progreſſio, non hoc ſolum in loco, ſed & alibi, in libro primo Panarii præſertim. Placet heic exſcribere Petavii de ordine illo ac progreſſione judicium, quod legimus inter illius animadverſiones in num. VIII. ad Præludium totius Operis. Ait ille: *Principio Barbariſmum ab orbis initio ad Diluvium decurriſſe putat* (Epiphanius) *Inde ad ortum Seruchi Scythiſmum. A Serucho deinceps Helleniſmus obtinuit.* Tum *Abraamitarum ab Abraamo Secta.* Exinde Ju-

Βαρβαρισμὸς, ἥ τις καθ' ἑαυτὴν ἐστι διαρκέσασα ἀφ' ἡμερῶν τοῦ Ἀδὰμ, ἐπὶ δέκα γενεαῖς * ἢ τοῦ Νῶε. βαρβαρισμὸς δὲ κέκληται ἀπὸ τοῦ μὴ τοὺς τότε ἀνθρώπους ἀρχηγόν τινα ἔχειν ἢ μίαν συμφωνίαν· ἀλλ' ὅτι πᾶς τις ἑαυτῷ ἐστοίχει, καὶ νόμος ἑαυτῷ κατὰ τὴν προτίμησιν τοῦ ἰδίου βουλήματος ἐγίνετο. * F. μέχρι τοῦ Νῶε.

Σκυθισμὸς [1] ἀπὸ τῶν ἡμερῶν Νῶε, καὶ μετέπειτα ἄχρι τῆς τοῦ πύργου οἰκοδομῆς καὶ Βαβυλῶνος, καὶ μετὰ τὸν τοῦ πύργου χρόνον ἐπ' ὀλίγοις ἔτεσι, τουτέστιν ἕως Φαλὲκ καὶ Ῥαγὰβ, οἵ τινες ἐπὶ τὸ τῆς Εὐρώπης κλίμα * ἀνανδεκότες, τῷ τῆς Σκυθίας μέρει καὶ τοῖς αὐτῶν ἔθνεσι προσεκλίθησαν, ἀπὸ τῆς τοῦ Θάῤῥα ἡλικίας καὶ ἐπέκεινα, ἐξ οὗ περ οἱ Θρᾶκες γεγόνασιν. * For. νενευκότες.

Ἑλληνισμὸς * πρὸ ἓξ χρόνων τοῦ Σεροὺχ ἀρξάμενος, διὰ τὸ τῆς εἰδωλολατρείας, καὶ ὡς ἐστοίχουν τὸ τηνικαῦτα ἕκαστος κατά τινα δεισιδαιμονίαν ἐπὶ τὸ μᾶλλον πολιτικώτερον, καὶ ἐπὶ ἔθη, καὶ θεσμοὺς εἰδώλων, μὲν τοί γε ἐναρξάμενα τάττεσθαι τὰ τῶν ἀνθρώπων γένη, οἷς τότε στοιχήσαντες ἐθεοποιοῦντο, διὰ μὲν χρωμάτων διαγράφοντες τὴν ἀρχὴν, καὶ ἀπεικονίζοντες τοὺς πάλαι παρ' αὐτοῖς τετιμημένους, ἢ τυράννους ἢ γόητας τί δράσαντας ἐν τῷ βίῳ μνήμης ἄξιον, δι' ἀλκῆς τε, ἢ σωμάτων ἐξουσίας. ἔπειτα δὲ ἀπὸ τῶν χρόνων τοῦ Θάῤῥα πατρὸς Ἀβραὰμ καὶ δι' ἀγαλμάτων αὐτῶν τὴν πλάνην εἰδωλολατρείας εἰσηγησάμενοι, τοὺς ἑαυτῶν προπάτορας δι' ἀπεικονισμάτων τετιμηκότες, καὶ πρὸ αὐτῶν τελευτηκότας τεχνησάμενοι ἐκ κεραμευτικῆς ἐπιστήμης τὸ πρῶτον, ἔπειτα δι' ἑκάστης τέχνης μιμησάμενοι, οἰκοδόμοι μὲν λίθον ξύσαντες, ἀργυροκόποι δὲ καὶ χρυσοχόοι διὰ τῆς ἰδίας ὕλης τεκτηνάμενοι, οὕτω καὶ τέκτονες καὶ οἱ καθεξῆς. Αἰγύπτιοι δὲ καὶ Βαβυλώνιοι, ἐμοῦ καὶ Φρύγες, καὶ Φοίνικες ταύτης τῆς θρησκείας πρῶτοι εἰσηγηταὶ γεγόνασιν, ἀγαλματοποιίας τε, καὶ * μιωπείων, ἀφ' ὧν τὰ πλεῖστα εἰς Ἕλληνας μετηνέχθη, ἀπὸ τῆς Κέκροπος ἡλικίας τε καὶ χρόνων καὶ καθεξῆς. μετέπειτα δὲ καὶ ὑστέρῳ πολὺ τοὺς περὶ Κρόνον καὶ Ῥέαν, Δία τε, καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ τοὺς καθεξῆς θεοὺς ἀναγορεύσαντες. * Leg. ἐκ χρόνων. * Reg. ἀμεττηρίων. * Cor. Μυστηρίων.

Ἕλληνες κέκληνται [2] ἀπὸ Ἕλληνος ἀνδρός τινος, τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι κατῳκηκότων, καὶ τὴν προσωνυμίαν τῇ χώρᾳ * παρελομένου. * Cor. παρεσχομένου.

Judaismus ab anno Patriarchæ xcix. Quæ partitio maxime ob Scythismum fautorem me non habet. Neque enim fando unquam est auditum, Noemi posteros ante turrim conditam Scythas appellatos, aut aliis denique, quam Scythiæ incolis, post nationum utique divortia, Scytharum vocabulum attributum. Hanc Epiphanii partitionem peperit arguta illa Pauli interpretatio ad Rom. 1. ubi Barbarorum, Scytharum, Græcorum, Judæorumque fit mentio. Sed quam alienus ab Epiphanii mente sit Apostoli locus ille, res ipsa loquitur. Hæc Petavius.

2. ἀπὸ Ἕλληνος Deucalionis filio, qui cIↃIↃLXX circiter annis vivebat ante Christum natum.

elæa, hoc eſt, oliva, quæ Athenis exorta eſt, nuncupatos eſſe velint. Hujus generis auctores ac conditores Jones fuerunt, ut ex accuratiore hiſtoria conſtat: qui ab Jone quodam appellati ſunt unius eorum filio, qui Turrim extruxerunt: quam ob cauſam Meropes appellati ſunt ab diviſione linguarum. Poſtea vero recentioribus temporibus Græca ſuperſtitio certas in hæreſes ac ſectas abiit: utputa Pythagoreorum, Stoicorum, Platonicorum, Epicureorum, &c. Eodem porro tempore propria forma ac nota veræ pietatis & religionis extitit una cum lege naturæ, quæ ab origine mundi ſeſe ab illis nationibus perpetuo ſegregavit, ad hanc uſque diem inter Barbaram, Scythicam, Græcamque ſuperſtitionem interjecta, donec cum Abraami pietate coaluit. Tum vero Judaiſmus ab Abraami temporibus propriam formam adeptus, ac per Moyſen ab Abraamo ſeptimum, ac Legem a Deo traditam amplificatus, & ab Juda quarto Jacobi filio qui & Iſraël nominatus eſt, per Davidem qui primus [1] e tribu Juda regnum aſſecutus eſt, perfectum Judaiſmi nomen obtinuit. Græcorum porro iſta ſunt diſcrimina.

Pythagorei [2], ſive Peripatetici monadem & providentiam aſſeruerunt: Diis ſacrificare, animatis veſci ac vino uti prohibuerunt. Iidem quæ ab Luna ſurſum patent, immortalia; quæ inferiora ſunt, mortalia dicebant. Animas e corporibus in alia corpora etiam animalium ac beſtiarum transfundi. Horum magiſter Pythagoras ſilentii rigidus obſervator Deum ſe nominavit.

Platonici Deum, & materiam ac formam conſtituerunt. Mundum genitum, ac corruptioni obnoxium. Animam ingenitam & immortalem ac Divinam arbitrati ſunt: hujus tres eſſe partes, unam ratione præditam, alteram qua iraſcimur, tertiam qua concupiſcimus. Communes omnibus mulieres eſſe voluit; nemo ut unam privatam haberet uxorem: ſed ut quilibet volentes [3] cum quibuslibet quas vellent, conjungerentur. Iidem animarum in varia corpora etiam beſtiarum, tranſitus affirmabant: Deos denique complures ab uno eſſe productos.

Stoici corpus Univerſum eſſe definiunt, & aſpectabilem hunc mundum Deum eſſe ſtatuunt. Nonnulli etiam ex igne naturam illorum conſtare defendunt. Deum quippe mentem eſſe pu-

μένου. ὡς δὲ ἕτεροί φασιν, ἀπὸ τῆς Ἐλαίας τῆς ἐν Ἀθήναις βλαστησάσης. Ἴωνες δὲ τούτων ἀρχηγοὶ γεγένηνται, ὡς ἔχει ἡ ἀκρίβεια ἀπὸ τοῦ Ἴωνός τινος υἱοῦ ἀνδρὸς ἑνὸς τῶν τὸν πύργον οἰκοδομησάντων· δι' ἣν αἰτίαν καὶ Μέροπες κέκληνται διὰ τὴν μεμερισμένην φωνήν. ὕστερον δὲ ὁ Ἑλληνισμὸς εἰς αἱρέσεις κατεστάθη κατωτέρω τῶν χρόνων, φημὶ δὲ Πυθαγορείων, καὶ Στωϊκῶν, καὶ Πλατωνικῶν, καὶ Ἐπικουρείων, καὶ λοιπῶν· θεοσεβείας δὲ ὁ χαρακτὴρ ὑπῆρχεν ἅμα, ὁ κατὰ φύσιν νόμος πολιτευόμενος, ἀπὸ τούτων τῶν ἐθνῶν ἑαυτὸν ἀφορίζων ἀπὸ τῆς κόσμου καταβολῆς, καὶ δεῦρο μέσος τυγχάνων Βαρβαρισμοῦ, καὶ Σκυθισμοῦ, καὶ Ἑλληνισμοῦ ἕως ὅτου συνήφθη τῇ τοῦ Ἀβραὰμ θεοσεβείᾳ. καὶ μετέπειτα Ἰουδαϊσμὸς ἀπὸ τῶν χρόνων Ἀβραὰμ τὸν χαρακτῆρα εἰληφώς, καὶ ἐν Μωϋσῇ ἑβδόμῳ ἀπὸ Ἀβραὰμ διὰ τοῦ δοθέντος νόμου ὑπὸ Θεοῦ πλατυνθείς· ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰούδα τετάρτου υἱοῦ Ἰακὼβ τοῦ καὶ Ἰσραὴλ, διὰ Δαβὶδ τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος ἀπὸ τῆς τοῦ αὐτοῦ Ἰούδα [1] φυλῆς τὸ τέλος κεκληρωμένος. Ἑλλήνων δὲ διαφοραὶ αἵδε.

Πυθαγόρειοι, [2] ἢ Περιπατητικοὶ, τὴν μονάδα καὶ τὴν πρόνοιαν, καὶ τὸ κωλύειν θύεσθαι θεοῖς δογματίζοντες, ἐμψύχων μὴ μεταλαμβάνειν, ἀπὸ οἴνου δὲ ἐγκρατεύεσθαι· διώριζον δὲ ἅμα ἀπὸ σελήνης καὶ ἄνω ἀθάνατα λέγοντες, τὰ δὲ ὑποκάτω θνητά. μεταγγισμοὺς δὲ ψυχῶν ἀπὸ σωμάτων εἰς σώματα ἄχρι ζώων καὶ κνωδάλων. σιωπᾶν δὲ ὁ τούτων διδάσκαλος Πυθαγόρας ἑαυτὸν Θεὸν ὠνόμασε.

Πλατωνικοὶ δὲ Θεὸν, καὶ ὕλην, καὶ εἶδος, καὶ τὸν κόσμον γεννητὸν καὶ φθαρτὸν ὑπάρχειν, τὴν δὲ ψυχὴν ἀγέννητον καὶ ἀθάνατον καὶ θείαν· εἶναι δὲ αὐτῆς τρία μέρη, λογικὸν, θυμικὸν, καὶ ἐπιθυμητικόν. τὰς δὲ γυναῖκας κοινὰς τοῖς πᾶσι γίνεσθαι, καὶ μηδένα μίαν ἔχειν γαμετὴν ἰδίαν, ἀλλ' αὐτοὺς θέλοντας [3] ταῖς βουλομέναις συνεῖναι. μεταγγισμὸν δὲ ὡσαύτως ψυχῶν εἰς σωμάτων διαφορὰς ἄχρι κνωδάλων. ὁμοίως δὲ καὶ Θεοὺς ἐκ τοῦ ἑνὸς πολλοὺς καὶ αὐτοὶ ἐδογμάτισαν.

Στωϊκοὶ, σῶμα τὸ πᾶν δογματίζοντες, καὶ τὸν αἰσθητὸν τοῦτον κόσμον Θεὸν νομίζοντες· τινὲς ἐκ τῆς τοῦ πυρὸς οὐσίας τὴν φύσιν αὐτοῦ ὁρίζουσι. καὶ τὸν μὲν Θεὸν νοῦν δογματίζουσι, καὶ ὡς ψυχὴν

παντὸς

1. Vocem Ἰούδα, quæ de eo loco exciderat, restituimus.

2. Πυθαγόρειοι, ἢ Περιπατητικοὶ. Non satis bene Pythagoreos cum Peripateticis confundit Epiphanius, qui neque ætate, neque doctrinis inter se consentiunt.

3. ταῖς βουλομέναις. Petavium in latina interpretatione deserit heic Thomasius; Epiphanii tamen sensa omnino non reddit latine; ni suspiceris librarii errore & oscitantia Thomasii verba esse viciata. Sensus ergo Epiphanii est, ut qui vellent, αὐτοὺς θέλοντας, non cum quibuslibet quæ vellent, conjungerentur; sed cum quibuslibet volentibus, assentientibus; cum illis, quæ vellent, ταῖς βουλομέναις.

putant, ac vastissimæ totius molis cœli & terræ veluti animam; cujus corpus, ut dixi, totum hoc sit Universum, oculi vero sydera. Omnium interire carnem, & animam a corpore transire in corpus sibi persuadent.

Epicurei atomos, & individua corpora similibus constantia partibus & infinita, rerum omnium principium esse docuerunt; & finem felicitatis in voluptate posuerunt. Deum ac providentiam ab rerum administratione sustulerunt.

Samaritismus & Samaritæ. Hujus ab Judaismo origo deducitur, quæ sectarum apud Græcos divortiis & earum decretis ac dogmatis antiquior est. Nam e sinu ipso Judaismi prodiit circa Nabuchodonosori & Judaicæ captivitatis tempora. Primi sectæ conditores ex Assyriis in Judæam transportati quinque duntaxat Moysis libros acceperunt, quos per sacerdotem qui vocabatur Esdras, Rex ab illos Babylone miserat. Omnia habent cum Judæis communia, si hoc unum excipias quod Gentes abominentur, neque quenquam contingere velint, quodque mortuorum resurrectionem, ac cæteras post Moysen Prophetias reiiciunt. Samaritanorum est factio divisa in partes quatuor. Primi sunt [1] Gortheni, qui festos dies aliis, quam Sebuæi, temporibus indicunt. Alii Sebuæi, qui ob eandem festorum dierum occasionem a Gorthenis dissentiunt. Tertii sunt Esseni, qui neutri parti repugnant, sed cum iis in quos inciderint, sine ullo discrimine festa peragunt. Postremi sunt Dosithei, qui iisdem quibus Samaritani, institutis utuntur: circumcisionem & Sabbatum ac cætera, itidemque Pentateuchum adhibent. Præcipue vero ac præ reliquis omnibus sibi ab animatis temperant, ac perpetuo fere jejunant. Sunt inter illos qui virginitatem colunt, alii continentiam. Resurrecturos esse mortuos credunt, quod a Samaritanorum dogmate abhorret.

Judæorum sectæ numero VII. ac primo Scribæ, Legis periti, & traditionum quas a senioribus acceperant & *Deuteroseis* vocabant, observatores fuere: ac ritus omnes superstitiosius cæteris ac diligentius tenuerunt, quos non e Lege didicerant, sed sibimetipsis tanquam justitiæ legis singulares cultus ac cærimonias indixerant.

Pharisæi, quos *Segregatos* interpretari possis, qui sanctissimam vitæ rationem professi, probitate cæteris antecellere vide-

παντὸς τοῦ ὄντος κύτους οὐρανοῦ καὶ γῆς, σῶμα δὲ αὐτοῦ τὸ πᾶν, ὡς ἔφην, καὶ ὀφθαλμοὺς τοὺς φωστῆρας. τὴν δὲ σάρκα πάντων ἀπόλλυσθαι, καὶ τὴν ψυχὴν πάντων μεταγγίζεσθαι ἀπὸ σώματος εἰς σῶμα.

Ἐπικούρειοι ἄτομα καὶ ἀμερῆ σώματα καὶ ὁμοιομερῆ τε καὶ ἄπειρα τὴν ἀρχὴν εἶναι τῶν πάντων ὑπεστήσαντο· καὶ τέλος * ἀδιάμονα τὴν ἡδονὴν ἐδογμάτισαν, καὶ μήτε Θεὸν μήτε πρόνοιαν τὰ πάντα διοικεῖν. * F. εὐδαι-μονίας.

Σαμαρειτισμὸς, καὶ οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ Σαμαρεῖται, ὅς ἐστιν ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ, πρὸ μὲν τοῦ καταστῆναι αἱρέσεις εἰς Ἕλληνας, καὶ πρὸ τοῦ συστῆναι αὐτῶν τὰ δόγματα, μετὰ δὲ τὸ εἶναι Ἑλλήνων τὴν θρησκείαν, καὶ * μέρος τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ τὴν πρόφασιν εἰληφὼς ἀπὸ τῶν * τὶ κσ·
χρόνων Ναβουχοδονόσορ καὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας. μέτοικοι δὲ ὄντες ἀπὸ Ἀσσυρίων εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ λαβόντες τὴν Πεντάτευχον μόνην Μωϋσέως, τοῦ βασιλέως αὐτοῖς ἀποστείλαντος ἀπὸ Βαβυλῶνος, διὰ ἱερέως Ἔσδρα καλουμένου· τὰ πάντα ἔχοντες ἴσα Ἰουδαίων, πλὴν τοῦ βδελύττεσθαι τὰ ἔθνη, καὶ μήτε προσψαύειν τινῶν, καὶ πλὴν τὸ ἀρνεῖσθαι νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὰς ἄλλας Προφητείας μετὰ * Μωϋσέως. Σαμαρειτῶν ἔθνη τέσσαρα, [1] Γοροθηνοὶ, οἱ ἄλλοις καιροῖς τὰς ἑορτὰς ἄγοντες παρὰ τοὺς Σεβουαίους. Σεβουαῖοι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν τῶν ἑορτῶν πρὸς τοὺς Γοροθηνοὺς διαφερόμενοι. Ἐσσηνοὶ, μηδ᾽ ὁποτέροις ἐναντιούμενοι, τοῖς δὲ παρατυγχάνουσιν ἑορτάζοντες ἀδιαφόρως. Δοσίθεοι τοῖς αὐτοῖς ἔθεσιν, οἷς καὶ Σαμαρεῖται ἐμπολιτευόμενοι, περιτομῇ τε καὶ Σαββάτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις χρώμενοι τῇ τε Πεντατεύχῳ, περισσότερόν τε τῶν ἄλλων φυλάττοντες τὸ ἀπέχεσθαι ἐμψύχων, ἐν νηστείαις συνεχέστατα βιοῦντες. ἔχουσι δὲ καὶ παρθενίαν τινὲς αὐτῶν, ἐγκρατεύονται δὲ ἄλλοι. πιστεύουσι δὲ νεκρῶν ἀνάστασιν, ὅπερ ξένον ἐστὶ Σαμαρείταις. * Cor. Μωϋ-σέως.

Ἰουδαίων αἱρέσεις ἑπτά· Γραμματεῖς, οἵτινες νομικοὶ μὲν ἦσαν, καὶ δευτερωταὶ παραδόσεων τῶν παρ᾽ αὐτοῖς πρεσβυτέρων, τῇ περιττοτέρᾳ ἐθελοθρησκείᾳ ἔθη φυλάττοντες, ἃ οὐ διὰ τοῦ νόμου μεμαθήκασιν, ἀλλ᾽ ἑαυτοῖς ἐτύπωσαν σεβάσματα δικαιότητος τῆς νομοθεσίας.

Φαρισαῖοι, ἑρμηνευόμενοι Ἀφωρισμένοι, οἱ τὸ ἀκρότατον βιοῦντες, καὶ δῆθεν τῶν ἄλλων δοκιμώτεροι. παρ᾽ οἷς καὶ νεκρῶν ἀνά-

1. Γοροθηνοὶ &c. Ea Epiphanii partitio, monente Petavio in Animadversione ad hanc Samaritanorum Sectam, & quidem bene, æquum magis ac benignum lectorem exigit, quam accuratum & severum. Confer quæ eodem in loco habet vir doctus.

videbantur. Mortuorum apud illos resurrectio ut & apud Scribas defenditur. Iidem Angelum ac Spiritum sanctum esse non negant. Vitæ eximium institutum præ se ferunt. Continentiam certum ad tempus, ac virginitatem quoque suscipiunt. Bis hebdomada quaque jejunare, urceos ac discos & pocula sæpius eluere, ut & Scribæ, soliti: ad hæc decimas & primitias offerre, assidue precari, certos cultus ac superstitiosa vestimentorum genera curiosius affectare, cujusmodi sunt dalmaticæ sive colobia, & latiora quædam phylacteria, hoc est, segmenta purpurea & fimbriæ, ac malogranata ad vestium oras appensa, quæ ipsorum temporariæ continentiæ signa præferebant. Iidem postremo geneses ac fatum introducebant.

Sadducæis ab exactissima justitia nomen est. Qui e Samaritanorum genere a sacerdote quodam Sadoc ortum habuerunt. Mortuorum resurrectionem damnant: Angelum ac spiritum funditus negant: cætera Judæorum similes.

Hemerobaptistæ nihil ab Judæis præterquam hoc uno discreparunt, quod neminem æternæ vitæ compotem esse posse dicerent, nisi quotidie se lavaret.

Osseni, quorum nomen Procacissimos significat. Qui ex præscripto Legis omnia faciebant; sed alias præterea Scripturas adhibebant: & ex posterioribus Prophetis plerosque reiiciebant.

Nassaræos, Contumaces interpretari possis, qui carnis usu prorsus interdicunt: ab animatis abstinent: Patriarchas omnes qui in Pentateucho ad Moysis & Jesu filii Nave tempora continentur, adsciscunt, & iis fidem adhibent: cujusmodi sunt Abraam & Isaac & Jacob, iisque superiores omnes, nec non & Moyses ipse cum Aarone atque Jesu. Cæterum Pentateuchi volumina Moysis esse non putant, & alia ab iis diversa penes se esse jactitant.

Herodiani cum Judæos in omnibus sese præstarent, Herodem Christum esse profitebantur, eique Christi dignitatem ac nomen affingebant.

Primus iste Tomus est qui hæreses xx continet: & in eodem de Incarnatione Christi ac veritatis professione quæ una & sola est Dei vera fides, postremo loco differitur.

Hactenus itaque xx illarum Hæreseon quæ Christum antecesserunt confutatio, ac fidei & Incarnationis Christi declarata ratio est.

Sed

ἀνάστασις ὡς καὶ παρὰ τοῖς Γραμματεῦσι, καὶ ἡ περὶ * Ἀγγέλου τοῦ Πνεύματος ἁγίου ὅτι ἐστί, συγκατάθεσις. πολιτεία διάφορος, ἐγκράτεια ἕως χρόνου, καὶ παρθενία, νηστεία τε διὰ τοῦ σαββάτου, ξεστῶν καθαρισμοὶ καὶ πινάκων καὶ ποτηρίων, ὡς καὶ οἱ Γραμματεῖς, ἀποδεκατώσεις τε, καὶ ἀπαρχαί, καὶ ἐνδελεχὴς εὐχή, καὶ σχήματα ἐθελοθρησκητικὰ τῆς ἐνδυμενείας διά τε τῆς ἀμπεχόνης, καὶ τῶν δαλματικῶν ἤγουν κολοβίων, καὶ τοῦ πλατυσμοῦ τῶν φυλακτηρίων, τουτέστι σημάτων τῆς πορφύρας, καὶ κρασπέδων, καὶ ῥοΐσκων ἐπὶ τὰ πτερύγια τῆς ἀμπεχόνης, ἅτινα ταῦτα ἐτύγχανε σημεῖα τῆς παρ' αὐτοῖς ἄχρι καιροῦ ἐγκρατείας· οἳ καὶ παρεισέφερον γένεσιν καὶ εἱμαρμένην.

* For. Ἀγ-γέλων, ἢ.

Σαδδουκαῖοι, οἱ ἑρμηνευόμενοι Δικαιότατοι, οἳ καὶ ἐκ γένους μὲν ἦσαν Σαμαρειτῶν ὁμοῦ δὲ καὶ ἱερέως Σαδούκ, νεκρῶν μὲν ἀνάστασιν ἀρνούμενοι, καὶ μὴ παραδεχόμενοι Ἄγγελον μηδὲ πνεῦμα, τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ὄντες Ἰουδαῖοι.

Ἡμεροβαπτισταί, οἱ μὲν κατὰ πάντα Ἰουδαῖοι ἦσαν, ἔφασκον δὲ μηδένα ζωῆς αἰωνίου τυγχάνειν, εἰ μή τι ἂν καθ' ἑκάστην βαπτίζοιτο.

Ὀσσηνοί, οἱ δὴ Ἰταμώτατοι ἑρμηνεύονται. ἦσαν δὲ οὗτοι κατὰ πάντα τὸν νόμον τελοῦντες, ἐχρῶντο δὲ καὶ γραφαῖς ἑτέραις μετὰ τὸν νόμον· τοὺς δὲ πλείους τῶν μετέπειτα Προφητῶν ἀπεβάλλοντο.

Νασαραῖοι, οἱ ἑρμηνευόμενοι Ἀφηνιασταί, οἳ πᾶσαν σαρκοφαγίαν ἀπαγορεύουσιν, ἐμψύχων δὲ οὐδ' ὅλως μεταλαμβάνουσιν. ἄχρι δὲ Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ τοῖς ἐν τῇ Πεντατεύχῳ ἁγίοις ὀνόμασι Πατριαρχῶν κεχρημένοι τε καὶ πιστεύοντες, φημὶ δὲ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ τῶν ἀνωτάτω, καὶ αὐτοῦ Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν καὶ Ἰησοῦ. τὰς δὲ τῆς Πεντατεύχου γραφὰς οὐκ εἶναι Μωϋσέως δογματίζουσιν, ἄλλας δὲ παρὰ ταύτας ἔχειν διαβεβαιοῦνται.

Ἡρωδιανοί, οἱ Ἰουδαῖοι μὲν ἦσαν κατὰ πάντα, Ἡρώδην δὲ Χριστὸν προσεδόκων, καὶ τούτῳ περὶ τοῦ Χριστοῦ ἐπεδίδουν γέρα καὶ ὄνομα.

Οὗτος πρῶτος τόμος περιέχων κατὰ πασῶν τῶν εἴκοσιν αἱρέσεων· ἐν αὐτῷ δὲ καὶ ἡ περὶ τῆς Χριστοῦ ἐνδημίας ὑπόθεσις, καὶ ἡ τῆς ἀληθείας ὁμολογία, ἡ μία καὶ μόνη οὖσα τοῦ Θεοῦ ἀληθὴς πίστις.

Καὶ ἕως μὲν ὧδε ἡ τῶν πρὸ Χριστοῦ εἴκοσιν αἱρέσεων ἀντιλογία, καὶ περὶ πίστεως, καὶ περὶ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Χριστοῦ παρουσίας.

Sed e vestigio Christi Jesu Domini nostri adventus in carne consecutus est: qui & VII illas Hæreses Hierosolymis offendit, & easdem sua vi dissipavit & extinxit. Quamobrem reliquæ omnes Hæreses adventu illo posteriores fuerunt: nimirum postquam Maria virgo Nazareti a Gabriele cœlestem nuncium accepit, ac Verbum illud conceptum est, quod cœlitus e Paterno sinu prodiit, ante tempus atque initium omne productum, & extremis temporibus venit Deus Verbum existens, a Deo Patre revera genitus, ejusdemque cum illo substantiæ, nec ulla re a Patre mutatus, sed vicissitudinis ac mutationis & affectionis omnis expers & citra ullam animi commotionem. Qui cum generis nostri misertus foret, descendit e cœlo, ac de Spiritu sancto non e virili semine conceptus, verum corpus e Maria suscepit, cum e sancto ejus utero carnem sibi finxisset, humanamque animam & mentem induisset; ac quicquid omnino homo est, præter peccatum, secum ac cum divinitate sua copulasset. Inde Bethleemi in lucem editus, atque circumcisus, Hierosolymis oblatus est; ibique a Symeone inter brachia susceptus, & ab Anna Phanuelis filia Prophetissa prædicatus, Nazaretum deportatus est. Tum anno sequenti se coram Deo repræsentavit: atque inde Bethleemum propter generis propinquitatem a matre delatus est. Sed rursum Nazaretum rediens, anno altero vertente Hierosolymam, gestante matre perductus est. Bethleemi porro cum ad ædes quasdam cum matre ac Josepho divertisset, qui jam [1] grandis natu cum Maria degebat, [2] secundo ab Nativitate anno * conventus, ac muneribus ornatus est. Eadem vero nocte cum Josephus per somnium ab Angelo esset admonitus, in Ægyptum transfertur. Unde rursus post biennium, mortuo jam Herode, ac succedente Archelao revertitur.

* a Magis.

Siquidem [3] anno Herodis XXXIII, Augusti XLII Bethleemi in Judæa Salvator nascitur. Tum Herodis XXXV in Ægyptum pro-

1. γέροντι ὄντι; Animadverte senem ab Epiphanio dici Josephum Virginis Mariæ Sponsum. Iisdem omnino verbis de illo loquitur & in Panario de Incarnatione Christi Domini agens num. t. In Hæresi LI. num. x. ipsum octogenarium facit.

2. τῷ δευτέρῳ ἔτει. Ea Epiphanii opinio est, biennio a sui nativitate Magos excepisse Christum Dominum; quam non solum heic insinuat, sed & in locis supra indicatis, quibus adde num. x. Hæres. LXXVIII. Illam fortasse concessit in opinionem, quod præconcepta Matthæi narratione de Herode, qui iratus mandavit necari infantes, qui biennium nondum excesserant, juxta tempus quod exquisierat a Magis; temporum rationea negligens, non satis adverterit, eam illo biennio non bene aptari posse tempus Nativitatis Jesu cum tempore

Εὐθὺς ἐπεδήμησε κατὰ πόδας ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος παρουσία, ἥ τις κατέλαβε (πρὸς) τὰς προειρημένας ἑπτὰ αἱρέσεις ἐν (δὲ) Ἱεροσολύμοις, ἔσβεσε δὲ ταύτας ἡ αὐτοῦ δύναμις καὶ διεσκέδασε. λοιπὸν δὲ ἀπὸ τῆς αὐτοῦ ἐπιδημίας, * μετὰ τὸ εὐαγγελισθῆναι Μαριὰμ ἐν Ναζαρὲτ, καὶ συλληφθῆναι τὸν Λόγον τὸν ὄντα ἀπ' οὐρανοῦ ἐκ κόλπων πατρῴων γεγεννημένον ἀχρόνως καὶ ἀνάρχως, ἐλθόντα δὲ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν Θεὸν Λόγον ὄντα, ἐκ Θεοῦ Πατρὸς ἀληθινῶς γεγεννημένον, ὁμοούσιον ὄντα τῷ Πατρὶ, καὶ οὐδὲν παρὰ τὸν Πατέρα ἠλλοιωμένον, ἀλλ' ἄτρεπτον ὄντα καὶ ἀναλλοίωτον ἀπαθῆ τε ὅλως, συμπάσχοντα δὲ τῷ ἡμετέρῳ γένει, καὶ ἐλθόντα ἀπ' οὐρανοῦ, ἐγκυμονηθέντα οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἀπὸ Πνεύματος ἁγίου, ἀληθινῶς σῶμα ἀπὸ Μαρίας εἰληχότα, ἀναπλάσαντα ἑαυτῷ τὴν σάρκα ἀπὸ τῆς μήτρας τῆς ἁγίας, ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην εἰληφότα καὶ νοῦν καὶ πᾶν εἴ τι ἐστὶν ἄνθρωπος, εἰς ἑαυτὸν τῇ ἑαυτοῦ θεότητι συνυφάσαντα, γεγεννημένον τε ἐν Βηθλεὲμ, περιτμηθέντα, προσενεχθέντα ἐν Ἱεροσολύμοις, ἐναγκαλισθέντα ὑπὸ Συμεὼν, ἀνθομολογηθέντα ὑπὸ Ἄννης τῆς τοῦ Φανουὴλ προφήτιδος, * λειφθέντα εἰς Ναζαρὲτ, ἐλθόντα τῷ ἑξῆς ἐνιαυτῷ ὀφθῆναι ἐνώπιον Κυρίου, γενόμενόν τε ἐν Βηθλεὲμ διὰ τὸ συγγένειαν ὑπὸ τῆς μητρὸς βασταζόμενον, αὖθις πάλιν εἰς Ναζαρὲτ ἀπαρθέντα, καὶ κατὰ δευτέραν περίοδον ἐνιαυτοῦ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἐληλυθότα βασταζόμενον ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρός· ἐν Βηθλεὲμ ἐν οἰκίᾳ κατελθόντα σὺν τῇ ἰδίᾳ μητρὶ, καὶ Ἰωσὴφ [1] γέροντι ὄντι, σὺν τῇ Μαριὰμ δὲ ὄντι· κἀκεῖσε [2] τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ γεννήσεως κατοπτευθέντα, δῶρα λαβόντα, καὶ ἐν αὐτῇ νυκτὶ ὑπὸ Ἀγγέλου τῷ Ἰωσὴφ χρηματίσαντος εἰς Αἴγυπτον παραληφθέντα· καὶ κατεληλυθότα ἐκεῖθεν πάλιν, διὰ δύο ἐτῶν ἀνεληλυθότα, τελευτήσαντος τοῦ Ἡρώδου, Ἀρχελάου δὲ διαδεξαμένου.

Eadē Lib. 2. Panarii leguntur.

* Supplenda ea Lib. 2. εἰ μετέπειτα πᾶσαι γεγόνασιν αἱρέσεις λέγω δέ. Mox συνεσλήφθη leg.

* Scr. ἀνατεχθέντα.

Τῷ γὰρ [3] τριακοστῷ ἔτει Ἡρώδου, τεσσαρακοστῷ δὲ δευτέρῳ Αὐγούστου τοῦ βασιλέως γεννᾶται ὁ Σωτὴρ ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας.

pore mortis Herodis; nec quæ ab Evangelistis dicuntur cum iis, quæ in Judæorum Antiquitatibus habet Josephus Hebræus. Matthæus laudato in loco biennium ut admittamus non exigit. Et quamquam in hujusmodi Chronologicis inquisitionibus certi nil habeamus, verosimilior tamen apparet altera opinio, quæ & apud viros doctos communior, qua dicimus non multis a Nativitate diebus Christum Bethleemi fuisse a Magis adoratum. Cui opinioni nec Matthæus repugnat, imo suffragari videtur initio illius secundi Capitis Magorum adventum illico subjungens narrationi Nativitatis, atque ajens. *Cum ergo natus esset Iesus in Bethlehem Juda, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam.*

3. τριακοστῷ τρίτῳ. Ita cum Cæsariensi Eusebio, tum in Chronicis, tum in quinto lib. 1. Hist. Eccl. capite, sentiebat Epiphanius. At accurata magis temporum ratio illa esse videtur, quæ Natalem diem Christi Domini statuit in anno XXXIV. Herodis post depulsum Antigonum regnantis, qui sane recidit in annum Imperii Augusti non XLII. sed XL ante

profectus est [1]. Eodem Herode mortuo, ab Ægypto rediit. Quare necesse est, XXXVII Herodis anno [2] quartum ætatis suæ puerulum egisse, cum Herodes, inquam, septem ac triginta confectis annis vivendi finem habuit. Post hunc Archelaus novem annis regnavit: quo regnum ineunte, Josephus ex Ægypto cum Maria ac puero digressus, ubi Archelaum regnare didicit, in partes Galilææ secessit, ac tum Nazarethi consedit. Cæterum Archelaus Herodem juniorem genuit; qui nono Archelai patris anno in regnum successit. Idemque annus a Nativitate Christi XIII numerandus est [3]. Octavodecimo anno Herodis Agrippæ, Jesus Christus promulgare Divinum verbum aggressus est: ac tum a Joanne Baptismum accipit; & annum illum acceptum in ea præconii functione consumit, nullo neque Judæorum, neque Gentilium, neque Samaritanorum, neque alterius generis repugnante. Secundo præconii cœlestis anno quamplurimos obtrectatores habuit; qui quidem Herodis ejusdem XIX, Christi XXXII extitit. Demum XX Tetrarchæ Herodis anno Christus Dominus ob humani generis salutem passus, atque eodem tempore nihil passus est; tum cum mortem degustans ad ipsum etiam crucis supplicium, passus est in veritate, cum interim nihil ipsa divinitate pateretur. *Christo enim* (ait Scriptura) *pro nobis in carne passo*. Rursumque, *Mortificatus carne, vivificatus autem spiritu*, & quæ sequuntur. In cruce suspenditur, sepelitur; ad inferos cum Divinitate sua & anima descendit: captivam ducit captivitatem; ac tertio die cum sanctissimo suo corpore ad vitam excitatur. Quod quidem corpus neque dissolvendum amplius, nec passurum, nec sub mortis dominatum postea cessurum, cum sua divinitate [4] conjunxit. Id quod Apostoli testimonio comprobatur: *Mors*, inquit, *non amplius ei dominabitur*.

Christi prædicatio.

1. Petr. 4. 1. Petr. 3.

Rom. 6.

Hoc igitur ipsum vere corpus, carnem ipsam, & animam ipsam, ipsa quibus constabat omnia, non aliud quicquam præter verum corpus, sed ipsummet illud vi cœlesti perfudit, & in unum idemque, in unam, inquam, divinitatem consociavit; ut carneum esset incoruptibile, corporeum spiritale, con-

ante Dionysianam vulgatam Æram v. Qua de re ob discrepantes inter se veterum sententias, ob difficultatem componendi inter sese tempora diversa, intricatissima & salebris undique obsita, innumeri propemodum scripsere, qui consuli possunt, & eos inter postremus profecto non est, nec insuper habendus, quem sæpe laudavimus, Petavius & in suis de doctrina temporum libris; & in iis quæ ad Epiphanii Hæresim 21. scripsit.

3. τῇ

κάτεισι δὲ εἰς Αἴγυπτον [1] τῷ τριακοστῷ πέμπτῳ Ἡρώδου· ἄνεισι δὲ ἀπ᾽ Αἰγύπτου μετὰ τὴν Ἡρώδου τελευτήν. δι᾽ ὧν ἐπὶ τριάκοντα ἑπτὰ ἔτεσι τῆς αὐτῆς τοῦ Ἡρώδου ἀρχῆς ἦν ὁ παῖς [2] τεσσάρων ἐτῶν, ὅτε Ἡρώδης τριακοστὸν ἕβδομον πληρώσας κατέστρεψε τὸν βίον. Ἀρχέλαος δὲ ἐννέα ἔτη βασιλεύει. * ὡς ἐξιὼν Ἰωσὴφ ἅμα τῇ Μαρίᾳ καὶ τῷ παιδίῳ, ἀκούσας τὸν Ἀρχέλαον βασιλεύειν, ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας, καὶ κατῴκησεν εἰς Ναζαρέθ. Ἀρχέλαος δὲ γεννᾷ τὸν Ἡρώδην τὸν νεώτερον, καὶ βασιλεύει Ἡρώδης τῷ ἐννάτῳ ἔτει τῆς τοῦ πατρὸς βασιλείας Ἀρχελάου κατὰ διαδοχήν. καὶ γίνονται λογιζόμενα [3] δεκατρία ἔτη τῇ ἐνσάρκῳ Χριστοῦ παρουσίᾳ. ὀκτωκαιδεκάτῳ δὲ ἔτει Ἡρώδου τοῦ ἐπικληθέντος Ἀγρίππα, ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς τοῦ κηρύγματος, καὶ τὸ βάπτισμα τὸ ἀπὸ Ἰωάννου τότε λαμβάνει, καὶ κηρύσσει ἐνιαυτὸν δεκτὸν, ὑπ᾽ οὐδενὸς ἀντιλεγόμενος, οὔτε ὑπὸ Ἰουδαίων, οὔτε ὑπὸ Ἑλλήνων, οὔτε ὑπὸ Σαμαρειτῶν, οὔτε ὑπὸ τινος ἑτέρου. ἔπειτα ἀντιλεγόμενος ἐκήρυξεν ἐνιαυτὸν δεκτόν· καὶ γίνονται ἐννεακαίδεκα ἔτη τοῦ αὐτοῦ Ἡρώδη, τοῦ δὲ Σωτῆρι τριακοστὸν δεύτερον. ἐν δὲ τῷ εἰκοστῷ ἔτει Ἡρώδου τοῦ Τετράρχου καλουμένου, γίνεται τὸ σωτήριον πάθος καὶ ἡ ἀπάθεια, γεῦσις τε θανάτου ἄχρι σταυροῦ, πάσχοντος ἐν ἀληθείᾳ, ἀπαθοῦς δὲ μένοντος ἐν θεότητι· Χριστοῦ γὰρ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκί, φησὶ ἡ θεία γραφή. καὶ πάλιν· θανατωθεὶς μὲν σαρκί, ζωοποιηθεὶς δὲ πνεύματι, καὶ τὰ ἑξῆς. σταυροῦται, θάπτεται, κατέρχεται εἰς τὰ καταχθόνια ἐν θεότητι καὶ ἐν ψυχῇ, αἰχμαλωτεύει τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ ἀνίσταται τριήμερος σὺν αὐτῷ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, [4] συνενώσας τὸ σῶμα τῇ θεότητι, μηκέτι λυόμενον, μηκέτι πάσχον, μηκέτι ὑπὸ τοῦ θανάτου κυριευόμενον, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος· θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει.

* Melius lib. I. οὗ ἐν ἀρχῇ τῆς Βασιλείας ἐξιών.

Αὐτὸ τὸ σῶμα ἀληθινῶς, αὐτὴν τὴν σάρκα, αὐτὴν τὴν ψυχήν, αὐτὰ τὰ πάντα, οὐκ ἄλλό τι παρὰ τὸ ὂν σῶμα, ἀλλ᾽ αὐτὸ ὂν ἐνδυναμώσας, καὶ ἑνώσας εἰς μίαν ἑνότητα καὶ εἰς μίαν θεότητα, τὸ σαρκικὸν ἄφθαρτον, τὸ σωματικὸν πνευματικὸν, τὸ παχυμε-

ρὲς

1. τοῦ τριακοστοῦ πέμπτου. Juxta Epiphanii opinionem, quam paulo superius minus verisimilem dicebam.

2. τεσσάρων ἐτῶν. Fortasse minus vere. Mortuus creditur Herodes anno a Christi Nativitate nondum adamussim expleto. Nec Herodes ab Antigoni morte XXXVII. regnavit annos.

3. δεκατρία ἔτη. Si probari contingat, quæ supra indicabam, ad eorum rationem & locus iste Epiphanii revocetur necesse est. Quod & præstandum videtur circa annos Baptismi, & Passionis Christi Domini. De quibus annis constat non minorem esse controversiam quam de tempore Nativitatis.

4. συνενώσας τὸ σῶμα τῇ θεότητι. Vide quæ de hac re diximus supra ad num. XVII. Expositionis Fidei pag. 301. & 302.

concretum tenue, mortale immortale, quod nulla omnino tabe dissolutum fuerat, anima apud inferos non relicta: cum nec corpus velut instrumentum aliqua ex parte in peccati obsequium fuisset impensum; nec mens ulla fuisset in deterius mutatione polluta. Sed cum sibi omnia quæ hominis propria sunt adscivisset, eadem integra servavit, quæ veræ illi quam sibi conciliaverat, naturæ ad rationi consentaneos usus Divinitas concesserat: usus nimirum illos, qui ut esse penitus possint, partim corporis egent, partim animi atque humanæ mentis adminiculo: cujusmodi sunt fames, sitis, fletus, tristitia, lacrymæ, somnus, labor ac requies. Hæc enim omnia nulla infuscata peccati specie, susceptæ reipsa naturæ hominis argumenta continent: cum qua vere consociata Divinitas humanum tamen patitur nihil, tametsi quæ rationi consentanea forent, admiserit, atque ab omni peccato, & in pejus ac vetitum mutatione procul abfuerit. Ad hæc excitatus a morte Christus occlusis januis ingressus est, uti quod hactenus crassum concretumque fuerat corpus, eadem cum carne ossibusque tenue ac subtile esse monstraret. Statim enim atque introgressus est, manus ac pedes & confossum latus cum ossibus ac nervis ostendit: adeo quæ tum videbantur, solida erant, nec specie tenus exstabant. Quibus rebus eorum omnium quæ fidei & spei nostræ proposita sunt, promissorum per sese veritatem confirmavit, perficiens omnia; neque ficta duntaxat imagine, sed reipsa cum suis convescens & habitans. Quin eosdem instituit, ac cœleste regnum cum veritate nunciare docuit: tum cum maximum illud longeque præcipuum arcanum Discipulis aperuit: *Docete*, inquit, *omnes Gentes*: hoc est, Ab improbitate illas ad veritatem, ab sectis variis ad eandem * divinitatem traducite *Baptizantes eas in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*; nimirum in dominica Trinitatis appellatione, quod ipsum sacrosanctum est ac regium signum; quo vel ipso nomine significaret, nihil esse ab unitate diversum. Cum enim baptizari homines jubet *in nomine Patris*, firma ac stabilis est gloriæ prædicatio. Quod vero additur *in nomine Filii*, nulla re hunc a Paterna dignitate deficere appellatio ipsa declarat. Postremo iis in verbis, *in nomine Spiritus sancti*, nulla est unitatis divisio, neque ab una Divinitate diversitas.

Christus post Resurrect. clausis januis ingreditur Joan. 20.

Matt. 28.

* *In Panario*, unitatem.

Deni-

ρὲς λεπτομερές, τὸ θνητὸν ἀθάνατον, μὴ ἑωρακὸς ὅλως διαφθοράν, μὴ καταληφθείσης τῆς ψυχῆς εἰς ᾅδην, μὴ μεριωθέντος τοῦ ὀργάνου εἰς ἁμαρτίαν, μὴ χρανθέντος τοῦ νοῦ εἰς τροπήν· ἀλλὰ τὰ ὅλα ἀνθρώπου λαβών, φυλάξας δὲ ὅλα (τὰ) τέλεια, ἐπιδεδωκυίας τῆς θεότητος τῇ ἀληθινῇ ἐνανθρωπήσει, * ταῖς χρείαις ταῖς εὐλογίαις κατὰ τὰς σωματικάς τε καὶ ψυχικάς, καὶ ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου κεκτημένας τὴν πληροφορίαν, τὰ τῇ πείνῃ καὶ δίψῃ, καὶ κλαυθμῷ τε καὶ ἀθυμίᾳ, δάκρυσί τε καὶ ὕπνῳ, καμάτῳ καὶ ἀναπαύσει. Ταῦτα γὰρ οὐχ ἁμαρτίας εἶδος ἀλλ' ἀνθρωπισμοῦ ἀληθεστάτου, ἀληθείᾳ τῆς θεότητος συνούσης, οὐ τὰ ἀνθρώπινα πασχούσης, ἀλλὰ τῆς θεότητος συνευδοκούσης εἰς τὰ ἄλογα, καὶ ἐκτὸς ἁμαρτίας καὶ τροπῆς ἀπηγορευμένης ὑπαρχούσης. ἀλλὰ καὶ ἀνέστη, καὶ θυρῶν κεκλεισμένων εἰσῆλθεν, ἵνα τὸ παχυμερὲς λεπτομερὲς ἀποδείξῃ, αὐτὸ τὸ ὂν σὺν σαρκὶ καὶ ὀστέοις. μετὰ γὰρ τὸ εἰσελθεῖν ἔδειξε χεῖρας καὶ πόδας καὶ πλευρὰν νενυγμένην, ὀστέα τε καὶ νεῦρα καὶ τὰ ἄλλα, ὡς μὴ εἶναι φαντασίαν τὸ ὁρώμενον· πίστεώς τε καὶ ἐλπίδος τῆς ἡμετέρας τὴν ὑπόσχεσιν ἐποιεῖτο δι' ἑαυτοῦ, τὰ ὅλα τελειώσας, καὶ συνεσθίων καὶ συναυλιζόμενος οὐ δοκήσει ἀλλ' ἀληθείᾳ· παιδεύων τε ἐδίδαξε βασιλείαν οὐρανῶν, κηρύσσων ἐν ἀληθείᾳ τὸ μέγα καὶ κορυφαιότατον σημαίνων τοῖς μαθηταῖς, καὶ λέγων· μαθητεύσατε τὰ ἔθνη, τουτέστι μεταβάλλετε τὰ ἔθνη ἀπὸ κακίας εἰς τὴν ἀλήθειαν, ἀπὸ αἱρέσεων εἰς μίαν * θεότητα· βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τὴν κυριακὴν ὀνομασίαν τῆς Τριάδος, ἁγίαν καὶ βασιλικὴν σφραγῖδα· ἵνα δείξῃ ἐκ τοῦ ὀνόματος μηδεμίαν ἀλλοίωσιν εἶναι τῆς μιᾶς ἑνότητος. ὅπου γὰρ οἱ βαπτιζόμενοι κελεύονται εἰς ὄνομα Πατρός, καὶ * ἀσφαλῶς ἡ δοξολογία· εἰς ὄνομα Υἱοῦ, οὐκ * ἀποδέοντος ἡ ἐπίκλησις· εἰς ὄνομα ἁγίου Πνεύματος, οὐ διῃρημένη ἡ ἕνωσις, οὐδὲ ἀπηλλοτριωμένη τῆς μιᾶς θεότητος.

* Rectius in lib. 1. εὐλόγοις χρείαις scripsit.

* L. 1. ἑνότητα leg.

* Ib. ἀσφαλὴς leg.

* γρ. ἀποδόντος.

Ανε-

Denique eodem cum corpore & anima menteque ad coelos evectus est, omnibus illis in unum conflatis, atque in eandem spiritalem personam concurrentibus, divinisque redditis, in Patris dextra consedit, præcones in universum orbem terræ misit, Simonem Petrum & Andream ejus fratrem, Jacobum & Joannem Zebedæi filios quos olim delegerat, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, & Judam ac Thaddæum, & Simonem Zeloten, & Judam Iscariotem, a quo ille traditus est. Item alios LXXII, e quibus VII illi fuere,[1] qui ad viduarum obsequium delecti sunt: Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas, & Nicolaus: & præter hos Matthias, qui loco Judæ inter XII. Apostolos cooptatus est. Accesserunt ad illos Marcus, Lucas, Justus, Barnabas, Apelles, Rufus, Niger, ac reliqui de LXXII. Post hos omnes & cum eis sanctissimum Paulum sua de cœlo voce missa Apostolum Gentium ac præconem, & Apostolici ministerij consummatorem instituit. Qui quidem Lucam unum e LXXII discipulis qui dispersi fuerant, invenit, eumque comitem & adjutorem Euangelii adhibuit. Hoc modo totum Euangelii negotium ad hoc usque temporis confectum est.

Atque hactenus de XX Sectis, deque eo, quod ordine consecutum est, & a me paucis explicatum, Euangelica scilicet luce, quæ a Christo Domino, ejusque Discipulis orbi terrarum illata fuit. Quibus a me dictis consentanea pleraque colligere licet, ac vaticinia & oracula ex Lege veteri vel Psalmis aliisque libris conquirere, & omnium seriem, ordinemque perscrutari; ex iisque Incarnationem Christi Domini perspicue comprobare non supposititiam, sed veram extitisse, atque in Lege veteri nunciatam, ut de eo nullus sit dubitandi locus relictus. Sed ne hujus operis tractatio in infinitum excrescat, his quæ dicta sunt erimus contenti.

Ac deinceps opiniones illas, quæ in hominum vitam postea pessimo colore ac specie prolatæ sunt, eadem serie pertexam.

HÆRESES TOMI II.
LIBRI I.

I. Hæc sunt quæ in secundo Tomo Libri primi continentur: in quo XIII Hæreses explicantur: quarum prima est Simonis Magi, qui statim post Christum prædicantibus adhuc Apostolis

Ἀεριανοί. οὗτος ὁ Ἀέριος ἀπὸ Πόντου ὥρματο, ἔτι δὲ δεῦρο περίεστι πειρασμὸς τῷ βίῳ. Πρεσβύτερος οὗτος τοῦ Ἐπισκόπου Εὐσταθίου, τοῦ ἐν Ἀρειανοῖς διαβληθέντος, καὶ τοῦ ἐπισκοπεῖν ἐκπεσόντος. ἐπειδὴ δὲ αὐτὸς Ἀέριος οὐ κατέστη Ἐπίσκοπος ἀντὶ Εὐσταθίου, πολλὰ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐδογμάτισε, τῇ μὲν πίστει ὢν Ἀρειανὸς πλειότατος, περιττότερον δὲ δογματίζει. μὴ δεῖν, φησὶ, προσφέρειν περὶ τῶν κεκοιμημένων, νηστεύειν δὲ τετράδα καὶ προσάββατον καὶ τεσσαρακοστὴν καὶ Πάσχα κωλύει. ἀποταξίαν δὲ κηρύσσει, σαρκοφαγίαις δὲ παντοίαις κέχρηται καὶ τρυφαῖς ἀδεῶς. εἰ δέ τις τῶν αὐτοῦ μαθητῶν βούλοιτο νηστεύειν, μὴ ἐν ἡμέραις τεταγμέναις, φησὶν, ἀλλ' ὅτε βούλει. φάσκει δὲ μηδὲν εἶναι διαφορώτερον Ἐπίσκοπον Πρεσβυτέρου.

Ἀετιανοί. οἱ ἀπὸ Ἀετίου τοῦ Κίλικος Διακόνου γενομένου ὑπὸ Γεωργίου τοῦ τῶν Ἀρειανῶν Ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας, οἱ καὶ Ἀνό-

μοιοι

eos omnes abreptos fuisse judicio unius Eusebii Cæsariensis, qui memorati superius Concilii Constantinopolitani mandato duos principio adversus Marcellum scripsit libros, ut ea impeteret quæ ille posuerat in Asterium Cappadocem. Deinde contra Marcellum eumdem vulgavit tres libros alios περὶ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Θεολογίας. Hisce porro in quinque libris ut Sabellianismo pollutus exagitatur infelix Marcellus. At multorum & quidem gravissimorum virorum opinione, injuria, vel quod falsis vulgi rumoribus adhæserit Eusebius, vel Arianorum fraudibus, & factionis studio fuerit deceptus; vel alia quavis, quæ nos lateat, causa a veritatis nitore abductus, eos quinque scripserit libros.

2. κτίσμα αὐτὸν φάσκοντες. Quæ de Semiarianis hoc in loco habet Epiphanius, omnibus certe, qui Semiariani habiti sunt, convenire non possunt. Quæ illorum fuerit sententia non aliunde melius dignosci potest, quam ex actis Ancyranæ Synodi anni CCCLVIII. Rejiciebant illi vocem ὁμοούσιον, utpote quæ in divinis non reperitur Scripturis; Filium Deo Patri per omnia, & ratione naturæ, κατ' οὐσίαν, similem dicebant, & ὁμοιούσιον.

3. οὗτοι περὶ μὲν Χριστοῦ &c. Omnino verum non est de Christo non male sensisse Pneumatomachos, sive Macedonianos, erant enim plerumque Semiariani. Consule Socratem Hist. Eccl. L. II. cap. XLV. & Sozomenum Lib. IV. cap. XXVII.

ſcopo Diaconus ordinatus eſt. Anomœos illos appellant, alii Eunomianos ab Eunomio quodam Aëtii diſcipulo, qui hoc tempore ſupereſt. Cum eis erat & Eudoxius Ariani dogmatis: ſed Conſtantii Imperatoris metu ab illis ſe ſegregavit, ac ſolus Aëtius relegatus eſt; quanquam in Ariano dogmate Eudoxius perſeveravit, ſed Aëtium minime ſecutus eſt. Porro Anomœi ſive Aëtiani Chriſtum & Spiritum ſanctum a Deo funditus alienum eſſe prædicant, quos creatos eſſe, neque quicquam habere ſimilitudinis aſſerunt. Quippe ſyllogiſmis quibuſdam Ariſtotelicis ac Geometricis Deum Patrem demonſtrare ſtudent; iiſdemque probare Chriſtum a Deo oriri non poſſe. Eunomiani vero ab ipſo profecti, omnes qui ad ſe veniunt, iterato baptizant, non Catholicos ſolum ſed vel Arianos ipſos, idque eo modo, ut pedibus ſurſum converſis in capite illos baptizent; quod de illis percrebuit. Fornicationem aut aliud quodlibet peccatum nihil eſſe dictitant: neque enim Deum aliud quærere, quam ut in ea ſola quam ipſi prædicant, fide perſeveretur.

Hæ ſunt Hæreſes Tomi I Libri tertii qui inſtituto ordine ſextus eſt.

HÆRESES TOMI II
LIBRI III.

Denique Libri III Tomus II, qui eſt Tomorum ordine VII, in quo totius operis finis eſt, Hæreſes continet IV.

I. Dimœritæ qui & Apollinariſtæ, qui perfectam Chriſti Incarnationem minime confitentur: quorum alii conſubſtantiale Divinitati eſſe corpus affirmant: alii vero defendere iſtud etiam auſi ſunt, Chriſtum nequaquam animam aſſumpſiſſe; idque negare inſtituerunt. Quidam his Euangelii verbis innixi, *Verbum caro factum eſt*: ex creata carne, hoc eſt Maria, carnem ab illo ſuſceptam eſſe negarunt: ſed ſolum Verbum carnem eſſe factum pertinaciter aſſeverarunt. Poſtea vero quam ob cauſſam neſcio, mentem illum non aſſumpſiſſe dixerunt.

II. Antidicomarianitæ beatam ſemperque virginem Mariam poſt editum Salvatorem cum Joſepho conſueviſſe putant.

III. Collyridiani, qui in ejuſdem Mariæ nomen ſtato anni die collyridas quaſdam offerunt; quibus conſentaneum ex ea re nomen indidimus, dum Collyridianos illos appellavimus.

IV. Maſſaliani, quos interpretari poſſumus, *Precantes*. His ad-

μιοι καλούμενοι, παρά τισιν Εὐνομιανοὶ δι' Εὐνόμιόν τινα μαθητὴν Ἀετίου γενόμενον, καὶ ἔτι περιόντα. σὺν αὐτοῖς δὲ ἦν καὶ Εὐδόξιος Ἀρειανίζων, ἀλλὰ δῆθεν διὰ τὸν πρὸς τὸν βασιλέα Κωνστάντιον φόβον. ἀφώρισεν ἑαυτὸν, καὶ μόνος Ἀέτιος ἐξωρίσθη. ἔμεινε μὲν πη ὁ Εὐδόξιος Ἀρειανίζων, οὐ μέν ποι γε κατὰ τὸν Ἀέτιον. οὗτοι οἱ Ἀνόμοιοι καὶ Ἀετιανοὶ παντάπασι Χριστὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἀπαλλοτριοῦσι Θεοῦ, κτιστὸν αὐτὸν διαβεβαιούμενοι, καὶ οὐδὲ ὁμοιότητά τινα ἔχειν λέγουσιν. ἐκ συλλογισμῶν τῶν Ἀριστοτελικῶν καὶ Γεωμετρικῶν τὸν Θεὸν Πατέρα παριστᾶν βούλονται, καὶ Χριστὸν μὴ δύνασθαι εἶναι ἐκ Θεοῦ διὰ τοιοῦτον τρόπον. οἱ δὲ ἀπ' αὐτοῦ Εὐνομιανοὶ καλούμενοι, ἀναβαπτίζουσι πάντας τοὺς πρὸς αὐτοὺς ἐρχομένους, οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ τοὺς Ἀρειανῶν. ἀναβαπτίζουσι δὲ κατὰ κεφαλῆς, ἄνω τοὺς πόδας στρέφοντες τῶν βαπτιζομένων, ὡς πολὺς φέρεται λόγος. τὸ δὲ σφαλῆναί τινα ἐν πορνείᾳ ἢ ἑτέρᾳ ἁμαρτίᾳ, οὐδὲν εἶναί φασιν· οὐδὲν γὰρ ζητεῖ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τὸ εἶναί τινα ἐν τῇ αὐτῶν πίστει μόνον λέγουσιν.

Αὗται εἰσὶν ὁμοίως καὶ αἱ τοῦ τρίτου βιβλίου τοῦ πρώτου τόμου, ἔχει δὲ ὄντος κατὰ τὴν ἀκολουθίαν, αἱρέσεις.

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τόμῳ τοῦ αὐτοῦ τρίτου βιβλίου, ἑβδόμῳ δὲ ὄντι κατὰ τὴν ἐπομένην διαίρεσιν, ἐν ᾧ καὶ τὸ τέλος πάσης ἐστὶ τῆς πραγματείας, αἱρέσεις εἰσὶ τέσσαρες, οὕτως·

Διμοιρῖται οἱ καὶ Ἀπολλιναρῖται, οἱ μὴ τελείαν τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν ὁμολογοῦντες· ὧν τινες ὁμοούσιον τῇ θεότητι τὸ σῶμα λέγουσιν. ἐτόλμησαν δέ ποτέ τινες ἐξ αὐτῶν καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ψυχὴν οὐκ εἴληφεν ὁ Χριστὸς, καὶ τοῦτο ἠρνοῦντο. τινὲς δὲ διὰ τὸ ῥητὸν τὸ, ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἐπερειδόμενοι, * τὸ ἀπὸ κτιστῆς σαρκὸς τουτέστι Μαρίας (τὸ) σάρκα αὐτὸν εἰληφέναι· * μόνον φιλονεικῶς ἔλεγον τὸν Λόγον σάρκα γεγενῆσθαι ὕστερον διανοούμενοι· οὐκ οἶδα δ' ὅτι νῦν αὐτὸν φασὶ μὴ εἰληφέναι.

* Supplenda vox ἀρνοῦντο. Leg. μόνον δὲ φιλ. Paulo etiam ante τὸ κατὰ σάρκα.

Ἀντιδικομαριανῖται, οἱ τὴν ἁγίαν Μαρίαν τὴν ἀειπάρθενον μετὰ τὸ τὸν Σωτῆρα γεγεννηκέναι τῷ Ἰωσὴφ συνῆφθαι λέγοντες.

Κολλυριδιανοί· οἱ εἰς ὄνομα τῆς αὐτῆς Μαρίας ἐν ἡμέρᾳ τοῦ ἔτους τινὶ ἀποτεταγμένῃ κολλυρίδας τινὰς προσφέροντες. οἷς ἐπεθέμεθα ὄνομα τῇ πράξει αὐτῶν ἀκόλουθον, Κολλυριδιανοὺς αὐτοὺς ὀνομάσαντες.

Μασσαλιανοὶ, οὕτως ἑρμηνευόμενοι οἱ εὐχόμενοι. συνάπτονται

δὲ

adjunguntur e Gentilium sectis, quos Euphemitas & Martyrianos & Satanianos nominant.

Summa hæc est tomi septimi, ac trium librorum finis, Colliguntur Hæreses LXXX. Sub finem tertii libri, septimique tomi, formula fidei quam Ecclesia Catholica profitetur, subjecta est, ac veritatis defensio, & Euangelii Christi prædicatio; ac denique Catholicæ Ecclesiæ forma, quæ cum ab æterno fuerit, successione temporum post incarnationem Christi evidentissime patefacta est.

Quam multa [1] vero ab humanis ingeniis colligi possunt de iis qui tanti ac tam excellentes habentur, & qui ad laudabilium *adolescentularum* genus adscribi debent *quarum non est numerus*! Nam aliæ commendandæ sunt, aliæ vituperatione dignæ. Nam nonnulli [2] reperiuntur, qui ex privato ingenio severam quandam vitæ disciplinam ac legem sibimetipsis condiderunt: ac prolixore coma palam & in omnium oculis procedunt. Alii vero sancti fratres in cilicio & cinere domi sese continent. Alii denique asperrimo vivendi instituto, ac durissimis jejuniis & laboribus Dei causa susceptis, juvenili quadam fortitudine, & perfecta erga Sponsum conscientia, omnibus numeris absolutam vitam exprimunt. Alii demum, quod paulo ante dixi, non sincere, sed obstinatione quadam animi, velut tyrannice, præter veritatem insolenter efferuntur. Ejusmodi [3] Zacchæus ille fuit, qui nuper in montana regione ad Hierosolyma mortuus est: qui cum nemine unquam precandi communione conjungi se passus est. imo vero ex eodem instituto Divina mysteria, cum laicus esset, attingere, ac sacrificia celebrare nefario ausu ac temerario est aggressus. Inventus est & alius, quicunque ille tandem fuit, excellenti quodam vitæ genere, qui in Ægypti solitudine in monasterio degebat: item alius ad Sinam montem habitans. Qui ambo nescio quibus somniis eo temeritatis adducti sunt, ut * suscepta ad Episcopi functionem manuum impositione, sedere, & Episcoporum munus obire non dubitarint. Alii & hi quidem non pauci, castrare semetipsos contra leges juvenili quadam ferocia ausi sunt. Alii, qui audaciores videntur, ex Catholicorum partibus, privata sibi factione conflata, præter Ecclesiæ consuetudinem, ac citra Universalis Concilii decretum, eos qui ab Arianis ad suas partes transeunt, iterum [4] baptizare nihil veren-

Varia instituta Monachorũ.

Zacchæus quidã impostor.

* *For.* non-

Contra eos qui hæreticos etiã Arianos denuo baptizant.

δὲ τούτοις καὶ τῶν ἀπὸ Ἑλλήνων ἐπιτετηδευμένων αἱρέσεων οἱ λεγόμενοι Εὐφημῖται καὶ Μαρτυριανοὶ καὶ Σατανιανοί.

Αὕτη καὶ ἡ τοῦ ἑβδόμου τόμου ἀνακεφαλαίωσις, καὶ τέλος τῶν τριῶν βιβλίων, ὁμοῦ δὲ πᾶσαι αἱ αἱρέσεις ὀγδοήκοντα. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τέλει τοῦ τρίτου βιβλίου, ἑβδόμῳ δὲ τόμῳ, ἐν ὑστέρῳ ἡ πίστις τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἀπολογία ὑπὲρ ἀληθείας, καὶ κήρυγμα τοῦ Εὐαγγελίου Χριστοῦ, καὶ χαρακτὴρ τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἀπ' αἰῶνος οὔσης, κατὰ δὲ διαδοχὴν χρόνων φανερώτατα ἐν τῇ Χριστοῦ ἐνσάρκῳ παρουσίᾳ ἀποκαλυφθείσης.

Καὶ πόσα [1] δυνήσεται ὁ νοῦς τῶν ἀνθρώπων συλλέγειν τῶν τοσούτων καὶ μεγάλων ὀνομαζομένων, καὶ ἐν ταῖς ἐπαινουμέναις ὅσαι εἰσὶ διαφοραὶ νεανίδων, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός; τῶν μὲν πρὸς ἔπαινον, ἄλλων δὲ μὴ ἐπαινουμένων· [2] τῶν δὲ ἀπ' ἰδίου νοὸς τὰ πρὸς πολιτείαν καὶ ἄσκησιν καὶ θεσμὸν ἑαυτοῖς συλλεγόντων, ἐν κώμαις τε προσέπτως προερχομένων. ἄλλων δὲ ἁγίων ἀδελφῶν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ οἴκαδε καθεζομένων· καὶ ἔτι ἄλλων ἐν πολιτείαις καὶ νηστείαις ὑπερβαλλούσαις καὶ καμάτῳ πρὸς Θεὸν, ἐν νεανιότητι τῇ πρὸς τὸν νυμφίον * τελείαν συνείδησιν· ἑτέρων δὲ, ὡς προεῖπον, οὐκ ὀρθῶς, ἀλλὰ κατά τινα πρόληψιν νοὸς, τυραννικῶς παρὰ τὴν ἀλήθειαν νεανιζομένων· [3] ὡς Ζακχαῖος μὲν πρὸ βραχέως τελευτήσας ἐν τῇ ὀρεινῇ τῇ περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ὃς οὐδενὶ ὅλως συνερχόμενος διετέλεσεν. ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν τολμηρῶς ἁγίων μυστηρίων ψαύειν, καὶ ἱερουργίαν λαϊκὸς ὢν ἀφειδῶς ἐπεχείρει· ἕτερος δέ τις, ὅστις ποτὲ ἦν ἀνὴρ ἐκεῖνος, καὶ τῶν δοκούντων ἐν ἀκρότητι βίου πεπολιτευμένος πρὸς τὴν Αἴγυπτον ἐπὶ τὰ ἐρημικὰ κατοικήσας ἐν Μοναστηρίῳ, καὶ ἄλλος πρὸς τῷ Σιναίῳ· οἳ ἀπὸ ὀνειράτων ἐνεανιεύσαντο, ἐπισκοπῆς * δεξάμενοι χειροθεσίαν, καθῆσθαί τε καὶ τὰ Ἐπισκόπων πράττειν καὶ αὐτοὶ ἐπεχείρουν. ἕτεροι δὲ οὐκ ὀλίγοι διανυχίζειν ἑαυτοὺς παρὰ τὰ προστεταγμένα δῆθεν νεανιεύματος χάριν ἐτόλμησαν. ἕτεροι δὲ δοκοῦντες νεανιεύεσθαι τολμῶσι παρὰ τοὺς * ὄντας, ὡς ἀπὸ ὀρθοδόξων ὁρμώμενοι, σύλλογον ἑαυτοῖς ἐπισπᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ ἄνευ ἐπικρίσεως συνόδου οἰκουμενικῆς [4] ἀναβαπτίζειν τοὺς ἐρχομένους πρὸς αὐτοὺς δῆθεν ἀπὸ Ἀρειανῶν· μηδέπω τοῦ πράγματος ἐξ ἐπι-

* γρ. τελείᾳ συνειδήσει πληροφορούμενοι.

* For. οὐ δεξάμ. χειροθες.

* F. κατόντας, pro ὄντας.

1. Καὶ πόσα δυνήσεται. Hæc & quæ sequuntur ad finem usque operis iisdem ferme exarata verbis invenies in Expositione Fidei a num. XIII. ad integrum usque numer. XVIII.

2. Confer cum istis quæ leguntur num. XIII. Expositionis fidei.

3. ὡς Ζακχαῖος. Vide quæ de isto Zacchæo adnotavimus ad memoratum nuper num. XIII.

4. ἀναβαπτίζειν &c. Et heic recolantur oportet quæ scripsimus ad simillimum locum num. XIII. laudati in Expositione fidei.

Concilium Universale. verentur; cum nondum ea res, ut dixi, Universalis Synodi judicio decisa sit: quod adhuc populi promiscue ad hodiernum usque tempus habeantur: inter quos multi quidem sunt Catholici; sed ficte ac per simulationem cum Sacerdotibus sunt conjuncti, donec execranda illa secta ab Ecclesiæ consortio segregetur, ut tunc aliquid de illa statuatur. Ex iis qui suapte auctoritate iterum hoc modo baptizant, audio quendam in Lycia Presbyterum esse. Sed & aliis in locis reperiuntur alii, qui singillatim ac separati preces obeunt, & reliquorum communionem omnem respuunt. Alii collaria sibi [1] præter Ecclesiæ leges innectunt. Quam ob causam disputationem omnem hac sententia conclusi: *Adolescentulas esse nullo numero comprehensas*: quæ privato consilio audacter insolenterque se gerunt; non ut boni aliquid consequantur, aut sapientiæ in sese genus aliquod expoliant, puta prudentiæ fortitudinis, temperantiæ, justitiæ. Quo ex numero tyrannico more quædam efferuntur, atque a veritate deflectunt, nullo ut numero contineri possint.

Fidei Catholicæ declaratio. Hæc autem *una illa columba*, sanctaque virgo Deum confitetur Patrem & Filium & Spiritum sanctum; Patrem perfectum, Filium perfectum, perfectum Spiritum sanctum, consubstantialem Trinitatem. Sed Filium vere a Patre genitum, & Spiritum sanctum a Patre Filioque non alienum: Trinitatem, inquam, quæ semper sit, neque ullam accessionem capiat, neque quicquam in sese inferius habeat; quæque ad singularem unitatem, unicumque Dei ac Patris principium referatur. Ab eadem Trinitate Patre & Filio & Spiritu sancto creata esse cuncta, quæ aliquando non exstabant, neque cum Deo erant, nec ante existebant; sed e nihilo aliquid esse cœperunt, a Patre & Filio & sancto Spiritu producta: & hunc ipsum Patrem & Filium & Spiritum sanctum Sanctis suis in visionibus apparere dignatum esse, quantum capere quisque poterat, secundum donum potentis divinitatis ipsius, quod unicuique eorum qui digni facti fuerant, impertiit. Ita Patris aspectus unicuique permissus est, quantum vocem illius audire ac prout *Esa. 52. 13.* capere poterat; ut cum per Isaiam ita loquitur: *Ecce intelliget Puer meus dilectus*. quæ Patris ipsius verba sunt. Sic Daniel: *Dan. 7. 9.* *Vidi Antiquum dierum*: quod visum Patris proprium fuit. *Ose. 12. 10.* Quinetiam apud alium Prophetam: *Ego*, inquit, *visiones multiplicavi, & in manibus Prophetarum assimilatus sum*. ea vox est

κρίσεως, ὡς ἔφην, συνόδου τμηθέντος, διὰ τὸ ἀναμὶξ τοὺς λαοὺς ὑπάρχειν ἔτι δεῦρο, καὶ πολλοὺς μὲν εἶναι ὀρθοδόξους, κατὰ δὲ ὑπόκρισιν πρὸς τοὺς ἱερατεύοντας συνημμένους, ἕως ἂν ἀφορισμὸς γένηται τῆς τοιαύτης βλασφήμου αἱρέσεως, καὶ τότε κατ' αὐτοὺς ὁρισθήσεται. ἐκ τούτων δὲ τῶν οὕτως ἀναβαπτιζόντων ἀπ' ἰδίου κελεύσματος, εἰς ἡμετέρας ἀκοὰς ἀφῖκται εἰς ὑπάρχειν ἐν τῇ τῶν Λυκίων χώρᾳ Πρεσβύτερος. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι, ὧν ἕκαστος καθ' ἑαυτὸν εὔχεται, καὶ οὐ μετά τινος τὸ παράπαν. ἕτεροι δὲ [1] ἐν κλοιοῖς παρὰ τὸν θεσμὸν τῆς Ἐκκλησίας. διόπερ ἐπὶ τέλει παντὸς τοῦ λόγου νεανίδας ἔφην, μὴ ἐχούσας ἀριθμὸν, τάς τε κατὰ τὴν ἰδίαν ἔννοιαν αὐταῖς νεανιζούσας, οὐ μὴν εἰς τὸ ἀγαθὸν, εἰς τὸ τελειοῦν τῆς σοφίας τὰ εἴδη, φρονήσεώς τε καὶ ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης· ἐξ ὧν ἄλλαι νεανίζονται ἐπὶ τὸ τυραννικώτερον, καὶ ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἑαυτὰς ἐκτρέπουσι, ὥστε μὴ εἶναι ἀριθμὸν τούτων.

Αὕτη δὲ ἡ μία περιστερὰ, καὶ ἁγία παρθένος Θεὸν ὁμολογεῖ, Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· Πατέρα τέλειον, Υἱὸν τέλειον, Πνεῦμα ἅγιον τέλειον· ὁμοούσιον τὴν Τριάδα· ἀλλὰ τὸν Υἱὸν ἐκ Πατρὸς ἀληθινῶς γεγεννημένον· καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα οὐκ ἀλλότριον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· οὖσαν δὲ ἀεὶ τὴν Τριάδα, καὶ μηδέποτε προσθήκην ἐπιδεχομένην· μὴ ἔχουσαν δέ τι ἐν αὐτῇ ὑποβεβηκὸς, εἰς μίαν δὲ ἑνότητα καὶ μίαν ἀρχὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἀναγομένην. καὶ ἐκ ταύτης τῆς Τριάδος Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος τὰ πάντα * ἐκτίσθαι, οὐκ ὄντα ποτὲ, οὔτε συνόντα τῷ Θεῷ, οὔτε προϋπάρξαντα, γινόμενα δὲ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. καὶ τοῦτον τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα τοῖς αὐτοῦ ἁγίοις καταξιώσαντα ἐν ὀπτασίαις φανῆναι, καθάπερ ἠδύνατο ἕκαστος χωρεῖν, κατὰ τὸ χάρισμα * τῆς αὐτοῦ δυνατῆς θεότητος, ὅπερ ἐχαρίζετο ἑκάστῳ τῶν καταξιουμένων· τῇ μὲν Πατέρα θεάσασθαι καθὼς ἠδύνατο, ἀκοῦσαι τῆς φωνῆς αὐτοῦ ὡς ἐχάριζε· ὡς ἐν στόματι τοῦ Ἡσαΐου ἔλεγεν. ἰδοὺ συνήσει ὁ παῖς μου ὁ ἀγαπητός· τοῦτο φωνὴ Πατρός. καὶ ὡς ὁ Δανιὴλ, εἶδεν τὸν Παλαιὸν τῶν ἡμερῶν τοῦτο ὀπτασία τοῦ Πατρός. ὡς δὲ ἐν τῷ Προφήτῃ πάλιν· ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ Προφητῶν ὡμοιώθην·

* γρ. κεκτίσθαι.

* γρ. χάρισμα αὐτοῦ διὰ τοῦ υἱοῦ.

1. ἐν κλοιοῖς &c. In Expositione Fidei citato num. XIII. locus iste latine redditur, *Alii collo vincula præter Ecclesiæ leges innectunt.*

Eze. 3. 12. & 22. est Filii propria. Apud Ezechielem vero: *Et assumpsit me* (inquit) *Spiritus Dei, & ejecit me in campum*. quod ad Spiritum sanctum pertinet. Ejusmodi alia proferri quam-plurima possunt; e quibus pauca quædam obiter proposuimus. Atque ut propriam Ecclesiæ formam ac notas ostenderemus, duo triave verba in medium attulimus ex infinitis locis, quæ illorum similia in Scripturis ac tam vetere quam novo Testamento leguntur. Illud vero insuper Ecclesia profitetur Dominum ipsum
Gen. 2. corpus Adamo fabricasse,, & *inspirasse illi spiritum vitæ*, cum viventem ei procrearet animam. Tum Moysi Legem tradidisse Deum ipsum Patrem & Filium & Spiritum sanctum, quæ est una Divinitas. Deinde ab eadem Divinitate Prophetas esse missos. Ad hæc nobis Deum esse illum qui Judæorum ac Christianorum est Deus; qui Judæos ad justitiam eos vocavit, qui Incarnationem ipsam Domini nostri Jesu Christi nequaquam abnegarent: quique omnes salvat, qui ex vetæ ipsius fidei præscripto vitam instituunt, neque veræ & Euangelicæ illius doctrinæ prædicatum ubique dogma respuunt. Venit enim, venit Unigenitus, itaque mater nostra Ecclesia profite-
Cant. 1. 14. tur. Quæ tranquillus pacis portus est: & suavitas quædam *cyprum* vitis redolens, *& botrum* nobis benedictionis proferens; nec non & præsentissimum illud abstergendo mœrori potum, merum scilicet ac verum Christi sanguinem quotidie largiens.

Ecclesia verũ Christi sanguinem ceu vitis quotidie largitur.

Præterea Christum e Maria semper Virgine revera natum esse credit, e Spiritu sancto non ex virili semine, sed ex ipsamet sacrosancta Virgine; ac reipsa corpus, non speciē duntaxat accepisse, carnem, inquam veram, corpus verum cum ossibus ac nervis, reliquisque quæ nobis insunt omnibus; nihil ut a nobis ipsis, præterquam excellenti quadam sanctitatis ac Divinitatis gloria discrepet, tum quod sanctitatis vas sit. Habet autem omnia perfectissime citra peccatum. Quare humana revera est anima præditus, humanaque mente in veritate: non quod mentem hypostasin esse dicamus, ut affirmant alii. Cæterum nulla peccati contagione fœdatus est: nunquam
1. Pet. 2. 22. os illius mentitum est: *neque labia dolum locuta sunt*: cor ad irritandum non declinavit: mens ad ea quæ nefas est, non deflexit: caro nihil eorum quæ ad carnis voluptatem pertinent, admisit. Deus ab æterno perfectus; qui non ut in homine habi-

θῶν· τοῦτο φωνὴ Υἱοῦ. ὡς δὲ ἐν Ἰεζεκιὴλ· καὶ ἔλαβέ με Πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἐξέβαλέ με εἰς τὸ πεδίον· τοῦτο περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. καὶ πολλά ἐστι τοιαῦτα λέγειν, ὧν ὀλίγων ἀπὸ μέρους ὑπομνησθέντες ἐν παρεκδρομῇ εἰς τὸ δεῖξαι τὸν χαρακτῆρα τῆς Ἐκκλησίας, τὰ δύο ῥήματα παρεθέμεθα, μυρίων ὄντων καὶ ἐπέκεινα τῶν ὁμοίων τύποις ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς παλαιᾶς τε καὶ καινῆς διαθήκης ἐμφερομένων. καὶ ὅτι αὐτὸς Κύριος ἔπλασε τὸ σῶμα τοῦ Ἀδὰμ, καὶ ἐνεφύσησεν ἐν αὐτῷ πνοὴν ζωῆς, κτίσας αὐτοῦ ψυχὴν ζῶσαν. καὶ ὅτι αὐτὸς δέδωκε τὸν νόμον τῷ Μωϋσῇ ὁ Θεὸς, Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, μία θεότης. καὶ ὅτι οἱ Προφῆται ὑπὸ τῆς αὐτῆς θειότητος ἀπεστάλησαν. καὶ ὅτι αὐτὸς ἡμῖν ὁ Θεὸς, ὁ Ἰουδαίων τε καὶ Χριστιανῶν ὢν Θεὸς, Ἰουδαίους τε καλέσας εἰς δικαιοσύνην τοὺς μὴ ἀρνουμένους τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ πάντας σώζων τοὺς κατὰ τὴν ἀληθινὴν αὐτοῦ πίστιν βιοῦντας, καὶ μὴ ἀρνουμένους τὴν ἀλήθειαν τοῦ κηρύγματος τῆς ἀληθείας καὶ Εὐαγγελικῆς αὐτοῦ διδασκαλίας. ἦλθε γὰρ, ἦλθεν ὁ Μονογενής· καὶ οὕτως ἔχει ἡ μήτηρ ἡμῶν Ἐκκλησία, ὁ λιμὴν ὁ εὔδιος τῆς εἰρήνης, ἡ εὐφρασία ἡ πνέουσα τὴν κύπρον τῆς ἀμπέλου, καὶ βότρυν φέρουσα ἡμῖν τῆς εὐλογίας, καὶ τὸ λυσίπονον ἡμῖν πόμα καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, αἷμα Χριστοῦ χαριζομένη ἄκρατον ἀληθές.

Ὅτι * ἀληθινὸς ἐγεννήθη Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀειπαρθένου διὰ Πνεύματος ἁγίου, οὐκ ἀπὸ σπέρματος ἀνδρὸς, ἀλλ᾽ ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ἁγίας παρθένου λαβὼν τὸ σῶμα ἐν ἀληθείᾳ, καὶ οὐκ ἐν δοκήσει, σάρκα ἀληθινῶς, σῶμα ἀληθινῶς, σὺν ὀστέοις καὶ νεύροις καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις, μηδὲν ἀφ᾽ ἡμῶν διηλλαγμένος, ἢ μόνον τὸ ἔνδοξον τῆς αὐτοῦ ἁγιότητος καὶ θεότητος, καὶ σκεύους ἁγιωσύνης, καὶ ἀναμαρτήτως τὰ πάντα τελείως ἔχων, καὶ ἐσχηκὼς ψυχὴν ἀνθρωπίνην ἐν ἀληθείᾳ, νοῦν τὸν ἀνθρώπινον ἐν ἀληθείᾳ· οὐχ ὡς ἡμῶν διαβεβαιουμένων τὸν νοῦν εἶναι ὑπόστασιν, καθὼς ἄλλοι λέγουσι. κατὰ πάντα γὰρ μὴ γραφθέντα ἐν ἁμαρτίᾳ, στόμα μὴ ψευσάμενον, χείλη μὴ λαλήσαντα δόλον, καρδίαν μὴ ἐκκλίνασαν εἰς ἐρεθισμὸν, νοῦν μὴ ἐκτραπέντα εἰς ἃ μὴ χρὴ, σάρκα μὴ τὴν σαρκὸς ἡδονὴν ἐργασαμένην· τέλειος ἄνωθεν Θεὸς, οὐκ ἐλθὼν

* γρ. ἀληθινῶς.

κατι-

Summa vitæ Christi. habitaret advenit: sed Verbum ipsum hominem induit, non natura mutatum, sed eam quæ hominis propria est, cum Divinitate complexum. In Virginis utero revera genitus, suoque tempore in utero portatus, ac per genitales meatus in lucem editus sine ulla turpitudine fœditate vel labe. Post hæc educatus, atque a Symeone & Anna in ulnis gestatus: a Maria portatus, iter postea pedibus confecit, peregrinatus est: ad pueritiam pervenit, ætate corroboratus est: humana in se omnia perfecte habuit, annorum nnmero census, mensium numero in prægnantis utero gestatus, *factus ex muliere, factus sub lege*. Deinde ad Jordanem profectus est, ibidemque a Joanne baptizatus, cum lotione nihil opus haberet: sed ut ea quæ susceptæ hominis naturæ consentanea sunt, servaret, justitiæ legem perturbare noluit: *ut impleretur* quemadmodum ipse dicit, *omnis justitia*: atque veram a se carnem, veramque hominis naturam susceptam esse monstraret. Igitur ad aquas descendit: ita tamen ut conferret aliquid potius, quam acciperet; largiretur magis, quam rei cujuspiam indigeret. Quippe easdem illas aquas sua luce collustravit,& ad eorum quæ in sese perficienda erant, adumbrandam imaginem, quandam vim illis impertiit: ut qui ipsi revera crederent, ac veritatis essent fide præditi, intelligerent non illum ficte humanam induisse naturam, neque ficte esse aquis intinctum: eademque & ipsi ratione per eam quam ille præ sese tulerat, accommodationem accedentes, inditam illius descensione vim in sese transferant, ejusdemque luce perfundantur: quo Propheticum impleatur oraculum: *Ad immutandam virtutem, conciliandamque salutem ex illa panis virtute, quæ ab Hierusalem accipitur, aquarumque vi*.

Gal. 4. 4.

Baptismus Christi.

Matth. 3. 15.

Hic enim in Christo panis virtus, ac vis aquæ corroboratur: ut non panis ipse sit nobis virtus, sed virtus a pane profecta: ac cibus quidem noster panis est, sed in ipso vitalis quædam virtus continetur. Neque id solum actum est ut nos aqua repurgaret; sed ut aquæ vi, per fidem & actionem & spem, ac mysteriorum initiationem & consecrationis appellationem, perfectam absolutamque salutem nobis ipsis conferret. Ergo Christus ascendit e Jordane: vocem Patris audiit, quam & discipuli qui aderant, audierunt: ut quis ille foret cui testimonium illud præberetur, agnoscerent. Tum etiam Spiritus sanctus columbæ specie delapsus est, quemadmodum in

Matth. 3.

κατοικῆσαι ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλ' αὐτὸς * ὅλος ἐνανθρωπήσας, οὐ τραπεὶς τὴν φύσιν, συμπεριειληφὼς δὲ ἅμα τῇ θεότητι τὴν ἰδίαν ἐνανθρώπησιν. ἐν μήτρᾳ παρθένου γεγονὼς ἐν ἀληθείᾳ, κυοφορηθεὶς τὸν χρόνον, γεννηθεὶς διὰ γεννητικῶν πόρων ἀνεπαισχύντως, ἀχράντως ἀμολύντως· ἀνατραφεὶς, καὶ ἐναγκαλισθεὶς ὑπό τε Συμεῶνος καὶ Αννης, βασταχθεὶς ὑπὸ Μαρίας, πιζδίσας, ἐδοιπορήσας, παιδίον γεγονὼς, ἀνδρωθεὶς τῇ ἡλικίᾳ, τὰ πάντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ ἐν τελειότητι, ἐν ἀριθμῷ ἐτῶν λογισθεὶς, ἐν ἀριθμῷ μηνῶν ἐν κοιλίᾳ κυοφορηθεὶς, γενόμενος ἐκ γυναικὸς, γενόμενος ὑπὸ νόμον. ἐλθὼν ἐπὶ τὸν Ιορδάνην, βαπτισθεὶς ὑπὸ Ιωάννου, οὐκ ἐπιδεόμενος λουτροῦ· διὰ δὲ τὸ ἀκόλουθον τῆς ἐν νόμῳ ἐνανθρωπήσεως μὴ παραλύων τὸ δίκαιον, ὅπως πληρωθῇ, ὡς αὐτὸς ἔφη, πᾶσα δικαιοσύνη, ἵνα δείξῃ ὅτι ἀληθινὴν σάρκα ἐνεδύσατο, ἀληθινὴν ἐνανθρώπησιν· κατερχόμενος εἰς τὰ ὕδατα, διδοὺς ἤπερ λαμβάνων, παρεχόμενος ἤπερ ἐπιδεόμενος, φωτίζων αὐτὰ, ἐνδυναμῶν αὐτὰ εἰς τύπον τῶν μελλόντων ἐν αὐτῷ τελειοῦσθαι· ὅπως οἱ αὐτῷ πεπιστευκότες ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἔχοντες τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας, μάθωσιν ὅτι ἀληθινῶς ἐνηνθρώπησεν, ἀληθινῶς ἐβαπτίσθη· καὶ οὕτως διὰ τῆς αὐτῷ συγκαταθέσεως καὶ αὐτοὶ ἐρχόμενοι, λάβωσι τῆς αὐτῷ καταβάσεως τὴν δύναμιν, καὶ φωτισθῶσιν ἀπὸ τῆς αὐτῷ φωταγωγίας· * πληροφορούμενοι τῷ ἐν τῷ Προφήτῃ ῥητῷ, εἰς μεταλλαγὴν δυνάμεως, εἰς παραχὴν σωτηρίας τῆς δυνάμεως τῷ ἄρτῳ ἀπὸ τῆς Ιερουσαλὴμ λαμβανομένης, καὶ τῆς ἰσχύος τῷ ὕδατος. * γρ. ὅλως * γρ. πληρούμενοι τοῦ

Ενταῦθα δὲ ἐν Χριστῷ ἰσχυροποιουμένων τῆς δυνάμεως τῷ ἄρτῳ, καὶ τῆς τῷ ὕδατος ἰσχύος· ἵνα οὐκ ἄρτος ἡμῖν γένηται δύναμις, ἀλλὰ δύναμις ἄρτῳ· καὶ βρῶσις μὲν ὁ ἄρτος, ἡ δὲ δύναμις ἐν αὐτῷ εἰς ζωογόνησιν. καὶ οὐχ ἵνα τὸ ὕδωρ ἡμᾶς καθαρίσῃ μόνον, ἀλλ' ἵνα ἐν τῇ ἰσχύϊ τῷ ὕδατος διὰ τῆς πίστεως καὶ ἐνεργείας, καὶ ἐλπίδος καὶ μυστηρίων τελειώσεως, καὶ ὀνομασίας τῆς ἁγιαστείας, γένηται ἡμῖν εἰς τελείωσιν σωτηρίας. ἀνελθὼν ἀπὸ τῷ Ιορδάνου, ἀκούων φωνὴν Πατρὸς εἰς ἀκοὴν παρόντων τῶν μαθητῶν εἰς τὸ ὑποδεῖξαι τίς ὁ μαρτυρούμενος, καὶ τῷ ἁγίου Πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς κατερχομένου, καθάπερ ἐν πολλαῖς αἱρέσεσιν εἰρήκαμεν·

ἵνα

in multarum hæreseon confutatione diximus. Ac ne Trinitas ipsa in unum redacta confusaque crederetur, Spiritus propria in persona figuram illam induit, & super illum resedit, seque in ipsum insinuavit: ut is cui testimonium illud suffragabatur, conspicuus esset; utque sacrosanctam illam carnem amicam esse & placere Deo, Patris ac Spiritus auctoritate constaret: ut Pater complaceat sibi in Filio, & Incarnationis illius præco esse videatur: ac denique verus ut appareret Filius, & illud

Baruch. 3. 38. Prophetæ vaticinium expleret: *Et post hæc in terra visus est, & cum hominibus conversatus est.* *Matth. 4.* Igitur a Jordane digressus, certo vereque a Diabolo in deserto tentatus est; & post jejunium esuriit; ut quod veræ carni susceptæ consentaneum est exprimeret. Secundum hæc discipulos elegit, veritatem prædicavit, ægritudines sanavit, dormiit, esuriit, iter fecit, prodigia patravit, mortuos excitavit, cæcis visum repræsentavit, claudis & paralyticis vires restituit: qui Euangelium, veritatem, Regnum cœlorum, suam ipsius & Patris & Spiritus sancti bonitatem humanitatemque prædicavit.

Quomodo humana natura passa sit nō Divinitas.

Idem ille porro revera passionem in sua carne & perfecta hominis natura sustinuit; vere in cruce passus est: ita quidem ut in eo Divinitas existeret; sed ad patiendum minime sese converteret, sed passionis expers & immutabilis maneret. Qua in re duo illa consentanea certissime intelliguntur: ut & Christus pro nobis carne sit passus, & passionis expers in Divinitate permaneat. Non quod hominis natura ac Divinitas separatæ a se invicem existant: sed tametsi una cum illa esset Divinitas, nihil ob sinceram & incomparabilem naturam est perpessa. At Christus & in carne passus est, & in carne morte est affectus: cum interim Divinitate ipsa viveret, ac mortuos excitaret; corpus vero revera sepultum, ac triduo anima carens & spiritu motuque jaceret, obvolutum sindone, in monimentum depositum, occlusum lapide, ac sigillis obsignatum. Neque vero [1] ipsa est conclusa Divinitas aut sepulta: sed

1. Cor. 15. 5? Psal. 106. 6. cum sanctissima ejus anima ad inferos descendit, indidemque captivas animas eripuit; *stimulum mortis infregit; claustra & adamantinos vectes perrupit.* Mortis dolores sua potestate dissolvit: tum una cum anima emersit ad superos. Quæ quidem

Psal. 15. 11. Act. 2. 27. *anima minime apud inferos relicta fuit, neque caro corruptionem vidit*; quam Divinitas quæ cum illa conjuncta semper erat, exci-

ἵνα μὴ συναλοιφὴ ἡ τριὰς νομισθῇ, σχηματιζομένου τοῦ Πνεύματος ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει· ἐπικαθεζομένου δὲ τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐρχομένου ἐπ' αὐτὸν, ἵνα ὀφθῇ ὁ μαρτυρούμενος· ἵνα σὰρξ ἡ ἁγία φίλη οὖσα καὶ εὐδοκουμένη, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος μαρτυρηθείη· ἵνα ὁ Πατὴρ εὐδοκητὴς ᾖ, καὶ κῆρυξ τῆς τοῦ Υἱοῦ ἐνσάρκου παρουσίας· ἵνα ὁ Υἱὸς ἀληθινὸς ὀφθῇ, καὶ πληρώσῃ τὸ εἰρημένον· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ μετὰ τῶν ἀνθρώπων συνανεστράφη· ἀνελθὼν ἀπὸ τοῦ Ἰορδάνου, σαφῶς καὶ ἀληθινῶς ἀπὸ τοῦ Διαβόλου πειρασθεὶς ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ πεινάσας ὕστερον διὰ τὴν ἀκολουθίαν καὶ ἀλήθειαν τῆς ἐνσάρκου παρουσίας· καὶ ἐπιλεξάμενος μαθητὰς, καὶ κηρύξας ἀλήθειαν, καὶ ἰασάμενος τὰ πάθη, καθευδήσας, πεινάσας, ὁδοιπορήσας, * θεοσημείας ἐργασάμενος, νεκροὺς ἐγείρας, τυφλοῖς τὸ βλέπειν παρασχὼν, χωλοὺς καὶ παραλυτικοὺς ἰσχυροποιήσας· ὃς ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον, τὴν ἀλήθειαν, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

* γρ. θεοῦ σημεῖα.

Ὁ ὑπὲρ ἡμῶν τὸ πάθος ὑπομείνας ἐν ἀληθείᾳ, ἐν τῇ σαρκὶ καὶ ἐν τῇ τελείᾳ ἐνανθρωπήσει, παθὼν ἐν ἀληθείᾳ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ συνούσης αὐτῷ τῆς θεότητος, ἀλλ' οὐ τραπείσης εἰς τὸ πάσχειν, οὔσης δὲ ἀπαθοῦς καὶ ἀτρέπτου· τῶν δύο ἀκολουθιῶν σαφῶς κατανοουμένων, Χριστοῦ πάσχοντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, ἀπαθοῦς δὲ μένοντος ἐν θεότητι· οὐ τοῦ ἀνθρώπου κατ' ἰδίαν ὄντος, * ἀλλὰ συνούσης τῆς θεότητος, μὴ πασχούσης δὲ διὰ τὸ ἀκραιφνὲς καὶ ἀσύγκριτον τῆς οὐσίας· πάσχοντος δὲ ἐν σαρκὶ, καὶ θανατουμένου ἐν σαρκὶ, ζῶντος δὲ ἀεὶ ἐν θεότητι, καὶ ἐγείροντος τοὺς νεκρούς· τοῦ σώματος ταφέντος ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἀψύχου μείναντος τὸ τριήμερον ἄπνου τε καὶ ἀκινήτου, ἐνειληθέντος δὲ διὰ τῆς σινδόνος, κατατεθέντος ἐν τῷ μνήματι, συγκλεισθέντος διὰ τοῦ λίθου καὶ σφραγῖδος τῶν ἐπιτεθέντων· [1] οὐχὶ τῆς θεότητος συγκλεισθείσης, οὐ τῆς θεότητος ταφείσης, συγκατελθούσης δὲ τῇ ψυχῇ τῇ ἁγίᾳ εἰς τὰ καταχθόνια, ἑλούσης ἐκεῖθεν τὴν τῶν ψυχῶν αἰχμαλωσίαν, κλασάσης κέντρον θανάτου, διαῤῥηξάσης τὰ κλεῖθρα καὶ τοὺς μοχλοὺς τοὺς ἀδαμαντίνους, καὶ λυσάσης ὠδῖνας * θανάτου ἐν ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ, ἀνελθούσης σὺν τῇ ψυχῇ, μὴ ἐαθείσης τῆς ψυχῆς εἰς ᾅδην, μηδὲ τῆς σαρκὸς ἑωρακυίας διαφθορὰν, ἀναστησάσης αὐτὴν τῆς θεότητος

* Adde καὶ τοῦ θεότητος κατ' ἰδίαν.

* γρ. ᾅδου.

[1] τὸ οὐχὶ τῆς θεότητος συγκλεισθείσης. Vide quæ de illa Epiphanii opinione diximus ad Fidei Expositionem num. XVII.

excitavit; tum cum Dominus ipse Deus ac Verbum, Deique Filius cum anima & corpore, totoque adeo instrumento surrexit: quod deinceps velut in spiritum conflatum, corpus, inquam, spiritale factum est, quod olim contrectari poterat, & Divinitate ipsa sponte permittente, flagris expositum fuerat, & Satanæ tentationibus appetitum, ac fami, somno, labori, tristitiæ ac mœrori obnoxium: illud ipsum sacrosanctum corpus deinceps cum Divinitate conjunctum fuit; quæ perpetuo cum illo dum ista pateretur, fuerat conjuncta. Surrexit enim, ipsumque corpus in unum secum spiritum, unamque singularitatem, ac gloriam Divinitatemque copulavit. Etenim revera post mortem apparuit, & a Thoma contrectatus est: & cum Apostolis manducavit & bibit, ac denique quadraginta dies, totidemque noctes cum illis [1] conversatus est. Ad hæc occlusis foribus ingressus, nervos & ossa, clavorumque ac lanceæ vestigia monstravit, & verum esse corpus edocuit. Quod autem in unam Divinitatem conjunctum nullam amplius passionem vel mortem exspectet, his verbis declarat Apostolus: *Surrexit Christus; non jam moritur; mors illi ultra* Rom. 6. 9. *non dominabitur*. Idem ergo quod pati poterat, passionis expers mansit, Divinitas scilicet cum corpore & anima ac tota Rom. 8. 1. humanitate conjuncta; Deus ipse per sese. Qui *ascendens in cœlum, ad dexteram Patris consedit in gloria*: non ut corpus deponeret, sed ut in unius perfectione Divinitatis in spiritale conflaret. Quemadmodum hæc ipsa corpora nostra, *quæ nunc* 1. Cor. 15. *animalia seminantur, spiritali quadam conditione resurgunt: quæ,* inquam, *cum corruptione feruntur, cum incorruptione surgunt: quæ in morte seminantur, cum immortalitate resurgunt*. Quod si ejusmodi corpora nostra futura sunt, quanto magis sanctissimum illud Christi corpus, quod nullis verbis explicari, neque cum ulla re comparari potest: illud, inquam, sincerissimum; ac Deo conjunctum, singulare deinceps & uniforme? 2. Cor 5. 16. Quod quidem Apostolus hac sententia testatur: *Et si novimus*, inquit, *secundum carnem Christum, non jam cognoscimus*; non quod carnem a Divinitate sejunxerit; sed quod existat illa quidem, ac cum Deo jungatur; verum non amplius secundum carnem, sed secundum spiritum sit, ut ipsemet asserit, *secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Domini nostri JESU CHRISTI*. Hunc igitur Ecclesia simul Deum esse profi-

ἀεὶ συνούσης αὐτῇ· ἀναστάντος σὺν αὐτῇ τοῦ Κυρίου Θεοῦ Λόγου καὶ Υἱοῦ Θεοῦ σὺν ψυχῇ καὶ σώματι καὶ παντὶ τῷ σκεύει, συνενωθέντος αὐτοῦ τοῦ σκεύους εἰς πνεῦμα, αὐτὸ τὸ σῶμα πνευματικὸν ὑπάρξαν, τὸ ποτὲ ἀπ' ἀρχῆς ὑποκείμενον, καὶ μάστιξι παραδοθὲν ἑκουσίῳ τῆς θεότητος θελήματι, καὶ πειρασθῆναι ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ συγχωρηθὲν, καὶ πεῖναν προσαπολαύειν, καὶ ὕπνῳ καὶ καμάτῳ, λύπῃ τε καὶ ἀδημονίᾳ. αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ ἅγιον συνενωθὲν λοιπὸν θεότητι, ἀπαραλείπτως τῆς θεότητος συνηνωμένης τῷ τὰ τοιαῦτα πεπονθότι ἁγίῳ σώματι. ἀνέστη γὰρ, καὶ συνήνωσεν αὐτὸ εἰς ἑαυτὸν, εἰς * πνεῦμα, εἰς μίαν ἑνότητα, εἰς μίαν δοξολογίαν, εἰς μίαν ἑαυτοῦ θεότητα. πέφηνε μὲν γὰρ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐψηλαφήθη ὑπὸ τοῦ Θωμᾶ, καὶ τοῖς Ἀποστόλοις * συνέφαγε, καὶ * συνηλίσθη [1] μετ' αὐτῶν τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας· ἀλλ' εἰσῆλθε θυρῶν κεκλεισμένων, καὶ μετὰ τὸ εἰσελθεῖν ἐδείκνυε νεῦρα καὶ ὀστᾶ, τύπον ἥλων καὶ τύπον λόγχης, ὅτι αὐτὸ ἦν ἀληθῶς τὸ σῶμα. ἔτι δὲ συνήφθη εἰς μίαν θεότητα, μηκέτι προσδοκῶν παθεῖν, μηκέτι ἀποθνήσκον, ὥς φησιν ὁ ἅγιος Ἀπόστολος· ἀνέστη * Κύριος, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. * Τὸ παθητὸν ἀπαθὲς ἀεὶ μένον, τὸ θεϊκὸν σὺν σώματι καὶ ψυχῇ καὶ πάσῃ τῇ ἐνανθρωπήσει· * αὐτὸς Θεὸς ὢν, ἀνελθὼν δὲ εἰς οὐρανοὺς, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐν δόξῃ, οὐκ ἀποθέμενος τὸ ἅγιον σῶμα, ἀλλὰ συνενώσας εἰς πνευματικὸν ἐν τελειότητι μιᾶς θεότητος· ὡς καὶ τὰ ἡμῶν σώματα μέλλει, τὰ νῦν σπειρόμενα ψυχικὰ, ἐγείρονται πνευματικά· τὰ νῦν σπειρόμενα ἐν φθορᾷ, ἐγείρονται ἐν ἀφθαρσίᾳ· τὰ νῦν σπειρόμενα ἐν θανάτῳ, ἐγείρονται ἐν ἀθανασίᾳ. εἰ τοίνυν τὰ ἡμέτερα οὕτως, πόσῳ γε μᾶλλον ἐκεῖνο τὸ ἅγιον καὶ ἀνεκδιήγητον, καὶ ἀσύγκριτον καὶ ἀκραιφνὲς τῷ Θεῷ συνηνωμένον, τὸ ἓν ὂν λοιπὸν μονοειδές; ὡς καὶ ἐν τύπῳ ἐπιμαρτυρεῖ ὁ Ἀπόστολος, λέγων· εἰ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. οὐχ ὅτι διεῖλε τὴν σάρκα ἀπὸ τῆς θεότητος, ἀλλὰ αὐτὴν * μένουσαν, καὶ Θεῷ συνηνωμένην, μηκέτι δὲ οὖσαν κατὰ σάρκα, ἀλλὰ * κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. τοῦτον * ὁμοῦ Θεὸν

* γρ. τὸ Πνεῦμα.

* Alia lectio addit, καὶ συνέπιε.
* Act. 1. sed ibi συναλιζόμενος legitur.

* γρ. Χριστός.
* Ita ex Panario correctum est.
* γρ. αὐτὸς ὢν.

* γρ. μὲν οὖσαν.
* γρ. κατὰ πνεῦμα, ὥς φησι, κατὰ πνευ.
* Lego ἄνθρωπον ὁμοῦ καὶ Θεόν.

 ἔχουσα

1. συνηλίσθη. Eumdem hunc locum vide citato mox in numero XVII. Expositionis Fidei.

profitetur, passionis expertem & passum, qui sepultus sit, resurrexerit, cum gloria coelum conscenderit, venturum indidem judicare vivos & mortuos, idque adeo vere, uti dictum
Luc. 1. 33. est: *Cujus regni non erit finis*.

Nam & hoc sancta ipsa mater Ecclesia, quod vere sibi prædicatum vereque mandatum est, credit: moriturum unumquemque nostrum, ac resurrecturum cum hoc ipso corpore, cum eadem anima, cum toto hoc instrumento, denique *ut*
2. Cor. 5. 10. *quilibet meritis suis consentanea præmia percipiat*. Nam quod
Resurrectio mortuorum. mortuorum futura resurrectio sit, atque æterna damnatio, coelesteque regnum, & justorum quies, ac fidelium hæreditas, communisque cum Angelis chorus iis constitutus qui fidem & castimoniam & spem ac Domini præcepta servarint, verissimum est; idque & prædicatum & certissime comprobatum
Jo. 5. 29. & creditum: *Quoniam hi resurgent in vitam æternam, & isti in judicium æternum*, ut in Euangelio scriptum est. Nam quæcunque vel Apostolus vel sacra omnis Scriptura testatur, vera sunt; licet infideles ac perperam intelligentes aliter existiment. Nobis vero ea demum fides est, is honor ac dignitas: hæc est nostra mater Ecclesia: quæ [1] per fidem servat, spe corroboratur & Christi charitate, nec non & ejusmodi professione, ac mysteriis, Baptismique vi ac purgatione perfici-
Matth. 28. 19. tur. *Euntes*, inquit, *baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti*: in nomine Divinæ Trinitatis, cujus appellatio diversum nihil continet. Si quidem unus ac singularis Deus & in Lege & Prophetis, in Euangeliis & [2] Apostolis, in vetere & novo Testamento prædicatus, nunciatus est ac creditur, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Neque vero confusum quiddam ipsa Divinitas est; sed perfecta revera Trinitas est: perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus sanctus; una Divinitas, unus Deus. cui gloria, honor & imperium nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.


ἔχουσα, ἀπαθῆ καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα καὶ ἀναστάντα, καὶ ἀνελθόντα ἐν δόξῃ, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ὥς φησιν ἡ ἀλήθεια, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος.

Καὶ γὰρ καὶ πιστεύει ἡ * ἡμῶν αὕτη ἡ ἁγία Ἐκκλησία, καὶ ὡς αὐτῇ ἀληθῶς κεκήρυκται, ἀληθῶς προστέτακται· ὅτι κοιμηθησόμεθα πάντες, καὶ ἀναστησόμεθα σὺν σώματι τούτῳ, σὺν ψυχῇ ταύτῃ, σὺν παντὶ τῷ ἡμετέρῳ σκεύει· ἵνα ἕκαστος ἀπολάβῃ πρὸς ἃ ἔπραξεν. ὅτι γὰρ ἀνάστασις νεκρῶν, καὶ κρίσις αἰώνιος, καὶ βασιλεία οὐρανῶν, καὶ ἀνάπαυσις τοῖς δικαίοις, καὶ κληρονομία πιστῶν, καὶ χορὸς μετ' Ἀγγέλων, τῶν τετηρηκότων τὴν πίστιν καὶ τὴν ἁγνείαν καὶ τὴν ἐλπίδα καὶ τὰς τοῦ Κυρίου ἐντολὰς, ἀληθῶς ἐστι, καὶ κεκήρυκται καὶ ἠσφάλισται, καὶ πιστεύεται ὅτι οὗτοι ἀναστήσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι εἰς κρίσιν αἰώνιον, κατὰ τὸ γεγραμμένον ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις. ὅσα γὰρ λέγει ὁ Ἀπόστολος καὶ πᾶσαι αἱ ἅγιαι γραφαὶ, ἀληθῆ τυγχάνει· εἰ καὶ παρὰ τοῖς ἀπιστήσασι καὶ κακῶς νενοηκόσιν ἑτέρως ὑπολαμβάνεται. ἡμῖν δὲ αὕτη ἡ πίστις, καὶ αὕτη ἡ τιμὴ, καὶ αὕτη ἡ μήτηρ ἡμῶν ἡ Ἐκκλησία, [1] διὰ πίστεως σώζουσα, καὶ δι' ἐλπίδος κραταιουμένη καὶ ἀγάπῃ Χριστοῦ, τελειουμένη ἔν τε τῇ ὁμολογίᾳ, ἔν τε τοῖς μυστηρίοις, ἔν τε τῇ τοῦ λουτροῦ καθαρσίῳ δυνάμει· ὅτι ἀπελθόντες βαπτίσατε εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· εἰς ὄνομα δὲ θεϊκῆς Τριάδος, ὀνομασίας μηδεμίαν διαφορὰν ἐχούσης. ἀλλ' ὅτι Θεὸς εἷς ἡμῖν ἐν Νόμῳ καὶ ἐν Προφήταις, καὶ ἐν Εὐαγγελίοις καὶ ἐν [2] Ἀποστόλοις, ἐν παλαιᾷ καὶ καινῇ διαθήκῃ κεκήρυκται καὶ καταγγέλλεται καὶ πεπίστευται, Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα· μήτε συναλοιφή τις οὖσα ἡ θεότης, ἀλλὰ Τριὰς ὄντως τελεία· τέλειος ὁ Πατὴρ, τέλειος ὁ Υἱὸς, τέλειον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μία θεότης, εἷς Θεός. ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ καὶ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

* γρ. μήτηρ ἡμῶν.

1. διὰ πίστεως σώζουσα. Vide locum hunc a Thomasio nostro diversa interpretatione donatum numero XVIII. memoratæ non semel Expositionis Fidei.

2. ἐν Ἀποστόλοις. Petavius apud Apostolos. Renoventur heic quæ ad similem locum, similemque ob caussam adnotavimus in Expositione Fidei num. XVIII.



S. AURELII AUGUSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI

EX

LIBRO DE CATECHIZANDIS RUDIBUS

CATECHESES DUÆ

AUGUSTINUS erat, quem Christi gratia cornu
Uberiore rigans, nostro lumen dedit ævo
Accensum vero de lumine: nam cibus illi
Et vita, & requies, Deus est; omnisque voluptas
Unus amor Christi est, unus Christi est honor illi:
Et dum nulla sibi tribuit bona, fit Deus illi
Omnia, & in sancto regnat sapientia templo.

S. Prosper Carmine de Ingratis *P.* 1. *v.* 105.

S. AURELII AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
CATECHESES DUÆ
Ex Libro ejusdem de Catechizandis Rudibus [1].

CAPUT XVI. Formula orationis catechisticæ.

SED tamen faciamus aliquem venisse ad nos, qui vult esse Christianus, & de genere quidem idiotarum, non tamen rusticanorum, sed urbanorum, quales apud Carthaginem plures experiri te necesse est: interrogatum etiam utrum propter vitæ præsentis aliquod commodum, an propter requiem quæ post hanc vitam speratur, Christianus esse desiderat, propter futuram requiem respondisse: tali fortasse a nobis instrueretur alloquio. Deo gratias, frater: valde tibi gratulor, & gaudeo de te, quod in tantis ac tam periculosis hujus sæculi tempestatibus de aliqua vera & certa securitate cogitasti. Nam & in hac vita homines magnis laboribus requiem quærunt & securitatem, sed pravis cupiditatibus non inveniunt. Volunt enim requiescere in rebus inquietis & non permanentibus: & quia illæ tempore subtrahuntur & transeunt, timoribus & doloribus eos agitant, nec quietos esse permittunt. Sive enim in divitiis velit homo requiescere, magis superbus efficitur, quam securus. An non videmus quam multi eas subito perdiderint, multi etiam propter illas perierint, aut cum eas habere cupiunt, aut cum eis oppressis a cupidioribus auferuntur? Quæ si etiam per totam vitam cum homine permanerent, & non desererent dilectorem suum, ipse illas sua morte desereret. Quanta est enim vita hominis, etiamsi senescat? Aut cum sibi homines optant senectutem, quid aliud optant nisi longam infirmitatem? Sic & hono-

Exordium ductum a laudabili proposito suscipiendæ christianæ religionis, propter futuram requiem. Requies in rebus inquietis non quærenda. Non in divitiis, nec in honoribus.

1. Librum illum *de Catechizandis Rudibus* rogante pio ac sedulo Diacono Ecclesiæ Carthaginensis, cui nomen Deogratias, scripsisse S. Augustinum circa annum CCCC, virorum est communis opinio. In eo artem & præcepta tradit Catechistæ munus exercendi. Quod quum impleverit ad Caput usque XVI. Inde quæ dederat præcepta, quasque posuerat leges ad usum revocat duplicem hominem rudem catechizandi formulam sive catechesim subjungens; longiorem alteram, quæ summam exponit & historiam veluti quandam Christianæ Religionis illiusque Dogmatum: alteram breviorem, qua licet paucioribus eadem tamen nostræ religionis fundamenta exhibentur. Hasce duas Catecheses suo huic Operi inserendas selegit Ven. Thomasius. De Libro unde desumptæ illæ sunt, videndus Aug. Ipse Retract. L. II. cap. XIV.

honores hujus ſæculi, quid ſunt niſi typhus, [1] & inanitas, & ruinæ periculum? Quia ſic Scriptura ſancta dicit, *Omnis caro fœnum, & claritas hominis ut flos fœni. Fœnum aruit, flos decidit: verbum autem Domini manet in æternum*. Ideo qui veram requiem & veram felicitatem deſiderat, debet tollere ſpem ſuam de rebus mortalibus & prætereuntibus, & eam collocare in verbo Domini, ut hærens ei quod manet in æternum, etiam ipſe cum illo maneat in æternum.

Iſa. 40. 6. & 8.

Requiem quærentes in oblectamẽtis carnis & in ſpectaculis.

25 Sunt etiam homines qui nec divites quærunt eſſe, nec ad vanas honorum pompas ambiunt pervenire: ſed gaudere & requieſcere volunt in popinis & in fornicationibus, & in theatris atque ſpectaculis nugacitatis quæ in magnis civitatibus gratis habent. Sed ſic etiam ipſi aut conſumunt per luxuriam paupertatem ſuam, & ab egeſtate poſtea in furta & effracturas, & aliquando etiam in latrocinia proſiliunt, & ſubito multis & magnis timoribus implentur; & qui in popina paulo ante cantabant, jam planctus carceris ſomniant. Studiis autem ſpectaculorum fiunt dæmonibus ſimiles, clamoribus ſuis incitando homines, ut ſe invicem cædant, ſecumque habeant contentioſa certamina qui ſe non læſerunt, dum placere inſano populo cupiunt: quos ſi animadverterint eſſe concordes, tunc eos oderunt & perſequuntur, & tamquam colluſores ut fuſtibus verberentur exclamant, & hanc iniquitatem facere etiam vindicem iniquitatum judicem cogunt; ſi autem horrendas adverſus invicem inimicitias eos exercere cognoverint, ſive [2] ſintæ qui appellantur, ſive ſcenici & thymelici, ſive aurigæ, ſive venatores, quos miſeros non ſolum homines cum hominibus, ſed etiam homines cum beſtiis in certamen pugnamque committunt, quo majore adverſus invicem diſcordia furere ſenſerint, eo magis amant & delectantur, & [3] incitatis favent, & faventes incitant, plus adverſus ſe ipſos inſanientes ipſi ſpectatores alter pro altero, quam illi quorum inſaniam inſani provocant, ſed inſaniendo ſpectare deſiderant. Quomodo ergo ſanitatem pacis tenere animus poteſt, qui diſcordiis & certaminibus paſcitur? Qualis enim cibus ſumitur, talis valetudo con-

1. al. omittit *& inanitas*; al. vero habet, *& vanitas*.

2. Diſcrepant illic inter ſe veterum membranæ. Aliæ habent, *ſint athletæ qui appellantur*: Aliæ, *ſint æqui appellantur*: Aliæ, *ſint qui appellantur*: al. *ſinthæ*; pleræque vero & melioris notæ *ſintæ*, quam vernaculam aliquam Afrorum vocem fuiſſe ſuſpicati ſunt Pariſienſes S. Auguſtini Operum Editores.

3. al. *& incitati*. al. *& incitantes*.

consequitur. Postremo quamvis insana gaudia non sint gaudia, tamen qualiacumque sint, & quantumlibet delectet jactantia divitiarum, & tumor honorum, vorago popinarum, & bella [1] theatrorum, & immunditia fornicationum, & prurigo thermarum, aufert omnia ista una febricula, & adhuc viventibus totam falsam beatitudinem subtrahit: remanet inanis & saucia conscientia, Deum sensura judicem, quem noluit habere custodem; & inventura asperum Dominum, quem dulcem patrem quærere & amare contemsit. Tu autem quia veram requiem, quæ post hanc vitam Christianis promittitur, quæris, etiam hic eam inter amarissimas vitæ hujus molestias suavem jocundamque gustabis, si ejus qui eam promisit præcepta dilexeris. Cito enim senties dulciores esse justitiæ fructus quam iniquitatis, & verius atque jocundius gaudere hominem de bona conscientia inter molestias, quam de mala inter delicias: quia non sic venisti conjungi Ecclesiæ Dei, ut ex ea temporalem aliquam utilitatem requiras.

CAPUT XVII. *Reprehenditur qui velit esse Christianus propter bonū temporale. Matth. 3. 12.*

26 Sunt enim qui propterea volunt esse Christiani, ut aut promereantur homines a quibus temporalia commoda exspectant, aut quia offendere nolunt quos timent. Sed isti reprobi sunt: & si ad tempus eos portat Ecclesia, sicut area usque ad tempus ventilationis paleam sustinet; si non se correxerint, & propter futuram sempiternam requiem Christiani esse cœperint, in fine separabuntur. Nec sibi blandiantur quod in area possunt esse cum frumento Dei; quia in horreo cum illo non erunt, sed igni debito [2] destinantur. Sunt etiam alii meliore quidem spe, sed tamen non minore periculo, qui jam Deum timent, & non irrident Christianum nomen, nec simulato corde intrant Ecclesiam Dei, sed in ista vita exspectant felicitatem, ut feliciores sint in rebus terrenis, quam illi qui non colunt Deum: ideoque cum viderint quosdam sceleratos & impios ista [3] sæculi prosperitate pollere & excellere, se autem vel minus habere ista vel amittere, perturbantur tamquam sine caussa Deum colant, & facile a fide deficiunt.

Christianus vere est, qui religionem profitetur propter futuram requiem. Matth 25. 40.

27 Qui autem propter beatitudinem sempiternam & perpetuam requiem, quæ post hanc vitam sanctis futura promittitur, vult fieri Christianus, ut non eat in ignem æternum cum diabolo, sed in regnum æternum intret cum Christo, vere ipse Christianus est; cautus in omni tentatione, ne pro

 speris

1. al. *theatricorum*. 2. al. *destinabuntur*. 3. al. *sæculari*.

ſperis rebus corrumpatur, & ne frangatur adverſis, & in abundantia bonorum terrenorum modeſtus & temperans, & in tribulationibus fortis & patiens. Qui etiam proficiendo perveniet ad talem animum, ut plus amet Deum, quam timeat gehennam: ut etiamſi dicat illi Deus, Utere deliciis carnalibus ſempiternis, & quantum potes pecca, nec morieris, nec in gehennam mitteris, ſed mecum tantummodo non eris; exhorreſcat, & omnino non peccet, non jam ut in illud quod timebat non incidat, ſed ne illum quem ſic amat offendat: *1. Cor. 2. 9.* [1] in quo uno eſt requies, quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adſcendit, quam præparavit Deus diligentibus eum.

Transit ad narrationem eorum, quæ credenda sunt. *Gen. 1. 1. 2. & 2.* *Psal. 148. 5.*

28 De qua requie ſignificat Scriptura, & non tacet, quod ab initio mundi ex quo fecit Deus cælum & terram & omnia quæ in eis ſunt, ſex diebus operatus eſt, & ſeptimo die requievit. Poterat enim omnipotens & uno momento temporis omnia facere. Non autem laboraverat, ut requieſceret, quando, *Dixit, & facta ſunt; mandavit, & creata ſunt*: ſed ut ſignificaret, quia poſt ſex ætates mundi hujus, ſeptima ætate tamquam ſeptimo die requieturus eſt in ſanctis ſuis: quia ipſi in illo requieſcent poſt omnia bona opera, in quibus ei ſervierunt, quæ ipſe in illis operatur, qui vocat, & præcipit, & delicta præterita dimittit, & juſtificat eum qui prius erat impius. Sicut autem cum illi ex dono ejus bene operantur, recte dicitur ipſe operari: [2] ſic cum in illo requieſcunt, recte dicitur ipſe requieſcere. Nam quod ad ipſum adtinet, pauſationem non quærit, quia laborem non ſentit. Fecit autem omnia per Verbum ſuum: & Verbum ejus ipſe Chriſtus, in quo requieſcunt Angeli & omnes cæleſtes mundiſſimi ſpiritus in ſancto ſilentio. *Filius Dei cur homo factus.* Homo autem peccato lapſus perdidit requiem, quam habebat in ejus divinitate, & recipit eam in ejus humanitate: ideoque opportuno tempore, quo ipſe ſciebat oportere fieri, homo factus & de femina natus eſt. A carne quippe contaminari non poterat, ipſe carnem potius mundaturus. Ipſum antiqui ſancti venturum in revelatione Spiritus cognoverunt, & prophetaverunt: & ſic ſalvi facti ſunt credendo quia veniet, ſicut nos ſalvi efficimur credendo quia venit: ut diligeremus Deum, qui ſic nos dilexit, ut unicum

1. al. *in quo una eſt requies.* 2. al. *ſic cum illi requieſcunt.*

cum Filium ſuum mitteret, [1] qui humilitate noſtræ mortalitatis indutus, & a peccatoribus & pro peccatoribus moreretur. Jam enim olim ab ineuntibus ſæculis myſterii hujus altitudo præfigurari prænuntiarique non ceſſat.

CAPUT XVIII. *De hominis & rerũ aliarũ creatione quid credendum*

29 Quoniam Deus omnipotens, & bonus & juſtus & miſericors, qui fecit omnia bona, ſive magna ſive parva, ſive ſumma, ſive infima; ſive quæ videntur, ſicuti ſunt cælum & terra & mare, & in cælo ſol & luna, & cetera ſidera, in terra autem & mari arbores & frutices & animalia ſuæ cujuſque naturæ, & omnia corpora vel cæleſtia vel terreſtria; ſive quæ non videntur, ſicuti ſunt ſpiritus quibus corpora vegetantur & vivificantur: fecit & hominem ad imaginem ſuam; ut quemadmodum ipſe per omnipotentiam ſuam præeſt univerſæ creaturæ, ſic homo per intelligentiam ſuam, qua etiam Creatorem ſuum cognoſcit & colit, præeſſet omnibus terrenis animalibus. Fecit illi etiam adjutorium feminam: non ad carnalem concupiſcentiam, quando quidem nec corruptibilia corpora tunc habebant, ante quam eos mortalitas invaderet pœna peccati; ſed ut haberet & vir gloriam de femina, cum ei præiret [2] ad Deum, ſeque illi præberet imitandum in ſanctitate atque pietate; ſicut ipſe eſſet gloria Dei, cum ejus ſapientiam ſequeretur.

Homo in paradiſo cõſtitutus.

30 Itaque conſtituit eos in quodam loco perpetuæ beatitudinis, quem appellat Scriptura paradiſum; præceptumque illis dedit, quod ſi non tranſgrederentur, in illa ſemper immortalitatis beatitudine permanerent: ſi autem tranſgrederentur, ſupplicia mortalitatis expenderent. Præſciebat autem Deus eos tranſgreſſuros: ſed tamen quia conditor eſt & effector omnis boni, magis eos fecit, quando fecit & beſtias, ut impleret terram bonis terrenis. Et utique melior eſt homo etiam peccator, quam beſtia. Et præceptum quod non erant ſervaturi, magis dedit, ut eſſent inexcuſabiles, cum in eos vindicare cœpiſſet. Quidquid enim homo fecerit, laudabilem in ſuis factis invenit Deum: ſi recte egerit, laudabilem invenit per juſtitiam præmiorum: ſi peccaverit, laudabilem invenit per juſtitiam ſuppliciorum: ſi peccata confeſſus ad recte vivendum redierit, laudabilem invenit per miſericordiam indulgentiarum. Cur ergo non faceret Deus hominem, quamvis eum peccatu-

Cur creatus qui præſciebatur peccaturus.

1. al. *humanitate*; 2. al. *ad dominium*. al. *ad Dominum*.

caturum prænoſceret, cum & ſtantem coronaret, & cadentem ordinaret, & ſurgentem adjuvaret, ſemper & ubique ipſe glorioſus bonitate, juſtitia, clementia? maxime quia & illud præſciebat, de propagine mortalitatis ejus futuros ſanctos, qui non ſibi quærerent, ſed Creatori ſuo gloriam darent, & eum colendo ab omni corruptione liberati, cum Angelis ſanctis ſemper vivere & beate vivere mererentur? Qui enim hominibus dedit liberum arbitrium, ut non ſervili neceſſitate, ſed ingenua voluntate Deum colerent, dedit etiam angelis: & ideo nec angelus, qui cum ſpiritibus aliis ſatellitibus ſuis ſuperbiendo deſeruit obedientiam Dei, & diabolus factus eſt, aliquid nocuit Deo, ſed ſibi. Novit enim Deus ordinare ſe * animas, & ex earum juſta miſeria inferiores partes creaturæ ſuæ convenientiſſimis & congruentiſſimis legibus admirandæ diſpenſationis [1] ornare. Itaque nec diabolus aliquid Deo nocuit, quia vel ipſe lapſus eſt, vel hominem ſeduxit ad mortem: nec ipſe homo in aliquo minuit veritatem aut poteſtatem [2] aut beatitatem Conditoris ſui, quia conjugi ſuæ ſeductæ a diabolo, ad id quod Deus prohibuerat, propria voluntate conſenſit. Juſtiſſimis enim Dei legibus omnes damnati ſunt, Deo glorioſo per æquitatem vindictæ, ipſi ignominioſi per turpitudinem pœnæ: ut & homo a ſuo Creatore averſus victus diabolo ſubderetur, & diabolus homini ad Creatorem ſuum converſo vincendus proponeretur; ut quicumque diabolo uſque in finem conſentirent, cum illo irent in æterna ſupplicia; quicumque autem humiliarent ſe Deo, & per ejus gratiam diabolum vincerent, æterna præmia mererentur.

Lapſus hominis & angeli nihil Deo nocuit.

** Convenientius ſpiritus: ex 2. Retract. 14*

Gen. 3. 4.

CAPUT XIX.

In Eccleſia boni & mali, in fine ſeparandi.

31 Neque hoc nos movere debet; quia multi diabolo conſentiunt; & pauci Deum ſequuntur: quia & frumentum in comparatione palearum valde pauciorem habet numerum. Sed ſicut agricola novit quid faciat de ingenti acervo paleæ, ſic nihil eſt Deo multitudo peccatorum, qui novit quid de illis agat, ut adminiſtratio regni ejus ex nulla parte turbetur atque turpetur. Nec ideo putandus eſt viciſſe diabolus, quia ſecum plures, cum quibus a paucis vinceretur, adtraxit. Duæ itaque civitates, una iniquorum, altera ſanctorum, ab initio generis humani uſque in finem ſæculi perducuntur, nunc permixtæ corporibus, ſed voluntatibus ſeparatæ, in die vero

Civitates duæ ab initio generis humani.

1. al. *ordinare*.

2. al. omittit, *aut beatitatem*.

vero judicii etiam corpore ſeparandæ. Omnes enim homines amantes ſuperbiam & temporalem dominationem cum vano typho & pompa arrogantiæ, omneſque ſpiritus qui talia diligunt, & gloriam ſuam ſubjectione hominum quærunt, ſimul una ſocietate devincti ſunt; ſed & ſi ſæpe adverſum ſe pro his rebus dimicant, pari tamen pondere cupiditatis in eamdem profunditatem præcipitantur, & ſibi morum & meritorum ſimilitudine conjunguntur. Et rurſus omnes homines & omnes ſpiritus humiliter Dei gloriam quærentes, non ſuam, & eum pietate ſectantes, ad unam pertinent ſocietatem. Et tamen Deus miſericordiſſimus, & ſuper impios homines patiens eſt, & præbet eis pœnitentiæ atque correctionis locum.

32 Nam & quod omnes diluvio delevit, excepto uno juſto cum ſuis, quos in arca ſervari voluit, noverat quidem quod non ſe correcturi eſſent: verumtamen cum per centum annos arca fabricata eſt, prædicabatur utique eis ira Dei ventura ſuper eos: & ſi converterentur ad Deum, parceret eis; ſicut pepercit poſtea Ninive civitati agenti pœnitentiam, cum ei per Prophetam futurum interitum prænuntiaſſet. Hoc autem facit Deus, etiam illis quos novit in malitia perſeveraturos dans pœnitendi ſpatium, ut noſtram patientiam exerceat & informet exemplo ſuo; quo noverimus quantum nos oporteat tolerabiliter malos ſuſtinere, cum ignoremus quales poſtea futuri ſunt, quando ille parcit & ſinit eos vivere, quem nihil futurorum latet. Prænutiabatur tamen etiam diluvii ſacramento quod per lignum juſti liberati ſunt, futura Eccleſia quam Rex ejus & Deus Chriſtus myſterio ſuæ crucis ab hujus ſæculi ſubmerſione ſuſpendit. Neque enim Deus ignorabat, quod etiam ex illis qui fuerant in arca ſervati, naſcituri erant mali, qui faciem terræ iniquitatibus iterum implerent: ſed tamen & exemplum futuri judicii dedit, & ſanctorum liberationem ligni myſterio prænuntiavit. Nam & poſt hæc non ceſſavit repullulare malitia per ſuperbiam & libidines & illicitas impietates, cum homines deſerto Creatore ſuo, non ſolum ad creaturam, quam Deus condidit, lapſi ſunt, ut pro Deo colerent quod fecit Deus; ſed etiam ad opera manuum hominum & ad fabrorum artificia curvaverunt animas ſuas, ubi de illis turpius diabolus & dæmonia triumpharent; quæ

Diluvii & arca Sacramentū. Gen. 7.

Jona 3.

ſe

se in talibus figmentis adorari venerarique lætantur, dum errores suos humanis erroribus [1] pascunt.

De Abrahamo & Israëlitico populo. Gen. 12.

33 Neque tunc sane defuerunt justi, qui Deum pie quærerent, & superbiam diaboli vincerent, cives illius sanctæ civitatis, quos Regis sui Christi ventura humilitas per Spiritum revelata sanavit. Ex quibus Abraham pius & fidelis Dei servus electus est, cui demonstraretur sacramentum Filii Dei, ut propter imitationem fidei omnes fideles omnium gentium filii ejus futuri dicerentur. Ex illo natus est populus, a quo unus Deus verus coleretur, qui fecit cælum & terram: cum ceteræ gentes simulacris & dæmoniis servirent. In eo plane populo multo evidentius futura Ecclesia figurata est. Erat enim ibi multitudo carnalis, quæ propter visibilia beneficia colebat Deum. Erant ibi autem pauci futuram requiem cogitantes & cælestem patriam requirentes, quibus prophetando revelabatur futura humilitas Dei, Regis & Domini nostri Jesu Christi, ut per eam fidem ab omni superbia & tumore sanarentur. Horum sanctorum, qui præcesserunt tempore nativitatem Domini, non solum sermo, sed etiam vita & conjugia & filii & facta prophetia fuit hujus temporis, quo per fidem passionis Christi ex gentibus congregatur Ecclesia. Per illos sanctos Patriarchas & Prophetas carnali populo Israël, qui postea etiam Judæi appellati sunt, & visibilia beneficia ministrabantur quæ carnaliter a Domino desiderabant, & coërcitiones pœnarum corporalium quibus pro tempore terrerentur, sicut eorum duritiæ congruebat. Et in his tamen omnibus mysteria spiritalia significabantur, quæ ad Christum & Ecclesiam pertinerent: cujus Ecclesiæ membra erant etiam illi sancti, quamvis in hac vita fuerint ante quam secundum carnem Christus Dominus nasceretur. Ipse enim unigenitus Dei Filius, Verbum Patris, æquale & coæternum Patri, per quod facta sunt omnia, homo propter nos factus est, ut totius Ecclesiæ tamquam totius corporis caput esset. Sed velut totus homo dum nascitur, etiamsi manum in nascendo præmittat, tamen universo corpori sub capite conjuncta atque compacta est, quemadmodum etiam nonnulli in ipsis Patriarchis ad hujus ipsius rei signum manu præmissa nati sunt: ita omnes sancti qui ante Domini nostri Jesu-

Horum dicta & facta, prophetia fuit

1 al. *miscent*.

Jeſu Chriſti nativitatem in terris fuerunt, quamvis ante nati ſunt, tamen univerſo corpori, cujus ille caput eſt, ſub capite cohæſerunt.

34 Populus ergo ille delatus in Ægyptum, ſervivit regi duriſſimo; & graviſſimis laboribus eruditus, quæſivit liberatorem Deum: & miſſus eſt eis unus de ipſo populo, ſanctus Dei ſervus Moyſes, qui in virtute Dei magnis miraculis terrens tunc impiam gentem Ægyptiorum, eduxit inde populum Dei per mare rubrum; ubi diſcedens aqua viam præbuit tranſeuntibus: Ægyptii autem cum eos perſequerentur, redeuntibus in ſe fluctibus demerſi exſtincti ſunt. Ita quemadmodum per diluvium aquis terra purgata eſt a nequitia peccatorum, qui tunc in illa inundatione deleti ſunt, & juſti evaſerunt per lignum: ſic ex Ægypto exiens populus Dei, per aquas iter invenit, quibus ipſorum hoſtes conſumti ſunt. Nec ibi defuit ligni ſacramentum. Nam virga percuſſit Moyſes, ut illud miraculum fieret. Utrumque ſignum eſt ſancti Baptiſmi, per quod fideles in novam vitam tranſeunt, peccata vero eorum tamquam inimici delentur atque moriuntur. Apertius autem Chriſti paſſio in illo populo figurata eſt, cum juſſi ſunt ovem occidere & manducare, & de ſanguine ejus poſtes ſuos ſignare, & hoc celebrare omni anno, & appellare Paſcha Domini. Manifeſtiſſime quippe [1] prophetia de Domino Jeſu Chriſto dicit, quia *tamquam ovis ad immolandum ductus eſt*. Cujus paſſionis & crucis ſigno in fronte hodie tamquam in poſte ſignandus es, omneſque Chriſtiani ſignantur.

CAPUT XX. Iſraëlitarum ſervitus in Ægypto, & liberatio, viaque per mare rubrum. Exodi 7. 1. & 8. 1. & 14. 23. Gen. 7. Exodi 14. 16. & 22. Baptiſmus figuratus. Ibid. 12. 3. Ovis immolatio paſſionis Chriſti figura. Iſai. 53. 7.

35 Inde per deſertum populus ille ductus eſt per quadraginta annos: accepit etiam legem digito Dei ſcriptam, quo nomine ſignificatur Spiritus ſanctus ſicut in Euangelio manifeſtiſſime declaratur. Neque enim Deus forma corporis definitus eſt, nec ſic in illo membra & digiti cogitandi ſunt, quemadmodum videmus in nobis: ſed quia per Spiritum ſanctum dona Dei ſanctis dividuntur, ut cum diverſa poſſunt, non tamen diſcedant a concordia caritatis, in digitis autem maxime apparet quædam diviſio, nec tamen ab unitate præciſio, ſive propterea, ſive propter aliam quamcumque cauſſam Spiritus-ſanctus appellatus eſt digitus Dei, non tamen cum hoc audimus humani coporis forma cogitanda eſt. Accepit ergo ille populus le-

Lex ſcripta digito Dei. Ex. 14. 35. Num. 14. 33. Deut. 29. 5. Lucæ 11. 20.

[1] al. propheta.

gem digito Dei ſcriptam in tabulis ſane lapideis, ad ſignificandam duritiam cordis illorum, quod legem non erant impleturi. Corporalia quippe dona deſiderantes a Domino, magis carnali timore quam ſpiritali caritate tenebantur: legem autem non implet niſi caritas. Ideo multis ſacramentis viſibilibus onerati ſunt, quo ſervili jugo premerentur, in obſervationibus ciborum & in ſacrificiis animalium, & in aliis innumerabilibus: quæ tamen ſigna erant rerum ſpiritalium ad Dominum Jeſum Chriſtum & ad Eccleſiam pertinentium; quæ tunc a paucis ſanctis & intelligebantur ad fructum ſalutis, & obſervabantur ad congruentiam temporis, a multitudine vero carnalium tantummodo obſervabantur, non intelligebantur.

Jeruſalem typus civitatis cæleſtis.

36 Per multa itaque & varia ſigna rerum futurarum, quas longum eſt omnes commemorare, & eas nunc in Eccleſia videmus impleri, perductus eſt ille populus ad terram promiſſionis, ubi temporaliter carnaliterque regnaret pro modo deſiderii ſui: quod tamen regnum terrenum regni ſpiritalis imaginem geſſit. Ibi Jeruſalem condita eſt famoſiſſima civitas Dei, (*Gal. 4. 26.*) ſerviens in ſigno liberæ civitatis, quæ cæleſtis Jeruſalem dicitur, quod verbum eſt Hebræum, & interpretatur viſio pacis. Cujus cives ſunt omnes ſanctificati homines qui fuerunt, & qui ſunt, & qui futuri ſunt; & omnes ſanctificati ſpiritus, etiam quicumque in excelſis cælorum partibus pia devotione obtemperant Deo, nec imitantur impiam diaboli ſuperbiam & angelorum ejus. Hujus civitatis rex eſt Dominus Jeſus Chriſtus, Verbum Dei quo reguntur ſummi angeli, & Verbum hominem aſſumens ut eo regerentur & homines, qui ſimul omnes cum illo in æterna pace regnabunt. Ad hujus Regis præ(*1. Reg. 16. 13.*)figurationem in illo terreno regno populi Iſraël maxime eminuit rex David, de cujus ſemine ſecundum carnem veniret (*Rom 9. 5.*) veriſſimus Rex noſter Dominus Jeſus Chriſtus, *qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula*. Multa in illa terra promiſſionis geſta ſunt in figuram venturi Chriſti & Eccleſiæ, quæ in ſanctis libris paulatim diſcere poteris.

CAPUT XXI.

Captivitas Babylonica & in ea geſta quid ſignificent.

37 Poſt aliquot tamen generationes oſtendit alium typum ad rem maxime pertinentem. Nam captivata eſt illa civitas, & multa pars ejus educta in Babyloniam. Sicut autem Jeruſalem ſignificat civitatem ſocietatemque ſanctorum, ſic Babylonia ſignificat civitatem ſocietatemque iniquorum, quoniam dici-

dicitur interpretari confusio. De quibus duabus civitatibus,
ab exordio generis humani usque in finem sæculi[1] permixte temporum varietate currentibus, & ultimo judicio separandis,
paulo ante * jam diximus. Illa ergo captivitas Jerusalem ci- *Cap. 19.
vitatis, & ille populus in Babyloniam ductus ad servitutem
ire jubetur a Domino per Jeremiam illius temporis prophe- Ierem. 25.
tam. Et exstiterunt reges Babyloniæ, sub quibus illi servie- 21. & 29.
bant, qui ex eorum occasione commoti quibusdam miraculis 1.
cognoscerent & colerent & coli juberent unum verum Deum, 1. Esdræ 1. 7.
qui condidit universam creaturam. Jussi sunt autem & orare Ierem. 29.
pro eis a quibus captivi tenebantur, & in eorum pace pacem 4.
sperare, ad gignendos filios & domos ædificandas & plantandos hortos & vineas. Post septuaginta autem annos promittitur eis ab illa captivitate liberatio. Hoc autem totum figurate significabat Ecclesiam Christi in omnibus sanctis ejus, qui
sunt cives Jerusalem cælestis, servituram fuisse sub regibus
hujus sæculi. Dicit enim & apostolica doctrina, ut *omnis ani-* Rom. 13.
ma sublimioribus potestatibus subdita sit: & ut *reddantur omnibus* 1. & 7.
omnia, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal; & cætera[2] quæ salvo Dei nostri cultu, constitutionis humanæ principibus reddimus; quando & ipse Dominus, ut nobis hujus
sanæ doctrinæ præberet exemplum, pro capite hominis quo Matth. 17.
erat indutus, tributum solvere non dedignatus est. Jubentur 27.
autem etiam servi Christiani & boni fideles dominis suis tem- Ephes. 6. 5.
poralibus æquanimiter fideliterque servire; quos judicaturi
sunt, si usque in finem iniquos invenerint, aut cum quibus
æqualiter regnaturi sunt, si & illi ad verum Deum conversi
fuerint. Omnibus tamen præcipitur servire humanis potestatibus atque terrenis, quo usque post tempus præfinitum, quod
significant septuaginta anni, ab istius sæculi confusione tamquam de captivitate Babyloniæ, sicut Jerusalem liberetur Ecclesia. Ex cujus captivitatis occasione ipsi etiam terreni reges
desertis idolis, pro quibus presequebantur Christianos, unum
verum Deum & Christum Dominum cognoverunt & colunt,
pro quibus apostolus Paulus jubet orari, etiam cum persequerentur Ecclesiam. Sic enim dicit: *Obsecro itaque primum* 1. Tim. 2.
fieri deprecationes,[3] *adorationes, interpellationes, gratiarum actiones,* 1. & 2.
pro regibus, pro omnibus hominibus, & omnibus qui in sublimitate

 sunt,

1. al. *permixta.* 2. Animadverte, *quæ salvo Dei nostri cultu.* 3. al. *orationes*, græca προσευχάς.

sunt, ut securam & tranquillam vitam agamus cum omni pietate & [1] caritate. Itaque per ipsos data pax est Ecclesiæ, quamvis temporalis, tranquillitas temporalis [2] ad ædificandas spiritaliter domos & plantandos hortos & vineas. Nam & ecce te modo per istum sermonem ædificamus atque plantamus. Et hoc fit per totum orbem terrarum cum pace regum Christianorum, sicut idem dicit Apostolus: *Dei agricultura, Dei ædificatio estis.*

1. Cor. 3. 9. Jerem. 25. 12. & 29. 10. *Post captivitatem Babylonicam libertas qualis reddita.*

38 Et post annos quidem septuaginta, quos mystice prophetaverat Jeremias, ut finem temporum præfiguraret, tamen ut ipsa figura integraretur, facta est in Jerusalem restitutio ædificationis templi Dei: sed quia totum figurate agebatur, non erat firma pax ac libertas reddita Judæis. Itaque postea a Romanis victi sunt, & tributarii facti. Ex illo sane tempore ex quo terram promissionis acceperunt, & reges habere cœperunt, ne in aliquo regum suorum completum esse arbitrarentur quod eis liberator Christus promittebatur, apertius per multas prophetias prophetatus est Christus, non solum ab ipso David in libro Psalmorum, sed etiam a ceteris & magnis & sanctis Prophetis, usque ad tempus captivitatis in Babyloniam: & in ipsa captivitate fuerunt Prophetæ, qui venturum Dominum Jesum Christum liberatorem omnium prophetarent. Et postea quam templum transactis septuaginta annis restitutum est, tantas pressuras & calamitates a regibus gentium Judæi perpessi sunt, ut intelligerent nondum venisse liberatorem, quem non spiritaliter liberaturum intelligebant, sed pro liberatione carnali desiderabant.

CAPUT XXII. *Ætates mundi sex.* Gen. 6. 22. Gen. 17. 4.

39 Peractis ergo quinque ætatibus sæculi, quarum prima est ab initio generis humani, id est, ab Adam, qui primus homo factus est, usque ad Noë, qui fecit arcam in diluvio, inde secunda est usque ad Abraham, qui pater [3] dictus est omnium quidem gentium, quæ fidem ipsius imitarentur; sed tamen ex propagine carnis suæ futuri populi Judæorum: qui ante fidem Christianam gentium, unus inter omnes omnium terrarum populus unum verum Deum coluit, ex quo populo salvator Christus secundum carnem veniret. Isti enim articuli duarum ætatum eminent in veteribus libris: reliquarum autem trium in Euangelio etiam declarantur, cum carnalis origo Domini Jesu Christi commemoratur. Nam tertia est ab Abraham usque

Matth. 1. 17.

1. Vulgata, *castitate*: juxta Græc. σεμνότητι. 2. al. *temporis*. 3. al. *electus est*.

usque ad David regem: quarta a David usque ad illam captivitatem, qua populus Dei in Babyloniam transmigravit: quinta ab illa transmigratione usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi; ex cujus adventu sexta ætas agitur: ut jam spiritalis gratia, quæ paucis tunc Patriarchis & Prophetis nota erat, manifestaretur omnibus gentibus: ne quisquam Deum nisi gratis coleret, non visibilia præmia servitutis suæ & præsentis vitæ felicitatem, sed solam vitam æternam, in qua ipso Deo frueretur, ab illo desiderans; ut hac sexta ætate mens humana renovetur ad imaginem Dei, sicut sexta die homo factus est ad imaginem Dei. Tunc enim & lex impletur, dum non cupiditate rerum temporalium, sed caritate illius qui præcepit, fiunt quæcumque præcepit. Quis autem non redamare affectet justissimum & misericordissimum Deum, qui prior sic amavit injustissimos & superbissimos homines, ut propter eos mitteret unicum Filium, per quem fecit omnia, qui non sui mutatione, sed hominis assumtione homo factus, non solum cum eis vivere, sed etiam pro eis & ab eis posset occidi?

Sexta ætas ex adventu Christi.

Gen. 1. 27.

40 Itaque novum Testamentum hereditatis sempiternæ manifestans, in quo renovatus homo per gratiam Dei ageret novam vitam, hoc est vitam spiritalem; ut vetus ostenderet primum, in quo carnalis populus agens veterem hominem, exceptis paucis intelligentibus Patriarchis & Prophetis & nonnullis latentibus sanctis, carnaliter vivens carnalia præmia desiderabat a Domino Deo, & in figura spiritalium bonorum accipiebat: omnia ergo bona terrena contemsit homo factus Dominus Christus, ut contemnenda monstraret; & omnia terrena sustinuit mala, quæ sustinenda præcipiebat: ut neque in illis quæreretur felicitas, neque in istis infelicitas timeretur. Natus enim de matre, quæ quamvis a viro intacta conceperit, semperque intacta permanserit, virgo concipiens, virgo pariens, virgo moriens, tamen fabro desponsata erat, omnem typhum carnalis nobilitatis exstinxit. Natus etiam in civitate Bethleem, quæ inter omnes Judææ civitates ita erat exigua, ut hodieque villa appelletur, noluit quemquam de cujusquam terrenæ civitatis sublimitate gloriari. Pauper etiam factus est cujus sunt omnia, & per quem creata sunt omnia; ne quisquam cum in eum crederet, de terrenis divitiis auderet extolli. Noluit rex ab hominibus fieri; quia humilitatis ostendebat viam

Christus novum Testamentum sempiternæ hereditatis manifestans, terrena contemnere exemplo docet.

Nativitas ejus, vita, & mors.

viam miseris, quos [1] ab eo superbia separaverat: quamvis sempiternum ejus regnum universa creatura testetur. Esurivit qui omnes pascit, sitivit per quem creatur omnis potus, & qui spiritaliter panis est esurientium fonsque sitientium: ab itinere terrestri fatigatus est, qui se ipsum nobis viam fecit in cælum: velut obmutuit & obsurduit coram conviciantibus, per quem mutus locutus est & surdus audivit: vinctus est, qui de infirmitatum vinculis solvit: flagellatus est, qui omnium dolorum flagella de hominum corporibus expulit: crucifixus est, qui cruciatus nostros finivit: mortuus est, qui mortuos suscitavit. Sed & resurrexit numquam moriturus, ne ab illo quisquam sic disceret mortem contemnere, quasi numquam victurus [2].

CAPUT XXIII. Spiritus S. die 50 post resurrect. Christi missus.

41 Inde confirmatis discipulis, conversatus cum eis quadraginta diebus, eisdem spectantibus adscendit in cælum; & completis a resurrectione quinquaginta diebus misit eis Spiritum sanctum, (promiserat enim,) per quem diffusa caritate in cordibus eorum, non solum sine onere, sed etiam cum jocunditate legem possent implere. Quæ data est Judæis in decem præceptis, quod appellant decalogum. Quæ rursus ad duo rediguntur, ut diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente; & diligamus proximum sicut nos ipsos. *Matth. 22. 37.* Nam in his duobus præceptis totam legem prophetasque pendere, ipse Dominus & dixit in Euangelio, & suo manifestavit exemplo. *Ibidem 40.* Nam & populus Israël ex die quo primum pascha in imagine celebrarunt ovem occidentes & manducantes, *Exodi 12.* cujus sanguine postes eorum ad salutis tutelam signati sunt; ex ipso ergo die quinquagesimus dies impletus est, & legem acceperunt scriptam digito Dei, *Exodi 19. 1.* quo nomine jam diximus significari Spiritum sanctum: sicut post Domini passionem & resurrectionem, *Lucae 11. 20.* quod est verum pascha, quinquagesimo die ipse Spiritus-sanctus discipulis missus est: non jam lapideis tabulis corda dura significans; sed cum essent unum in locum congregati in ipsa Jerusalem, *Act. 2. 1. &c.* factus est subito de cælo sonus, quasi ferretur flatus vehemens, & visæ sunt illis linguæ divisæ quasi ignis, & cœperunt linguis loqui, ita ut omnes qui ad illos venerant, suam linguam quisque cognosceret: (ad illam enim civitatem ex omni terra conveniebant Judæi, quacumque dispersi erant, & diversas linguas gentium diversarum dice-

1. al. *ab ea*.

2. al. *futurus*, al. *resurrecturus*.

dicerant:) deinde cum tota fiducia Christum prædicantes, in ejus nomine multa signa faciebant, ita ut quemdam mortuum transeunte Petro umbra ejus tetigerit, & resurrexerit. *Act. 5. 15.*

Iudæi prædicatione Apostolorũ conversi vita Euangelica studio flagrãtes.

42 Sed cum viderent Judæi tanta signa fieri in ejus nomine, quem partim per invidiam, partim per errorem crucifixerunt, alii irritati sunt ad persequendos prædicatores ejus Apostolos, alii vero idipsum amplius admirantes, quod in ejus nomine, quem veluti a se oppressum & vinctum riserant, tanta miracula fierent, poenitendo conversi crediderunt in eum millia Judæorum. Non erant jam illi temporalia beneficia terrenumque regnum desiderantes a Deo, nec promissum regem Christum carnaliter intelligentes & diligentes eum, qui pro ipsis ab ipsis tanta mortaliter pertulit, & eis usque ad sui sanguinis[1] peccata donavit, & immortalitatem a se sperandam & desiderandam exemplo suæ resurrectionis ostendit. Itaque jam veteris hominis terrena desideria mortificantes, & spiritalis vitæ novitate flagrantes, sicut præceperat in Euangelio Dominus, vendebant omnia quæ habebant, & pretia rerum suarum ante pedes Apostolorum ponebant, ut ipsi distribuerent unicuique, sicut cuique opus erat: viventesque in Christiana dilectione concorditer, non dicebant aliquid suum, sed erant illis omnia communia, & anima & cor unum in Deum. Deinde etiam ipsi a Judæis carnalibus civibus carnis suæ persecutionem passi atque dispersi sunt, ut latius Christus eorum dispersione prædicaretur, & imitarentur etiam ipsi patientiam Domini sui: quia qui[2] eos mansuetus passus fuerat, mansuefactos pro se pati jubebat. *Act. 2. 44. & 4. 34.*

Ecclesia apud Gentes per Paulum constituta.

43 Ex ipsis sanctorum persecutoribus fuerat etiam apostolus Paulus, & in Christianos maxime sæviebat: sed postea credens & apostolus factus, missus est ut Gentibus Euangelium prædicaret, graviora perpessus pro nomine Christi, quam fecerat contra nomen Christi. Ecclesias autem constituens per omnes gentes qua Euangelium seminabat, impense præcipiebat, ut quoniam ipsi ex idolorum cultu venientes, & ad unum Deum colendum rudes, non facile poterant rebus suis venditis & distributis servire Deo, oblationes facerent in pauperes sanctorum

1. In editione Lovaniensi illic additum legimus, *effusionem*; sed minus bene subjungunt Editores Parisienses,

2. al. *qui ante eos*, al. *qui pro eis*. al. *qui per eos*. al. *qui propter eos*. Plerique autem libri, *qui eos*.

rum qui erant in Ecclesiis Judææ, quæ Christo crediderant: ita illos tamquam milites, illos autem tamquam stipendiarios provinciales apostolica doctrina constituit; inserens eis Christum velut lapidem angularem, sicut per Prophetam prænuntiatus erat, in quo ambo quasi parietes de diverso venientes, de Judæis videlicet atque Gentibus, germana caritate copularentur. Sed postea graviores & crebriores persecutiones ex incredulis gentibus adversus Christi Ecclesiam surrexerunt, & implebatur in dies singulos verbum Domini prædicentis, *Ecce ego mitto vos velut oves in medio luporum*.

Psal. 117. 22. Isaia 28. 16.

Matth. 10. 16.

CAPUT XXIV. *Ecclesia quasi vitis pullulat & putatur.*

44 Sed illa vitis quæ per orbem terrarum, sicut de illa prophetatum, & ab ipso Domino prænuntiatum erat, fructuosos palmites diffundebat, tanto pullulabat amplius, quanto uberiore Martyrum sanguine rigabatur. Quibus per omnes terras innumerabiliter pro fidei veritate morientibus, etiam ipsa persequentia regna cesserunt, & ad Christum cognoscendum atque venerandum fracta superbiæ cervice conversa sunt. Oportebat autem ut eadem vitis, sicut a Domino idemtidem prædictum erat, putaretur, & ex ea præciderentur infructuosa sarmenta, quibus hæreses & schismata per loca facta sunt, sub Christi nomine, non ipsius gloriam, sed suam quærentium, per quorum adversitates magis magisque exerceretur Ecclesia & probaretur atque illustraretur & doctrina ejus & patientia.

Joh. 15. 2.

Ex iis quæ videntur impleta credantur prædicta quæ restant implenda, præsertim judicium futurum.

45 Omnia ergo hæc, sicut tanto ante prædicta legimus, sic & facta cognoscimus: & quemadmodum primi Christiani, quia nondum ista provenisse videbant, miraculis movebantur ut crederent; sic nos quia omnia ista ita completa sunt, sicut ea in libris legimus, qui longe ante quam hæc implerentur conscripti sunt, ubi omnia futura dicebantur, & præsentia jam videntur, ædificamur ad fidem, ut etiam illa quæ restant, sustinentes & perseverantes in Domino, sine dubitatione ventura credamus. Si quidem adhuc tribulationes futuræ in eisdem Scripturis leguntur, & ipse ultimus judicii dies, ubi omnes cives ambarum illarum civitatum receptis corporibus surrecturi sunt, & rationem vitæ suæ ante tribunal Christi judicis reddituri. Veniet enim in claritate potestatis, qui prius in humilitate humanitatis venire dignatus est; & omnes pios ab impiis segregabit: non tantum eis qui in eum credere omnino noluerunt, sed etiam eis qui frustra & infructuose crediderunt

derunt in eum; illis daturus regnum ſecum æternum, illis autem pœnam æternam cum diabolo. Sed ſicut nullum gaudium rerum temporalium ex aliqua parte ſimile poteſt inveniri gaudio vitæ æternæ, quam ſancti accepturi ſunt: ita nullus cruciatus pœnarum temporalium poteſt ſempiternis iniquorum cruciatibus comparari.

CAPUT XXV. Fides reſurrectionis ſuadetur.

46 Itaque frater confirma te ipſum in ejus nomine atque adjutorio cui credis, adverſus linguas eorum qui fidem noſtram irrident, de quibus diabolus ſeductoria verba loquitur, maxime volens irridere fidem reſurrectionis. Sed ex te ipſo crede futurum te eſſe cum fueris, quando cum ante non fueris, nunc eſſe te vides. Ubi enim erat iſta moles corporis tui & iſta forma membrorumque compago ante paucos annos, prius quam natus, vel etiam prius quam in matris utero conceptus eſſes, ubi erat hæc moles & hæc ſtatura corporis tui? Nonne de occultis hujus creaturæ ſecretis, Domino Deo inviſibiliter formante, proceſſit in lucem, certiſque ætatum incrementis in iſtam magnitudinem formamque ſurrexit? Numquid ergo difficile eſt Deo, qui etiam aggeres nubium ex occulto in momento contrahit, & contegit cælum in ictu temporis, reddere iſtam quantitatem corporis tui ſicut erat, qui eam facere potuit [1] ſicut non erat? Crede ergo fortiter & inconcuſſe, quia omnia quæ videntur quaſi pereundo humanis oculis ſubtrahi, ſalva & integra ſunt omnipotentiæ Dei: qui ea cum voluerit, ſine ulla mora & difficultate reparabit, ea dumtaxat quæ juſtitia ejus reparanda eſſe judicat: ut in his corporibus reddant homines factorum ſuorum rationem, in quibus ea fecerunt; & in his mereantur aut commutationem cæleſtis incorruptionis pro meritis pietatis, aut [2] corruptibilem corporis conditionem pro meritis iniquitatis, non quæ morte ſolvatur, ſed quæ materiam ſempiternis doloribus præbeat.

Mors perpetua in tormentis.

47 Fuge ergo per immobilem fidem [3] & mores bonos, fuge frater illa tormenta, ubi nec tortores deficiunt, nec torti moriuntur; quibus ſine fine mors eſt, non poſſe in cruciatibus mori. Et exardeſce amore atque deſiderio ſempiternæ vitæ ſanctorum, ubi nec operoſa erit actio, nec requies deſidioſa: laus erit Dei ſine faſtidio, ſine defectu: nullum in animo tædium, nullus labor in corpore; nulla indigentia, nec tua cui

Vita æterna ſanctorum.

1. al. *potuit cum non erat*: al. *ſic cum non erat*.
2. al. *aut corruptibilis*.
3. al. *ad mores bonos*.

ſubveniri deſideres, nec proximi cui ſubvenire feſtines. Omnes deliciæ Deus erit &[1] ſatietas ſanctæ civitatis in illo & de illo ſapienter beateque viventis. Efficiemur enim, ſicut ab illo promiſſum ſperamus & exſpectamus, æquales Angelis Dei, & cum eis pariter illa Trinitate perfruemur jam per ſpeciem, in qua nunc per fidem ambulamus. Credimus enim quod non videmus, ut ipſis meritis fidei etiam videre quod credimus & inhærere mereamur: ut æqualitatem Patris & Filii & Spiritus ſancti, & ipſius Trinitatis unitatem, quomodo ſint hæc tria unus Deus, non jam verbis fidei & ſtrepentibus ſyllabis perſonemus, ſed contemplatione puriſſima & ardentiſſima in illo ſilentio[2] ſorbeamus.

Lucæ 20. 36.
2. Cor. 5. 7.

Cavendum non tantũ a Paganis & Iudæis, & hæreticis, ſed etiam a malis Chriſtianis.

48 Hæc tene fixa in corde tuo, & invoca Deum cui credis, ut tueatur te adverſus tentationes diaboli: & eſto cautus, ne tibi aliunde hoſtis ille ſubrepat, qui ad ſolatium malevolentiſſimum damnationis ſuæ, cum quibus damnetur inquirit. Non enim per eos ſolos qui Chriſtianum nomen oderunt, & dolent eo nomine occupatum eſſe orbem terrarum, & adhuc ſimulacris & dæmoniorum curioſitatibus ſervire deſiderant, audet ille tentare Chriſtianos: ſed etiam per eos quos paulo ante commemoravimus, de unitate Eccleſiæ, velut putata vite, præciſos, qui hæretici vel ſchiſmatici dicuntur, conatur etiam id quidem interdum. Sed tamen id etiam aliquando conatur & per Judæos tentare, atque ſeducere. Sed maxime cavendum eſt, ne per homines qui ſunt in ipſa catholica Eccleſia, quos velut paleam uſque ad tempus ventilationis ſuæ ſuſtinet, unuſquiſque tentetur & decipiatur. Propterea enim Deus patiens eſt in illos, ut & ſuorum electorum fidem atque prudentiam per illorum perverſitatem exercendo confirmet; & quia de numero eorum multi proficiunt, & ad placendum Deo[3] miſerati animas ſuas, magno impetu convertuntur. Non enim omnes ſibi per patientiam Dei theſaurizant iram in die iræ juſti judicii ejus: ſed multos eadem omnipotentis patientia perducit ad ſaluberrimum pœnitentiæ dolorem. Quod donec fiat, exercetur per eos illorum qui jam rectam viam tenent, non ſolum tolerantia, ſed etiam miſericordia. Multos ergo viſurus es ebrioſos, avaros, fraudatores, aleatores, adulteros, fornicatores, remedia ſacrilega ſibi alligantes, præcantato-

Rom. 2. 5.

1. al. *& ſocietas*. 2. al. *ſorbeamur*. 3. al. *miſeranti*.

tatoribus & [1] mathematicis vel quarumlibet impiarum artium divinatoribus deditos. Animadverſurus etiam quod illæ turbæ impleant eccleſias per dies feſtos Chriſtianorum, quæ implent & theatra per dies ſollemnes Paganorum; & hæc videndo ad imitandum tentaberis. Et quid dicam, videbis, quod etiam nunc jam utique noſti: non enim neſcis multos qui appellantur Chriſtiani, hæc omnia mala operari, quæ breviter commemoravi. Et [2] aliquando fortaſſe graviora facere homines non ignoras, quos noſti appellari Chriſtianos. Sed ſi hoc animo veniſti, ut quaſi ſecurus talia facias, multum erras: nec tibi proderit nomen Chriſti, cum cœperit ille ſeveriſſime judicare, qui prius dignatus eſt miſericordiſſime ſubvenire. Prædixit enim iſta, & ait in Euangelio, *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, ſed is qui facit voluntatem Patris mei. Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, in nomine tuo manducavimus & bibimus.* Omnibus ergo qui in talibus operibus perſeverant, damnatio finis eſt. Cum ergo videris multos non ſolum hæc facere, ſed etiam defendere atque ſuadere, tene te ad legem Dei, & non ſequaris prævaricatores ejus. Non enim ſecundum illorum ſenſum, ſed ſecundum illius veritatem judicaberis.

Matth 7. 21. & 22.

49 Conjungere bonis, quos vides amare tecum Regem tuum. Multos enim inventurus es, ſi & tu talis eſſe cœperis. Nam [3] ſi in ſpectaculis cum illis eſſe cupiebas & eis inhærere, qui tecum vel aurigam, vel venatorem, vel aliquem hiſtrionem ſimul amabant; quanto magis te delectare debet eorum conjunctio, qui tecum amant Deum, de quo numquam erubeſcet amator ejus, quia non ſolum ipſe non poteſt vinci, ſed etiam dilectores ſuos reddet invictos. Nec tamen etiam in ipſis bonis, qui te vel præcedunt vel tibi comitantur ad Deum, ſpem tuam collocare debes, quia nec in te ipſo debes quantumcumque profeceris, ſed in illo qui eos & te juſtificando tales facit. Securus es enim de Deo, quia non mutatur: de homine autem nemo prudenter ſecurus eſt. Sed ſi illos qui nondum juſti ſunt, amare debemus ut ſint; quanto ardentius qui jam ſunt, amandi ſunt. Sed aliud eſt diligere hominem, aliud

Societas ſit cum bonis: non tamen ſpes in ipſis ponatur.

 ſpem

1. *& mathematicis*, id eſt, aſtrologis, genethliacis, impoſtoribus, qui mathematicorum nomine haud raro ab antiquis Eccleſiæ Patribus deſignati inveniuntur.

2. al. *aliquanto*;

3. al. *Nam ſi in ſpectaculis & vanitatibus inſanorum certaminum illis cupiebas inhærere.*

ſpem ponere in homine; tantumque intereſt, ut illud Deus jubeat, hoc prohibeat. Si autem aliquas vel inſultationes vel tribulationes pro nomine Chriſti paſſus non defeceris a fide, nec a bona[1] via deviaveris, majorem mercedem accepturus es: qui autem in his diabolo ceſſerint; etiam minorem perdunt. Sed humilis eſto Deo, ut non te permittat tentari ultra vires tuas.

CAPUT XXVI. Initiatio catechumeni, cum expoſitione ſignorum. ſ. ſalis.

50 His dictis interrogandus eſt an hæc credat, atque obſervare deſideret. Quod cum reſponderit, ſollemniter utique ſignandus eſt & Eccleſiæ more tractandus. De ſacramento * ſane quod accipit, cum ei bene commendatum fuerit, ſignacula quidem rerum divinarum eſſe viſibilia, ſed res ipſas inviſibiles in eis honorari; nec ſic habendam eſſe illam ſpeciem benedictione ſanctificatam, quemadmodum habetur in uſu quolibet: dicendum etiam quid ſignificet & ſermo ille quem audivit, quid in illo[2] condiat, cujus illa res ſimilitudinem gerit. Deinde monendus eſt ex hac occaſione, ut ſi quid etiam in Scripturis audiat quod carnaliter ſonet, etiamſi non intelligit, credat tamen ſpiritale aliquid ſignificari, quod ad ſanctos mores futuramque vitam pertineat. Hoc autem ita breviter diſcit, ut quidquid audierit ex libris canonicis quod ad dilectionem æternitatis & veritatis & ſanctitatis, & ad dilectionem proximi referre non poſſit, figurate dictum vel geſtum eſſe credat; atque ita conetur intelligere, ut ad illam geminam referat dilectionem. Ita ſane ut proximum non carnaliter intelligat, ſed omnem qui cum eo in illa ſancta civitate poteſt eſſe, ſive jam, ſive nondum appareat: & ut de nullius hominis correctione deſperet, quem patientia Dei videt vivere, non ob aliud, ſicut Apoſtolus ait, niſi ut adducatur ad pœnitentiam. *Rom. 2. 4.*

Sermo quandoque brevior adhibendus.

51 Si longus tibi videtur iſte ſermo, quo tamquam præſentem rudem hominem inſtruxi, licet ea tibi dicere brevius, lon-

1. al. *vita*.

2. al. *condatur*. At verius cum antiquis membranis *condiat*. Notatum eſt enim viris doctis agi in præſenti de Sacramento ſalis, quo catechumenus initiatur. De ſemetipſo in lib. 1. Confeſſionum cap. XI. ait, *Et ſignabar jam ſigno Crucis ejus, & condiebar ejus ſale, jam inde ab utero matris meæ*. Salem paulo ſuperius dixerat *ſpeciem benedictione ſanctificatam*: Unde facile adparet ſupra loco *ſane* eſſe legendum *ſalis*. Hiſce ferme ſimillima adnotata invenies & ad præſentem locum Pariſienſis Editionis, quibus adderem Auguſtini locum hunc de catechumeni initiatione urgentem, apertionem, dilucidioremve reddi poſſe, ſi conferatur cum antiquiſſimis ordinibus Inſtitutionis catechumenorum occurrentibus in Libro Sacramentorum Romanæ Eccleſiæ primo, volumine Thomaſianæ noſtræ Editionis VI, paginis 38, 39 & 40, atque paginis 93, & 94.

longiorem tamen esse debere non puto: quamquam multum interest, quid res ipsa cum agitur moneat, & quid auditorum præsentia non solum ferre, sed etiam desiderare se ostendat. Cum autem celeritate opus est, vide quam facile explicari tota res possit. Fac rursus adesse aliquem, qui velit esse Christianus: ergo & interrogatum, illud quod superior respondisse; quia & si non hoc respondet, hoc eum respondere debuisse dicendum est. Deinde hoc modo & cetera contexenda.

Incipit sermo alius brevior.

52 Vere, frater, illa magna & vera beatitudo est, quæ in futuro sæculo sanctis promittitur. Omnia vero visibilia transeunt, & omnis hujus sæculi pompa & deliciæ & curiositas interibunt, & secum ad interitum trahunt amatores suos. A quo interitu, hoc est, pœnis sempiternis Deus misericors volens homines liberare, si sibi ipsi non sint inimici, & non resistant misericordiæ Creatoris sui, misit unigenitum Filium suum, hoc est, Verbum suum æquale sibi, per quod condidit omnia. Et manens quidem in divinitate sua, & non recedens a Patre, nec in aliquo mutatus, assumendo tamen hominem, & in carne [1] mortali hominibus apparendo venit ad homines: ut quemadmodum per unum hominem qui primus factus est, id est Adam, mors intravit in genus humanum, quia consensit mulieri suæ seductæ a diabolo, ut præceptum Dei transgrederentur; sic per unum hominem qui etiam Deus est Dei Filius, Jesum Christum, deletis omnibus peccatis præteritis, credentes in eum omnes in æternam vitam ingrederentur.

Filius Dei missus, ut a morte, quæ per Adamum intravit, liberemur.

CAPUT XXVII. *Prophetias veteris Testamenti impletas cerni in Ecclesia.*

53 Omnia enim quæ nunc vides in Ecclesia Dei, & sub Christi nomine per totum orbem terrarum [2] geri, ante sæcula jam prædicta sunt, & sicut ea legimus, ita & videmus; & inde ædificamur in fidem. Factum est aliquando diluvium per totam terram, ut peccatores delerentur: & tamen illi qui evaserunt in arca, sacramentum futuræ Ecclesiæ demonstrabant, quæ nunc in fluctibus sæculi natat, & per lignum crucis Christi a submersione liberatur. Prædictum est Abrahæ fideli servo Dei, uni homini, quod de illo esset populus nasciturus, qui coleret unum Deum inter ceteras gentes quæ idola colebant: & omnia quæ illi populo ventura prædicta sunt, sic evenerunt ut prædicta sunt. Prophetatus est in illo populo etiam Christus Rex omnium sanctorum & Deus venturus ex semi-

1. al. *mortalis*. 2. al. omittit verbum *geri*.

ſemine ipſius Abraham ſecundum carnem, quam aſſumſit, ut omnes etiam filii eſſent Abrahæ, qui fidem ejus imitarentur; & ſic eſt factum: natus eſt Chriſtus de Maria virgine, quæ ex illo genere fuit. Prædictum eſt per Prophetas quod in cruce paſſurus eſſet ab eodem populo Judæorum, de cujus genere ſecundum carnem veniebat; & ſic eſt factum. Prædictum eſt quod reſurrecturus eſſet; reſurrexit: & ſecundum ipſa prædicta Prophetarum adſcendit in cælum, & diſcipulis ſuis Spiritum-ſanctum miſit. Prædictum eſt non ſolum a Prophetis, ſed etiam ab ipſo Domino Jeſu Chriſto, quod Eccleſia ejus per univerſum orbem terrarum eſſet futura, per ſanctorum martyria paſſioneſque diſſeminata; & tunc prædictum, quando adhuc nomen ejus & latebat gentes, & ubi notum erat irridebatur: & tamen in virtutibus miraculorum ejus, ſive quæ per ſe ipſe, ſive quæ per ſervos ſuos fecit, dum annuntiantur hæc & creduntur, jam videmus quod prædictum eſt eſſe completum, regeſque ipſos terræ, qui antea perſequebantur Chriſtianos, jam Chriſti nomini ſubjugatos. Prædictum eſt etiam quod ſchiſmata & hæreſes ex ejus Eccleſia eſſent exituræ, & ſub ejus nomine per loca ubi poſſent, ſuam, non Chriſti, gloriam quæſituræ; & iſta completa ſunt.

Hinc firmata Fides eorum quæ ventura reſtant, judicii ultimi & reſurrectionis.

54 Numquid ergo illa quæ reſtant non ſunt ventura? Manifeſtum eſt quia ſicut iſta prædicta venerunt, ſic etiam illa ventura ſunt: quæcumque tribulationes juſtorum adhuc reſtant; & judicii dies, qui ſeparabit omnes impios a juſtis in reſurrectione mortuorum; & non ſolum eos qui ſunt extra Eccleſiam, ſed etiam ipſius Eccleſiæ paleas, quas oportet uſque ad noviſſimam ventilationem patientiſſime ſufferat, ad ignem debitum ſegregabit. Qui autem irrident reſurrectionem, putantes quod caro iſta quia putreſcit, reſurgere non poteſt, ad pœnas in ea reſurrecturi ſunt: & oſtendet eis Deus, quia qui potuit hæc corpora facere ante quam eſſent, poteſt ea in momento reſtituere ſicut erant. Omnes autem fideles regnaturi cum Chriſto, ita reſurgent in eodem corpore, ut etiam commutari mereantur ad incorruptionem angelicam: ut fiant æquales Angelis Dei, ſicut Dominus ipſe promiſit; & laudent eum ſine aliquo defectu & ſine aliquo faſtidio, ſemper viventes in illo & de illo, cum tali gaudio & beatitudine, quali nec dici nec cogitari ab homine poteſt.

Luca 20. 16.

55 Tu

Cavendæ tentationes a malis etiam in Ecclesia repertis.

55 Tu itaque credens ista, cave tentationes; (quia diabolus quærit qui secum pereant:) ut non solum per eos qui extra Ecclesiam sunt, sive pagani, sive Judæi, sive hæretici, non te hostis ille seducat; sed etiam quos in ipsa Ecclesia catholica videris male viventes, aut [1] immoderatos voluptatibus ventris & gutturis, aut impudicos, aut vanis curiositatibus vel illicitis deditos, sive spectaculorum, sive remediorum [2] aut divinationum diabolicarum, sive in pompa & typho avaritiæ atque superbiæ, sive in aliqua vita quam [3] lex damnat & punit, non eos imiteris: sed potius conjungaris bonis, quos inventurus es facile, si & tu talis fueris; ut simul colatis & diligatis Deum gratis: quia totum præmium nostrum ipse erit, ut in illa vita, bonitate ejus & pulcritudine perfruamur. Sed amandus est, non sicut aliquid quod videtur oculis; sed sicut amatur sapientia, & veritas, [4] & sanctitas, & justitia, & caritas, & si quid alind tale dicitur: non quemadmodum sunt ista in hominibus; sed quemadmodum sunt in ipso fonte incorruptibilis & incommutabilis sapientiæ. Quoscumque ergo videris hæc amare, illis conjungere, ut per Christum qui homo factus est, ut esset Mediator Dei & hominum, reconcilieris Deo. Homines autem perversos, etiamsi intrent parietes ecclesiæ, non eos arbitreris intraturos in regnum cælorum: quia suo tempore separabuntur, si se in melius non commutaverint. Homines ergo bonos imitare, malos tolera, omnes ama: quoniam nescis quid cras futurus sit qui hodie malus est. Nec eorum ames injustitiam; sed ipsos ideo ama, ut apprehendant justitiam: quia non solum dilectio Dei nobis præcepta est, sed etiam dilectio proximi, in quibus duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Quam non implet nisi qui [5] donum acceperit Spiritum sanctum, Patri & Filio utique æqualem; quia ipsa Trinitas Deus est: in quo Deo spes omnis ponenda est. In homine non est ponenda, qualiscumque ille fuerit. Aliud est enim ille a quo justificamur, aliud illi cum quibus justificamur. Non autem solum per cupiditates diabolus tentat, sed etiam per terrores insultationum & dolorum & ipsius mortis. Quidquid autem homo passus fuerit pro nomine Christi, & pro spe vitæ

Societas cum bonis.

Matth. 22. 37. & 39.

Spes omnis in Deo.

1. al. *immoderatis*: forte legendum est, *in immoderatis*.
2. al. *remediorum sacrilegorum*.
3. al. *lex Dei*.
4. al. omittunt verba, *& sanctitas & justitia & caritas*.
5. al. *Dominum*.

vitæ æternæ, & permanens toleraverit, major ei merces dabitur: quod si cesserit diabolo, cum illo damnabitur. Sed opera
1. Cor. 10. 13. misericordiæ cum pia humilitate impetrant a Domino, ut non permittat servos suos tentari plus quam possunt sustinere.

S. AURELII AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
ENCHIRIDION

. . . . istius ore
Flumina librorum mundum effluxere per omnem,
Quæ MITES HUMILESQUE bibunt, campisque animorum
Certant vitalis doctrinæ immittere rivos.

S. Prosper in Carmine de Ingratis P. I. v. 110. de S. Augustini scriptis.

S. AURELII AUGUSTINI

HIPPONENSIS EPISCOPI

ENCHIRIDION

AD LAURENTIUM

SIVE

DE FIDE, SPE, ET CARITATE[1]

LIBER UNUS

DICI non potest, dilectissime fili Laurenti[2] quantum tua eruditione delecter, quamque te cupiam esse sapientem: non ex eorum numero, de quibus dicitur, *Ubi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor hujus seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?* Sed ex eorum de quibus scriptum est, *Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum*. Et quales vult Apostolus fieri, quibus dicit, *Volo*

CAPUT I. *Sapientia vera donis exoptat Laurentio*

1. Cor. 1. 20.

Sap. 6. 26.

1. *Sive de Fide, Spe, & Caritate.* Hic proprie ex beati Augustini mente Libri titulus est. Eo S. Doctor illum appellat nomine, cum non semel in ipsa ejusdem tractatione; tum in Epistola, quæ in Monachorum Ordinis S. Benedicti, quam sequimur, quamque in præsenti repræsentare decrevimus, Parisiensi Editione est ccxxxi. In libro de octo quæstionibus ad Dulcitium quæst. I. num. 10. In libro Retractationum II. cap. LXIII. Eadem illa nuncupatione eundem vocarunt, Tillemontii animadversione de S. Augustino agentis H. E. tom. XIII. art. CCCXIII, Possidius, S. Fulgentius, Facundus Hermianensis. Et nominis, sive tituli ratio non deest planissima. Opus siquidem exhibet christiani hominis institutionem, quam ab Augustino rogaverat Laurentius. Ad illud autem quaecumque spectant operis argumentum, percommode ad tria referuntur veluti capita. Statuendum in eo est quid credere debeat Christi sectator, quid sperare, quem quidve diligere: est ergo opus de Fide, Spe, & Caritate. Idem opus non renuente, immo conceptis verbis plurica permittente Augustino, & græco de nomine dicitur Ἐγχειρίδιον *Enchiridium*, quasi manuale quod manus vola facile ambiatur teneaturve; non grande sit, non foliis crassum spissumque volumen. Hujusmodi porro mole exiguum librum exoptaverat Laurentius. Posteriori hoc nomine, fortasse quod expeditè unica tantum voce proferatur, hodie plerumque appellatur ab omnibus, quod & sexto decurrente Ecclesiæ seculo usu jam fuisse receptum narrat Hermianensis Facundus sub finem primi sui libri pro defensione trium Capitulorum. Ceterum memorato superius libro Retractationum de suo hoc opere S. Augustinus ait, *Scripsi etiam librum de Fide, Spe, & Caritate, cum a me ad quem scriptus est, postulasset, ut aliquod opusculum haberet meum de suis manibus non recessurum: quod genus Græci* Enchiridion *vocant. Ubi satis diligenter mihi videor esse complexus, quomodo sit colendus Deus, quam sapientiam esse hominis utique veram divina Scriptura definit. Hic liber sic incipit:* Dici non potest, dilectissime fili Laurenti.

2. Quis ille fuerit Laurentius, quem filii nomine in præsenti vocat S. Augustinus, & Dulcitii fratrem dicit laudato superiori adnotatione nostra in loco libri ad eundem Dulcitium de octo quæstionibus, non satis constat, nec temere divinandum. Clarissimi Editores novæ Operum S. Augustini editionis in Admonitione ad nostrum Enchiridium, monent multis in membranis hunc librum referentibus, quæ tamen de antiquioribus non sunt, Laurentium istum appellari, *Diaconum*; *Primicerium*; *Primicerium Notariorum Urbis Romæ*; *Primicerium Ecclesiæ Urbis Romæ*; *Primicerium Romanæ Ecclesiæ*. Ex Libro Diurno Romanorum Pontificum cap. II.; & ex documen-

Rom. 16. 19. *Volo autem vos sapientes quidem esse in bono, simplices autem in malo.* (Sicut autem nemo a seipso esse potest, ita etiam nemo a se ipso sapiens esse potest, sed ab illo illustrante, de quo scri-

Eccli. 1. 1. ptum est, *Omnis Sapientia a Deo est*). * Hominis autem sapientia pietas est. Habes hoc in libro sancti Job: nam ibi legitur, quod ipsa sapientia dixerit homini, *Ecce pietas est sapientia*:

*CAPUT II. *Sapientia hominis pietas.*

Job. 28. 28. Si autem quæras, quam dixerat eo loco pietatem, distinctius in Græco reperies Θεοσέβειαν, qui est Dei cultus. Dicitur enim Græce pietas & aliter, idest εὐσέβεια, quo nomine significatur bonus cultus, quamvis & hoc præcipue referatur ad colendum Deum. Sed nihil est commodius illo nomine, quo evidenter Dei cultus expressus est, cum quid esset homini sapientia diceretur. Quærisne aliquid dici brevius, qui petis a me, *ut breviter magna dicantur*? An hoc ipsum tibi fortasse desideras breviter aperiri, atque in sermonem colligi brevem, quonam modo sit colendus Deus? * Hic si respondero, fide, spe, caritate colendum Deum, profecto dicturus es, brevius hoc dictum esse quam velles; ac deinde petiturus ea tibi breviter explicari, quæ ad singula tria ista pertineant, quid credendum scilicet, quid sperandum, quid amandum sit. Quod cum fecero, ibi erunt omnia illa, quæ in epistola tua quærendo posuisti: cujus exemplum si est penes te, facile est ut ea revolvas & relegas; si autem non est, commemorante me recolas.

* CAPUT III. *Deum coli fide, spe & caritate.*

CAPUT IV. *Quæstiones Laurenti.*

Vis enim tibi, ut scribis, *Librum a me fieri, quem Enchiridion,* (ut dicunt), *habeas, & de tuis manibus non recedat: continens*

* 1. quæst. *postulata, id est,* * *quid sequendum maxime, quid propter diversas*

* 2. *principaliter hæreses sit fugiendum;* * *in quantum ratio pro religione contendat, vel quid in ratione, cum fides sit sola, non conveniat;*

* 3. **quid primum, quid ultimum teneatur, quæ totius definitionis sum-*

* 4. *ma sit;* * *quod certum propriumque fidei catholicæ fundamentum.* Hæc omnia quæ requiris procul dubio scies, diligenter sciendo quid credi, quid sperari debeat, quid amari. * Hæc enim maxime, immo vero sola in religione sequenda sunt. His qui contradicit, aut omnino a Christi nomine alienus est, aut hæreticus.

Responsiones Augustini. * ad q. 1.

cumentis VII. Ecclesiæ seculi, constat præeminentem fuisse in Romano Clero dignitatem Primicerii Notariorum, locumque illi fuisse tertium eu in triumviratu, penes quem Ecclesiæ administrandæ cura manebat tum Sede ob Pontificis mortem vacante, tum Pontifice ab Urbe Roma absente. Videsis de hac re vel inscriptionem epistolæ Romani Cleri ad Scotos datæ antequam Joannes IV. Pontifex jam electus consecraretur; vel inter epistulas S. Martini primi ejus nominis Pontificis eam, quæ est in ordine XV.

ticus. * Hæc ſunt defendenda ratione, vel a ſenſibus corporis inchoata, vel ab intelligentia mentis inventa. Quæ autem nec corporeo ſenſu experti ſumus, nec mente aſſequi valuimus, aut valemus, eis ſine ulla dubitatione credenda ſunt teſtibus, a quibus ea, quæ divina jam meruit vocari Scriptura confecta eſt: qui ea ſive per corpus, ſive per animum, divinitus adjuti, vel videre, vel etiam prævidere potuerunt. * Cum autem initio fidei, quæ per dilectionem operatur, imbuta mens fuerit, tendit bene vivendo etiam ad ſpeciem pervenire, ubi eſt ſanctis & perfectis cordibus nota ineffabilis pulcritudo, cujus plena viſio eſt ſumma felicitas. Hoc eſt nimirum quod requiris, *quid primum, quid ultimum teneatur*: inchoari fide, perfici ſpecie. Hæc etiam totius definitionis eſt ſumma. * Certum vero propriumque fidei catholicæ fundamentum, Chriſtus eſt: *Fundamentum enim aliud*, ait Apoſtolus, *nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus*. Neque hoc ideo negandum eſt proprium fundamentum eſſe fidei catholicæ, quia putari poteſt aliquibus hæreticis hoc nobiſcum eſſe commune. Si enim diligenter, quæ ad Chriſtum pertinent cogitentur, nomine tenus invenitur Chriſtus apud quoſlibet hæreticos, qui ſe Chriſtianos vocari volunt: reipſa vero non eſt apud eos. Quod oſtendere nimis longum eſt: quoniam commemorandæ ſunt omnes hæreſes, ſive quæ fuerunt, ſive quæ ſunt, ſive quæ potuerunt eſſe ſub vocabulo Chriſtiano, & quam ſit hoc verum per ſingulas quaſque monſtrandum. Quæ diſputatio tam multorum eſt voluminum, ut etiam infinita videatur. * Tu autem *Enchiridion* a nobis poſtulas, id eſt, *quod manu poſſit adſtringi, non quod armaria poſſit onerare*. Ut igitur ad illa tria redeamus, per quæ diximus colendum Deum, fidem, ſpem, caritatem, facile eſt ut dicatur, quid credendum, quid ſperandum, quid amandum ſit: ſed quemadmodum adverſus eorum, qui diverſa ſentiunt, calumnias defendatur, operoſioris uberiorisque doctrinæ eſt; quæ ut habeatur, non brevi Enchiridio manus debet impleri, ſed grandi ſtudio pectus accendi.

** ad q. 2.*

* CAPUT V. *Reſponſio ad q. 3.*

** ad q. 4.*

1. Cor. 3. 11.

* CAPUT VI. *Enchiridion quod mole exiguum poſſit manu contineri.*

CAPUT VII. *Symbolum & oratio Dominica complectitur fidem, ſpem et caritatem.*

2. Nam ecce tibi eſt Symbolum & Dominica oratio; quid brevius auditur, aut legitur? quid facilius memoriæ commendatur? Quia enim de peccato, gravi miſeria premebatur genus humanum, & divina indigebat miſericordia, gratiæ Dei tem-

Joel 2. 32. tempus Propheta prædicens ait, *Et erit, omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit*, propter hoc oratio. Sed Apostolus cum ad ipsam gratiam commendandam hoc propheti-
Rom. 10. 14. cum commemorasset testimonium, continuo subjecit, *Quomodo autem invocabunt, in quem non crediderunt?* propter hoc Symbolum. In his duobus tria illa intuere: Fides credit, spes & caritas orant. Sed sine fide esse non possunt; ac per hoc &
* CAPUT VIII. *Generalis explicatio fidei, spei, & caritatis, & earũ nexus.* fides orat. Propterea quippe dictum est, *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?* * Quid autem sperari potest, quod non creditur? Porro aliquid etiam quod non speratur, credi potest. Quis namque fidelium pœnas non credit impiorum? nec sperat tamen, & quisquis eas imminere sibi credit ac fugaci motu animi exhorret, rectius timere dicitur, quam sperare.
Lucanus 2. Pharsal. Quæ duo quidam distinguens ait, *Liceat sperare timenti*. Non autem ab alio poeta, quamvis meliore, proprie dictum est,
Virgil. 4. Æneid. *Hunc ergo si potui tantum sperare dolorem*. Denique nonnulli in arte grammatica verbi hujus utuntur exemplo ad ostendendam impropriam dictionem, & ajunt, *sperare* dixit, pro *timere*. Est itaque fides & malarum rerum, & bonarum: quia & bona
3. Sent. d. 26. c. Et sicut. creduntur, & mala; & hoc fide bona, non mala. Est etiam fides & præteritarum rerum, & præsentium, & futurarum. Credimus enim Christum mortuum; quod jam præteriit: credimus sedere ad dexteram Patris, quod nunc est: credimus venturum ad judicandum, quod futurum est. Item fides & suarum rerum est, & alienarum. Nam & se quisque credit aliquando esse cœpisse, nec fuisse utique sempiternum; [1] & alios, atque alia: nec solum de aliis hominibus multa, quæ ad religionem pertinent, verum etiam de Angelis credimus. Spes autem nonnisi bonarum rerum est, nec nisi futurarum, & ad eum pertinentium, qui earum spem gerere perhibetur. Quæ cum ita sint, propter has caussas distinguenda erit fides ab spe, sicut vocabulo, ita & rationabili differentia. Nam quod adtinet ad non videre, sive quæ creduntur, sive quæ sperantur, fidei, speique commune est. In epistola quippe ad Hebræos,
Hebr. 11. 1. qua teste usi sunt illustres catholicæ Regulæ defensores, fides
* Ἔλεγχος. esse dicta est, *Convictio rerum quæ non videntur*. Quamvis quando se quisque non verbis, non testibus, non denique ullis argumentis, sed præsentium rerum evidentiæ credidisse, hoc est,

1. *& alios* nempe homines, *atque alia* rerum genera esse cœpisse, nec fuisse sempiterna.

eſt, fidem accommodaſſe dicit, non ita videtur abſurdus, ut recte reprehendatur in verbo, eique dicatur. Vidiſti, ergo non credidiſti; unde putari poteſt non eſſe conſequens, ut non videatur res quæcumque creditur. Sed melius hanc appellamus fidem, quam divina eloquia docuerunt, earum ſcilicet rerum, quæ non videntur. De ſpe quoque ait Apoſtolus, *Rom. 8. 24.* *Spes quæ videtur, non eſt Spes. Quod enim videt quis, quid ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus, per patientiam exſpectamus.* Cum ergo bona nobis futura eſſe creduntur, nihil aliud quam ſperantur. Jam de amore quid dicam, ſine quo fides nihil [1] prodeſt? Spes vero eſſe ſine amore non poteſt. Denique, ut ait Apoſtolus Jacobus, *Et dæmones credunt, & contremiſcunt*: *Jac. 2. 19.* nec tamen ſperant, vel amant; ſed potius quod ſperamus, & amamus credendo venturum eſſe formidant. Propter quod Apoſtolus Paulus fidem, quæ per dilectionem operatur, adprobat atque commendat, *Gal. 5. 6.* quæ utique ſine ſpe non poteſt eſſe. *3. ſent.* Proinde nec amor ſine ſpe eſt, nec ſine amore *d. 23. c.* ſpes, nec utrumque ſine fide. *Si vero.*

CAPUT IX.

Quid credendũ ſervato Symboli ordine deinceps explicatur.

3. Cum ergo quæritur, quid credendum ſit, quod ad religionem pertineat, non rerum natura ita rimanda eſt, quemadmodum ab eis, quos Phyſicos Græci vocant: nec metuendum eſt, ne aliquid de vi & numero elementorum, de motu atque ordine & defectibus Siderum, de figura Cæli, de generibus & naturis animalium, fruticum, lapidum, fontium, fluminum, montium, de ſpatiis locorum & temporum, de ſignis imminentium tempeſtatum, & alia ſexcenta de his rebus, quas illi vel invenerunt, vel inveniſſe ſe exiſtimant, Chriſtianus ignoret: quia nec ipſi omnia repererunt tanto excellentes ingenio, flagrantes ſtudio, abundantes otio, & quædam humana conjectura inveſtigantes, quædam vero hiſtorica experientia preſcrutantes, & in eis quæ ſe inveniſſe gloriantur, [2] plura opinantes potius quam ſcientes. *Non opus eſſe curioſa inquiſitione rerum naturaliũ.* Satis eſt Chriſtiano rerum creatarum cauſſam, ſive cæleſtium, ſive terreſtrium, ſive viſibilium, ſive inviſibilium, non niſi bonitatem credere Creatoris, qui eſt Deus unus, & verus; nullamque eſſe naturam, quæ non aut ipſe ſit, aut ab ipſo: eumque eſſe Tri- *Chriſtiano ſufficere ſi credat a ſumme bona Trinitate omnia creata eſſe, eaque bona.*

1. al. *poteſt*.
2. *Plura opinantes potius quam ſcientes*, de veteribus philoſophis illud dixit S. Auguſtinus, quod merito ſane & noſtra ætate de noſtris recentioribus, ipſorum pace dicam, uſurparetur.

Trinitatem, Patrem scilicet, & Filium a Patre genitum, & Spiritum sanctum ab eodem Patre [1] procedentem, sed unum eumdemque Spiritum Patris & Filii. * Ab hac summe & æqualiter & immutabiliter bona Trinitate creata sunt omnia, nec summe, nec æqualiter, nec immutabiliter bona, sed tamen bona etiam singula: simul vero universa valde bona; quia ex omnibus consistit universitatis admirabilis pulcritudo. * In qua etiam illud, quod malum dicitur, bene ordinatum, & loco suo positum, eminentius commendat bona, ut magis placeant & laudabiliora sint dum comparantur malis. Neque enim Deus omnipotens, quod etiam infideles fatentur, *rerum cui summa potestas*, cum summe bonus sit, ullo modo sineret mali aliquid esse in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens & bonus ut bene faceret & de malo. Quid est autem aliud quod malum dicitur, nisi privatio boni? Nam sicut corporibus animalium nihil est aliud morbis & vulneribus affici, quam sanitate privari: neque enim id agitur, cum adhibetur curatio, ut mala ista, quæ inerant, id est, morbi ac vulnera recedant hinc, & alibi sint; sed utique ut non sint. Non enim ulla substantia, sed carnalis substantiæ vitium est vulnus, aut morbus: cum caro sit ipsa substantia, & profecto aliquod bonum, cui accidunt ista mala, id est, privationes ejus boni, quod dicitur sanitas: ita & animorum quæcumque sunt vitia, naturalium sunt privationes bonorum: quæ cum sanantur, non aliquo transferuntur; sed ea quæ ibi erant, nusquam erunt, quando in illa sanitate non erunt.

*CAPUT X. *Contra Manichæorum hæresim de origine mali.* Gen. 1. 31.

* CAPUT XI. *Mala cur esse sinat Deus.* Virgil. Æneid. 10. 1. Sent. d. 46. c. Quod vero. *Malum nihil aliud nisi privatio boni.* 2. sent. d. 34. c. Ostensa, & dist. 35. c. Quocirca.

CAPUT XII. *Creaturæ omnes bonæ, sed quia non summe bonæ, ideo corruptibiles.*

4. Naturæ igitur omnes, quoniam naturarum prorsus omnium Conditor summe bonus est, bonæ sunt: sed quia non sicut earum Conditor summe atque incommutabiliter bonæ sunt, ideo in eis & minui bonum, & augeri potest. Sed bonum minui malum est: quamvis, quantumcumque minuatur, remaneat aliquid necesse est, (si adhuc natura est), unde natura sit. Neque enim, si qualiscumque, & quantulacumque natura est, consumi bonum quo natura est, nisi & ipsa consumatur, potest. Merito quippe natura incorrupta laudatur: porro si & incorruptibilis sit, quæ corrumpi omnino non possit, multo est procul dubio laudabilior. Cum vero corrumpitur, ideo malum est ejus corruptio, quia eam qualicumque privat bono: nam

1. al. *ab eodem Patre & Filio procedentem.*

nam si nullo bono privat, non nocet: nocet autem, adimit igitur bonum. Quamdiu itaque natura corrumpitur, inest ei bonum, quo privetur: ac per hoc si naturæ aliquid remanebit, quod jam corrumpi nequeat, profecto natura incorruptibilis erit, & ad hoc tam magnum bonum corruptione perveniet. At si corrumpi non desinet, nec bonum habere utique desinet, quo eam possit privare corruptio. Quam si penitus totamque consumserit, ideo nullum bonum inerit, quia natura nulla erit. Quocirca bonum consumere corruptio non potest, nisi consumendo naturam. Omnis ergo natura bonum est, magnum si corrumpi non potest, parvum si potest: negari tamen bonum esse, nisi stulte atque imperite prorsus non potest. Quæ si corruptione consumitur, nec ipsa corruptio remanebit, nulla ubi esse possit subsistente natura. *Ac per hoc nullum est, quod dicitur malum, si nullum sit bonum. Sed bonum omni malo carens, integrum bonum est: cui vero inest malum, vitiatum vel vitiosum bonum est: nec malum umquam potest esse ullum, ubi bonum est nullum. Unde res mira conficitur, ut quia omnis natura, in quantum natura est, bonum est; nihil aliud dici videatur, cum vitiosa natura mala esse natura dicitur, nisi malum esse quod bonum est: nec malum esse, nisi quod bonum est; quoniam omnis natura bonum est, nec res aliqua mala esset, si res ipsa, quæ mala est, natura non esset. Non igitur potest esse malum, nisi aliquod bonum. Quod cum dici videatur absurde, connexio tamen ratiocinationis hujus velut inevitabiliter nos compellit hoc dicere. Et cavendum est nobis, ne incidamus in illam propheticam sententiam, ubi legitur, *Væ iis qui dicunt quod bonum est malum, & quod malum est bonum; qui dicunt tenebras lucem, & lucem tenebras; qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce*. Et tamen Dominus ait, *Malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala*. Quid est autem malus homo, nisi mala natura, quia homo natura est? Porro si aliquod bonum est, quia natura est, quid est malus homo, nisi malum bonum? Tamen cum duo ista discernimus, invenimus nec ideo malum quia homo est, nec ideo bonum quia iniquus est; sed bonum quia homo, malum quia iniquus. Quisquis ergo dicit, Malum est hominem esse, aut Bonum est iniquum esse: ipse incidit in propheticam illam sententiam, *Væ iis qui dicunt*

** CAPUT XIII. Nullũ malum, nisi quod & bonum sit.*

2. Sent. d. 35. c. Item & aliter.

Isai. 5. 20. 2. Sent. d. 34. c. Ad hoc.

Matth. 12. 35. 2. Sent. d. 34. c. Ex quo.

quod bonum est malum, & quod malum est bonum. Opus enim Dei culpat, quod est homo; & vitium hominis laudat, quod est iniquitas. Omnis itaque natura, etiamsi vitiosa est, in quantum natura est, bona est; in quantum vitiosa est, mala est. * Quapropter in iis contrariis, quæ mala & bona vocantur, illa dialecticorum regula deficit, qua dicunt, Nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus enim aer simul est & tenebrosus, & lucidus: nullus cibus aut potus simul dulcis & amarus: nullum corpus simul ubi album, ibi & nigrum; nullum simul ubi deforme, ibi & formosum. Et hoc in multis ac pene in omnibus contrariis reperitur, ut in una re simul esse non possint. Cum autem bona & mala nullus ambigat esse contraria, non solum simul esse possunt, sed mala omnino sine bonis, & nisi in bonis esse non possunt; quamvis bona sine malis possint. Potest enim homo vel angelus non esse injustus: injustus autem non non potest esse nisi homo vel angelus: & bonum est quod homo, bonum quod angelus; malum quod injustus. Et hæc duo contraria ita simul sunt, ut si bonum non esset, in quo * esset, prorsus nec malum esse potuisset: quia non modo ubi consisteret, sed unde oriretur corruptio non haberet, nisi esset quod corrumperetur: quod nisi bonum esset, nec corrumperetur: quoniam nihil est aliud corruptio, quam boni exterminatio. Ex bonis igitur mala orta sunt, & nisi in aliquibus bonis non sunt: nec erat alias unde oriretur ulla mali natura. Nam si esset, in quantum natura esset, profecto bona esset: & aut incorruptibilis natura magnum esset bonum, aut etiam natura corruptibilis nullo modo esset, nisi aliquod bonum, quod bonum corrumpendo posset ei nocere corruptio. * Sed cum mala ex bonis orta esse dicimus, non putetur hoc Dominicæ sententiæ refragari, qua dixit, *Non potest arbor bona fructus malos facere*. Non potest enim, sicut veritas ait, * colligi uva de spinis, quia non potest nasci uva de spinis: sed ex bona terra & vites nasci posse videmus & spinas. Et eodem modo tamquam arbor mala fructus bonos, id est, opera bona, non potest facere voluntas mala: sed ex bona hominis natura oriri voluntas & bona potest & mala: nec fuit prorsus unde primitus oriretur voluntas mala, nisi ex angeli & hominis natura bona. Quod & ipse Dominus eodem loco, ubi de arbore & fructibus loquebatur, apertissime ostendit: ait enim, *Aut*

* CAPUT XIV. *Bonum & malum, licet contraria, simul in eadem re esse posse.* 2. Sent. d. 34. c. Idcoque.

* *supple* malum.

Ex bonis mala, & in bonis.

* CAPUT XV. *Quomodo intelligendum illud,* Non potest arbor bona &c. *Matth.* 7. 18.

* *Ibidem* 16.

2. *Sent.* d. 34. c. Idcoque.

Aut facite arborem bonam & fructum ejus bonum, aut facite arborem malam & fructum ejus malum: ſatis admonens ex arbore quidem bona malos, aut ex mala bonos naſci fructus non poſſe; ex ipſa tamen terra, cui loquebatur, utramque arborem poſſe. *Matth. 12. 33.*

5. Quæ cum ita ſint, quando nobis Maronis ille verſus placet, *Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſſas*: non nobis videatur ad felicitatem conſequendam pertinere, ſi ſciamus cauſſas magnarum in mundo corporalium motionum, quæ abditiſſimis naturæ ſinibus occuluntur, *Unde tremor terris, qua vi maria alta tumeſcant, Obicibus ruptis, rurſuſque in ſe ipſa reſidant*, & cetera hujuſmodi. Sed bonarum & malarum rerum cauſſas noſſe debemus: & id hactenus, quatenus eas homini in hac vita erroribus ærumniſque pleniſſima, ad eoſdem errores & ærumnas evadendas noſſe conceditur. Ad illam quippe felicitatem tendendum eſt, ubi nulla quatiamur ærumna, nullo errore fallamur. Nam ſi cauſſæ corporalium motionum noſcendæ nobis eſſent; nullas magis noſſe, quam noſtræ valetudinis, deberemus. Cum vero eis ignoratis, medicos quærimus, quis non videat, quod de ſecretis cæli & terræ nos latet, quanta ſit patientia neſciendum? * Quamvis enim error quanta poſſumus cura cavendus ſit, non ſolum in majoribus, verum etiam in minoribus rebus, nec niſi rerum ignorantia poſſit errari: non eſt tamen conſequens, ut continuo erret quiſquis aliquid neſcit; ſed quiſquis ſe exiſtimat ſcire, quod neſcit: pro vero quippe adprobat falſum, quod eſt erroris proprium. Verumtamen in qua re quiſque erret, intereſt plurimum. Nam in una eademque re & neſcienti ſciens, & erranti non errans, recta ratione præponitur. In diverſis autem rebus, id eſt, cnm iſte ſciat alia, ille alia: & iſte utiliora, ille minus utilia, vel etiam noxia: quis non in eis, quæ ille ſcit, ei præferat neſcientem? Sunt enim quædam, quæ neſcire quam ſcire ſit melius. Itemque nonnullis errare profuit aliquando, ſed in via pedum, non in via morum. Nam nobis ipſis accidit, ut in quodam bivio falleremur, & non iremus per eum locum ubi opperiens tranſitum noſtrum [1] Donatiſtarum manus arma-

*Caput XVI. Rerū cauſſas noſſe an pertineat ad felicitatem. * Georg. 2.*

** Caput XVII. Error quid ſit.*

Non omnis error noxius.

Auguſtini error felix in bivio.

1. *Circumcelliones armati contra Auguſtinum vias aliquoties obſederunt, teſte Poſſidio in ejus Vita c. 12. ubi hujus etiam recordatur periculi, quod hominis ductoris errore evaſit Auguſtinus.* In nova Pariſienſi Editione.

armata subsederat: atque ita factum est, ut eo quo tendebamus, per devium circuitum veniremus; cognitisque insidiis illorum, nos gratularemur erraffe, atque inde gratias ageremus Deo. Quis ergo viatorem sic errantem non erranti latroni præponere dubitaverit? Et fortaffe ideo apud illum summum poetam loquens quidam miser amator, *Ut vidi*, inquit, *ut perii*, *ut me malus abstulit error*: quoniam est & error bonus, qui non solum nihil obsit, verum etiam prosit aliquid. Sed diligentius considerata veritate, cum aliud nihil sit errare, quam verum putare quod falsum est, falsumque quod verum est; vel certum habere pro incerto, incertumve pro certo, sive falsum, sive sit verum: idque tam sit in animo deforme atque indecens, quam pulcrum & decorum esse sentimus, vel in loquendo, vel etiam in assentiendo, Est, est, Non, non: profecto & ob hoc ipsum est vita misera ista, qua vivimus, quod ei nonnumquam, ut non amittatur, error est necessarius. Absit ut talis sit illa vita, ubi est animæ nostræ ipsa veritas vita; ubi nemo fallit, fallitur nemo. Hic autem homines fallunt atque falluntur, miserioresque sunt cum mentiendo fallunt, quam cum mentientibus credendo falluntur. Usque adeo tamen rationalis natura refugit falsitatem, & quantum potest devitat errorem, ut falli nolint etiam quicumque amant fallere. Non enim sibi qui mentitur videtur errare, sed alium in errorem mittere credentem sibi. Et in ea quidem re non errat quam mendacio contegit, si novit ipse quid verum sit: sed in hoc fallitur, quod putat sibi suum non obesse mendacium; cum magis facienti quam patienti obsit omne peccatum.

Virgil. Eclog. 8. — *Matth. 5. 37.*

CAPUT XVIII. *Mendaciũ omne est peccatum, sed aliud alio gravius. Priscillianistæ redarguuntur.*

6. Verum hic difficillima & latebrosissima gignitur quæstio, de qua jam [1] grandem librum, cum respondendi necessitas nos urgeret, absolvimus: utrum ad officium hominis justi pertineat aliquando mentiri. Nonnulli enim eo usque progrediuntur, ut & pejerare, & de rebus ad Dei cultum pertinen-

1. Duplicem adversus mendacium scripsisse Librum S. Augustinum constat; alterum anno creditur cccxciv, vel insequenti proxime cccxcv. Et hunc *De Mendacio* appellavit, illiusque proprium dedit judicium capite ultimo libri Retractationum primi. Alterum vero ad Consentium directum anno ccccxx, quem vocavit *Contra Mendacium*, quo Priscillianistas illicita jactitantes esse mendacia refutavit; & de quo egit lib. Retractationum secundo cap. lx. De hoc posteriori accipiendus in præsentia S. Augustinus, quemadmodum colligere videtur Priscillianistarum, contra quos liber compositus est, error circa mendacium, qui statim subjungitur.

tinentibus ac de ipſa Dei natura falſum aliquid dicere, nonnumquam bonum piumque opus eſſe contendant. Mihi autem videtur peccatum quidem eſſe omne mendacium, ſed multum intereſſe quo animo, & quibus de rebus quiſque mentiatur. Non enim ſic peccat ille qui conſulendi, quomodo ille qui nocendi voluntate mentitur: aut vero tantum nocet qui viatorem mentiendo in diverſum iter mittit, quantum is qui viam vitæ mendacio fallente depravat. Nemo ſane mentiens judicandus eſt, qui dicit falſum quod putat verum, quoniam quantum in ipſo eſt, non fallit ipſe, ſed fallitur. Non itaque mendacii, ſed aliquantæ temeritatis arguendus eſt, qui falſa incautius credita pro veris habet. Potiuſque e contrario, quantum in ipſo eſt, ille mentitur, qui dicit verum quod putat falſum. Quantum enim ad animum ejus adtinet, quia non quod ſentit hoc dicit, non verum dicit, quamvis verum inveniatur eſſe quod dicit: nec ullo modo liber eſt a mendacio, qui ore neſciens verum loquitur, ſciens autem voluntate mentitur. Non conſideratis itaque rebus ipſis de quibus aliquid dicitur, ſed ſola intentione dicentis, melior eſt qui neſciens falſum dicit, quoniam id verum putat, quam qui mentiendi animum ſciens gerit, neſciens verum eſſe quod dicit. Ille namque non aliud habet in animo, aliud in verbo: huic vero, qualecumque per ſe ipſum ſit quod ab eo dicitur, aliud tamen clauſum eſt in pectore, aliud in lingua promtum eſt; quod malum eſt proprium mentientis. In ipſarum autem quæ dicuntur conſideratione rerum tantum intereſt, qua in re quiſque fallatur ſive mentiatur, ut cum falli quam mentiri minus ſit malum, quantum pertinet ad hominis voluntatem, tamen longe tolerabilius ſit in his, quæ a religione ſunt ſejuncta, mentiri, quam in iis ſine quorum fide vel notitia Deus coli non poteſt, falli. Quod ut illuſtretur exemplis, intueamur quale ſit, ſi quiſpiam dum mentitur, vivere nuntiet aliquem mortuum; & alius dum fallitur, credat iterum Chriſtum poſt quamlibet longa tempora moriturum: nonne illo modo mentiri, quam iſto modo falli incomparabiliter præſtat, multoque minoris mali eſt in illum errorem aliquem inducere, quam in iſtum ab aliquo induci? * In quibuſdam ergo rebus magno, in quibuſdam parvo, in quibuſdam nullo malo, in quibuſdam nonnullo etiam bono fallimur. Nam magno malo fallitur

3. Sent. d. 38. c. Mentiri.

Non mentiri qui neſciens falſum dicit, ſed potius qui verum dicit quod putat falſum.

* CAPUT XIX.

Error alius quidem alio pernicioſior, ſed ſemper eſt malus.

3. Sent. d. 38. c. Illud.

litur homo, cum hoc non credit, quod ad vitam ducit æternam, vel hoc credit quod ad mortem ducit æternam. Parvo autem malo fallitur, qui falſum pro vero approbando incidit in aliquas moleſtias temporales, quibus tamen adhibita [1] fidelis patientia, convertit eas in uſum bonum. Velut ſi quiſquam bonum hominem putando, qui malus eſt, aliquid ab eo patiatur mali. Qui vero malum hominem ita bonum credit, ut nihil ab eo patiatur mali, nullo malo [2] fallitur: nec in eum cadit illa prophetica deteſtatio, *Væ iis qui dicunt quod malum eſt bonum*. De ipſis enim rebus, quibus homines mali ſunt, non de hominibus dictum intelligendum eſt. Unde qui adulterium dicit bonum, recte arguitur illa voce prophetica. Qui vero ipſum hominem dicit bonum, quem putat caſtum, neſcit adulterum, non in doctrina rerum bonarum & malarnm, ſed in occultis humanorum fallitur morum; vocans hominem bonum, in quo putat eſſe, quod eſſe non dubitat bonum, & dicens malum adulterum & bonum caſtum: ſed hunc bonum dicens, neſciendo adulterum eſſe, non caſtum. Porro ſi per errorem evadit quiſque perniciem, ſicut ſuperius dixi nobis in itinere contigiſſe, etiam boni aliquid homini errore confertur. Sed cum dico in quibuſdam rebus nullo malo aliquem, vel nonnullo etiam bono falli; non ipſum errorem dico nullum malum, vel nonnullum bonum; ſed malum quo non venitur, vel bonum quo venitur errando, id eſt, ex ipſo errore quid non eveniat, vel quid proveniat. Nam ipſe per ſe ipſum error aut magnum in re magna, aut parvum in re parva, tamen ſemper eſt malum. Quis enim niſi errans malum neget, adprobare falſa pro veris, aut improbare vera pro falſis, aut habere incerta pro certis, vel certa pro incertis? Sed aliud eſt bonum hominem putare qui malus eſt, quod eſt erroris; & aliud eſt ex hoc malo aliud malum non pati, ſi nihil noceat homo malus, qui eſt putatus bonus. Itemque aliud eſt ipſam viam putare, quæ non eſt ipſa; & aliud eſt ex hoc erroris malo aliquid boni conſequi, velut eſt ab inſidiis malorum hominum liberari.

Iſai. 5. 20. 2. Sent. d. 34. c. Ad hoc.

CAPUT XX.

Non omne genus erroris eſſe peccatum.

7. Neſcio ſane utrum etiam hujuſmodi errores: cum homo de malo homine bene ſentit, qualis ſit neſciens; aut pro eis, quæ per ſenſus corporis capimus, occurrunt ſimilia, quæ ſpiritu

1. al. *fideli*. 2. al. *nullo modo* pro *nullo malo*;

ritu tamquam corpore, aut corpore tamquam spiritu sentiuntur; quale putabat esse Apostolus Petrus, quando existimabat se visum videre, repente de claustris & vinculis per Angelum liberatus: aut in ipsis rebus corporeis lene putatur esse. quod asperum est, aut dulce quod amarum est, aut bene olere quod putidum est, aut tonare cum rheda transit, aut illum esse hominem cum alius sit, quando duo simillimi sibi sunt, quod in geminis saepe contingit; unde ait ille, *Gratusque parentibus error*; & cetera talia etiam Peccata dicenda sint. Nec quaestio nodosissima, quae homines acutissimos Academicos torsit, nunc mihi enodanda suscepta est, utrum aliquid debeat sapiens adprobare, ne incidat in errorem, si pro veris adprobaverit falsa, eum omnia (sicut adfirmant) vel occulta sint, vel incerta. Unde tria confeci volumina in initio [1] conversionis meae, ne impedimento nobis essent, quae tamquam in ostio contradicebant. Et utique fuerat removenda inveniendae desperatio veritatis, quae illorum videtur argumentationibus roborari. Apud illos ergo error omnis putatur esse peccatum, quod vitari non posse contendant, nisi omnis suspendatur assensio. Errare quippe dicunt eum quisquis assentitur incertis; nihilque certum esse in hominum visis, propter indiscretam similitudinem falsi, etiam si quod videtur, forte sit verum, acutissimis quidem, sed impudentissimis conflictationibus disputant. Apud nos autem, *Justus ex fide vivit*. At si tol-

Act. 12. 9.

Virgil. Aeneid. 10.

Academicos refellit, qui ut error vitetur, omnem assensionem suspendi volunt.

Habac. 2. 4.

1. Anno videlicet CCCLXXXVI, quum rejecto Manichaeismo ad Christianorum se conferebat sacra, seque disponebat ad sanctum baptismatis lavacrum. Eo siquidem tempore ad enervanda & penitus submovenda Pyrrhoniorum, sive Scepticorum, quos & Academicos vocant, argumenta animum adjunxit Augustinus, non saecularis eruditionis studio, quod jam ejus in corde deferbuerat; sed quemadmodum ipsemet tum hic innuit, tum capite primo primi Retractationum libri, ut mores everteret antiquos, & effraenatam poneret de omnibus dubitandi licentiam, quam Eleos gente Pyrrhus Anaxarchi discipulus jam a septingentis & amplius annis maximo hominum invexerat malo. Nil esse inter tot tantaque, qua veterum, qua recentiorum placita, sincerae religioni tam inimicum, quam lenis illa ac fallax doctrina, qua monemur sapientis non esse assensum perceptis praebere facilem; qua dicitur verum meditando, cogitando, cognitione assequi nullo modo hominem posse. Atque utinam apud veteres periculosum illud philosophiae genus mansisset saltem! nec superiori proximo seculo ipsimet Christianae religionis sectatores, emollitum licet, et personatum dicam, minime renovavissent! nec nostra qua vivimus aetate vidissemus recentissimorum lucubrationes philosophorum, qui dum cogitandi subtilitate, sermonis elegantia antiquitatem vincere videntur, praesentissimum gravissimumque nobis objiciant periculum; eosque misere decipiunt, quos offendunt aut minus cautos, aut minus in religione firmos! Sano igitur mentis theologus Augustini nondum christiani exemplo sibi caveat; mentem non assuefaciat intolerabili dubitandi usui, quo de omnibus haerere paratus sit; periculum enim grande est, ne quae dubitatio ratione carens humanis in rebus, & ad naturam solum spectantibus, impia evadat divina attingendo, omnemque respuat religionem.

Rom. 1. 17. si tollatur assensio fides tollitur; quia sine assensione nihil creditur. Et sunt vera quamvis non videantur, quæ nisi credantur, ad vitam beatam, quæ nonnisi æterna est, non potest perveniri. Cum istis vero utrum loqui debeamus ignoro, qui non victuros in æternum, sed in præsentia se vivere nesciunt: immo nescire se dicunt, quod nescire non possunt. Neque enim quisquam sinitur nescire se vivere: quando quidem si non vivit, non potest aliquid vel nescire; quoniam non solum scire, verum etiam nescire viventis est. Sed videlicet non assentiendo quod vivant, cavere sibi videntur errorem: cum etiam errando convincantur vivere; quoniam non potest qui non vivit errare. Sicut ergo nos vivere non solum verum, sed etiam certum est: ita vera & certa sunt multa, quibus non assentiri, absit ut sapientia potius, quam dementia nominanda sit.

* CAPUT XXI. *Error non semper peccatum, sed semper malum.*

* In quibus autem rebus nihil interest ad capessendum Dei regnum, utrum credantur, an non; vel utrum vera sive sint sive putentur, an falsa; in his errare, id est, aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum; aut si est, minimum esse atque levissimum. Postremo qualecumque illud & quantumcumque sit, ad illam viam non pertinet, qua

Gal. 5. 6. imus ad Deum: quæ via fides est Christi, quæ per dilectionem operatur. Neque enim ab hac via deviabat in geminis filiis *gratus* ille *parentibus error*: aut ab hac via deviabat Apostolus

Act. 12. 9. Petrus, quando se existimans visum videre, aliud pro alio sic putabat, ut a corporum imaginibus, in quibus se esse arbitrabatur, vera in quibus erat corpora non dignosceret, nisi cum ab illo Angelus, per quem fuerat liberatus, abscessit: aut ab hac via deviabat Jacob patriarcha, quando viventem filium a bestia credebat occisum. In his atque hujusmodi falsitatibus, salva fide, quæ in Deum nobis est, fallimur, & via non relicta, quæ ad illum ducit, erramus: qui errores etiamsi peccata non sint, tamen in malis hujus vitæ deputandi sunt, quæ ita subjecta est vanitati, ut adprobentur hic falsa pro veris, respuantur vera pro falsis, teneantur incerta pro certis. Quamvis enim hæc ab ea fide absint, per quam veram certamque ad æternam beatitudinem tendimus: ab ea tamen miseria non absunt, in qua adhuc sumus. Nullo modo quippe falleremur in aliquo vel animi, vel corporis sensu, si jam vera illa atque perfecta felicitate frueremur.

* CAPUT XXII. *Omne mendacium esse peccatum.*

* Porro autem omne

omne mendacium ideo dicendum eſt eſſe peccatum, quia homo non ſolum quando ſcit ipſe quod verum ſit, ſed etiam ſi quando errat & fallitur ſicut homo, hoc debet loqui quod animo gerit: ſive illud verum ſit, ſive putetur & non ſit. Omnis autem qui mentitur, contra id quod animo ſentit, loquitur voluntate fallendi. Et utique verba propterea ſunt inſtituta, non per quæ ſe homines invicem fallant, ſed per quæ in alterius quiſque notitiam cogitationes ſuas perferat. Verbis ergo uti ad fallaciam, non ad quod inſtituta ſunt, peccatum eſt. Nec ideo ullum mendacium putandum eſt non eſſe peccatum, quia poſſumus aliquando alicui prodeſſe mentiendo. Poſſumus enim & furando [1], ſi pauper cui palam datur, ſentit commodum, & dives cui clam tollitur, non ſentit incommodum: nec ideo tale furtum quiſquam dixerit non eſſe peccatum. Poſſumus & adulterando, ſi aliqua, niſi ad hoc ei conſentiatur, appareat amando moritura, & ſi vixerit, pœnitendo purganda: nec ideo peccatum negabitur tale adulterium. Si autem merito nobis placet caſtitas, quid offendit veritas, ut propter alienam utilitatem illa non violetur adulterando, & violetur iſta mentiendo? [2] Plurimum quidem ad bonum profeciſſe homines, qui nonniſi pro ſalute hominis mentiuntur, non eſt negandum: ſed in eorum tali profectu merito laudatur, vel etiam temporaliter remuneratur benevolentia, non fallacia, quæ ut agnoſcatur ſat eſt, non ut etiam prædicetur, maxime in heredibus Teſtamenti novi, quibus dicitur, *Sit in ore veſtro, Eſt, eſt; Non, non: quod enim amplius eſt, a malo eſt*. Propter quod malum, quia ſubrepere in hac mortalitate non deſinit, etiam ipſi coheredes Chriſti dicunt, *Dimitte nobis debita noſtra*.

3. Sent. d. 38. c. Sciendum, & 6. Mentiri.

Matth. 5. 37.

Matth. 6. 12.

CAPUT XXIII.

Cauſſa rerum bonarum bonitas Dei, malarum voluntas deficiens boni mutabilis.

2. Sent. d. 34. c. Mala.

8 His itaque pro hujus brevitatis neceſſitate tractatis, quoniam cauſſæ cognoſcendæ ſunt rerum bonarum & malarum, quantum viæ ſatis eſt, quæ nos perducat ad regnum, ubi erit vita ſine morte, ſine errore veritas, ſine perturbatione felicitas: nequaquam dubitare debemus, rerum quæ ad nos pertinent bonarum cauſſam non eſſe niſi bonitatem Dei; malarum vero ab immutabili bono deficientem boni mutabilis voluntatem, prius angeli, hominis

1. al. *& furando aliquando prodeſſe, ſi pauper &c.*

2. Editi antiquiores libri ibi hæc inſerunt quæ ſequuntur: *Non ideo mendacium poterit aliquando laudari, quia nonnunquam pro ſalute quorumdam mentimur. Peccatum ergo eſt, ſed veniale, quod benevolentia excuſat, & ideo fallacia damnat.* Qui ſane locus Auguſtino indignus virorum animadverſione ab omnibus prope membranis abeſt.

postea. * Hoc primum est creaturæ rationalis malum, id est, prima privatio boni: deinde jam etiam nolentibus subintravit ignorantia rerum agendarum, & concupiscentia noxiarum, quibus comites subinferuntur error, & dolor: quæ duo mala quando imminentia sentiuntur, ea fugitantis animi motus vocatur metus. Porro animus, cum adipiscitur concupita quamvis perniciosa vel inania, quoniam id errore non sentit, vel delectatione morbida vincitur, vel vana etiam lætitia ventilatur. Ex his morborum, non ubertatis, sed indigentiæ tamquam fontibus omnis miseria naturæ rationalis emanat.

CAPUT XXIV. Secunda malorum caussa, ignorantia & concupiscentia.

* Quæ tamen natura in malis suis non potuit amittere beatitudinis appetitum. Verum hæc communia mala sunt & hominum, & angelorum pro sua malitia Domini justitia damnatorum. Sed homo habet & pœnam propriam, qua etiam corporis morte punitus est. Mortis ei quippe supplicium Deus comminatus fuerat, si peccaret; sic eum munerans libero arbitrio, ut tamen regeret imperio, terreret exitio; atque in Paradisi felicitate tamquam in umbra vitæ, unde justitia custodita in meliora conscenderet, collocavit.

CAPUT XXV. Pœna peccatis irrogata.

Gen. 2.17

* Hinc post peccatum exsul effectus, stirpem quoque suam, quam peccando in se tamquam in radice vitiaverat, pœna mortis & [1] damnationis obstrinxit: ut quidquid prolis ex illo, & simul damnata per quam peccaverat conjuge, per carnalem concupiscentiam, in qua inobedientiæ pœna similis retributa est, nasceretur, traheret originale peccatum, quo traheretur per errores doloresque diversos ad illud extremum cum desertoribus angelis vitiatoribus & possessoribus & consortibus suis sine fine supplicium. Sic *per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines pertransiit*, [2] *in quo omnes peccaverunt*. Mundum quippe appellavit eo loco Apostolus universum genus humanum.

CAPUT XXVI. Peccati Adæ pœna in tota ipsius stirpe.

Contra Pelagianos.

Rom. 5.12.

* Ita ergo se res habebat: jacebat in malis, vel etiam volvebatur, & de malis in mala præcipitabatur totius humani gene-

CAPUT XXVII. Hominis conditio post Adæ peccatum.

1. *al. & damnatione.*

2. En unum de præcipuis religionis nostræ dogmatibus, & majoris partis theologiæ veluti fundamentum quoddam; propagatio nimirum peccati originis, quam propagationem Pelagiani negabant delirantes Adam peccando sibi tantum intulisse damnum, non autem nobis posteris suis. Hoc in Augustini loco, ut multa prætercam, quæ passim a theologis expendantur, illud animadvertatur velim, s. Pauli ad Romanos scribentis testimonium, *in quo omnes peccaverunt*, usurpari eo sensu, ea ratione, non qua illud interpretari annisi sunt qua veteres quæ novi Pelagiani, ut illud idem a re præsenti ad aliam traducerent, nosque vetarent illius uti auctoritate quando egimus de originalis noxæ propagatione; sed usurpari uti a theologis communiter adhibetur statuentibus in Adam omnes homines, non imitatione quadam, sed revera peccavisse.

generis massa damnata; & adjuncta parti eorum, qui peccaverant angelorum, luebat impiæ desertionis dignissimas pœnas. Ad iram quippe Dei pertinet justam, quidquid cæca, & indomita concupiscentia faciunt libenter mali, & quidquid manifestis opertisque pœnis patiuntur inviti: non sane Creatoris desistente bonitate & malis angelis subministrare vitam vivacemque potentiam, quæ subministratio si auferatur, interibunt; & hominum, quamvis de propagine vitiata damnataque nascentium, formare semina, & animare, ordinare membra, per temporum ætates, per locorum spatia vegetare sensus, alimenta donare. Melius enim judicavit de malis bene facere, quam mala nulla esse permittere. Et si quidem in melius hominum reformationem nullam prorsus esse voluisset, sicut impiorum nulla est angelorum, nonne merito fieret, ut natura quæ Deum deseruit, quæ præceptum sui Creatoris, quod custodire facillime posset, sua male utens potestate calcavit, atque transgressa est, quæ in se sui Conditoris imaginem ab ejus lumine contumaciter aversa violavit, quæ salubrem servitutem ab ejus legibus male libero abrupit arbitrio, universa in æternum desereretur ab eo, & pro suo merito pœnam penderet sempiternam? Plane ita faceret, si tantum justus, non etiam misericors esset, suamque indebitam misericordiam multo evidentius in indignorum potius liberatione monstraret.

1. Sent. di 46. c. Quod vero. Hominis reformatio ex sola Dei misericordia.

CAPUT XXVIII. *Dejectis desertoribus angelis, ceteri in beatitudinem firmati.*

9. Angelis igitur aliquibus impia superbia deserentibus Deum, & in hujus aëris imam caliginem de superna cælesti habitatione dejectis, residuus numerus angelorum in æterna cum Deo beatitudine & sanctitate permansit. Neque enim ex uno angelo lapso atque damnato ceteri propagati sunt, ut eos, sicut homines, originale malum obnoxiæ successionis vinculis obligaret, atque universos traheret ad debitas pœnas: sed eo qui diabolus factus est, cum sociis impietatis elato, & ipsa cum eis elatione prostrato, ceteri pia obedientia Domino cohæserunt, accipientes etiam, quod illi non habuerunt, certam scientiam, qua essent de sua sempiterna & numquam casura stabilitate securi. * Placuit itaque universitatis creatori atque moderatori Deo, ut quoniam non tota multitudo Angelorum Deum deserendo perierat, ea quæ perierat in perpetua perditione remaneret: quæ autem cum Deo, illa deserente, perstiterat, de sua certissime cognita semper futura felicitate gau-

CAPUT XXIX. *In locum angelorum ejectorum succedit pars hominum reparata.*

gauderet: alia vero creatura rationalis, quæ in hominibus erat, quoniam peccatis atque suppliciis & originalibus & propriis tota perierat, ex ejus parte reparata, quod angelicæ societati ruina illa diabolica minuerat, suppleretur. Hoc enim promissum est resurgentibus sanctis, quod erunt æquales angelis Dei. Ita superna Jerusalem mater nostra, civitas Dei, nulla civium suorum numerositate fraudabitur, aut uberiore etiam copia fortasse regnabit. Neque enim numerum aut sanctorum hominum, aut immundorum dæmonum novimus, in quorum locum succedentes filii sanctæ matris [1], quæ sterilis apparebat in terris, in ea pace de qua illi ceciderunt, sine ullo temporis termino permanebunt. Sed illorum civium numerus, sive qui est, sive qui futurus est, in contemplatione est ejus artificis, qui *vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt*, atque in mensura & numero & pondere cuncta disponit. * Verum hæc pars generis humani, cui liberationem Deus regnumque promisit æternum, numquid meritis operum suorum reparari potest? Absit. Quid enim boni operatur perditus, nisi quantum fuerit a perditione liberatus? Numquid libero voluntatis arbitrio? Et hoc absit: nam libero arbitrio male utens homo, & se perdidit & ipsum. Sicut enim qui se occidit, utique vivendo se occidit, sed se occidendo non vivit, nec seipsum poterit resuscitare cum occiderit: ita cum libero peccaretur arbitrio, victore peccato [2] amissum est liberum arbitrium: *A quo*

[*Lucæ* 20. 36.]
[2. *Sent. d.* 9. c. A quibusdam.]
[*V. lib.* 22. *de Civit. Dei cap.* 1.]
[*Isai.* 54. 1.]
[*Rom.* 4. 17.]
[*Sap* 11. 21.]

CAPUT XXX.

Non meritis, nec libero arbitrio reparari homines, sed gratia.

[2. *Sent. d.* 25. c. Unde manifestum.]

[1]. al. *sanctæ matris Ecclesiæ*.

[2]. Amissum esse liberum hominis arbitrium, & quidem mortis genere quodam esse amissum, quod nimirum, peccando dum viveret seipsum occiderit, tum ibi affirmat s. Augustinus, tum alibi non semel suis in scriptis similibus utens loquendi scribendive modis. Ejusmodi loca collegit e re sua Jansenius de statu agens naturæ lapsæ. Eorum alter huic præsenti affinis nobis occurret infra ad caput 21. libri xiv. de Civitate Dei. Amissum prorsus & omnino, ac omni modo, esse primi parentis lapsu liberum hominis arbitrium, ut dicamus non patitur qui cunctis inest hominibus rectæ rationis igniculus. Non sinit sacra Christi Religio; non quot sunt aut extitere hactenus sana mentis theologi. Non sinit ipsemet Augustinus, qui illud vel millies suis doctrinis, suisque in scriptis conceptissimis adstruit verbis, defendit, propugnat. Ne multa brevi in adnotatione congeramus, ad rem suadendam satis erit in memoriam revocare, quæ ipse non semel docuit de notione & natura peccati non originis solum, sed & illius quod mortales frequenter peccamus. *Peccatum in eo non esse, quod nullo modo caveri potest. Peccatum voluntarium esse malum, ut nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium. Peccatum esse voluntatem retinendi vel consequendi quod justitia vetat, & unde liberum est abstinere.* Sententiæ hæ sunt Augustini, quæ theologorum ore & calamo passim teruntur; quæque, si bene perpendas, ita liberum in homine declarant arbitrium, non solum ut omnem excludat extrinsecam eidem homini coactionem, sed ut & expers sit internæ cujusvis ad unum aliquod determinationis; integramque servet inter duo vel plura, sibi invicem opposita licet, eligendi vim, facultatem, & indifferentiam ut ajunt. Hæc, pauca quamvis, satis tamen demonstrant s. Augustinum nusquam in animo habuisse vere & prorsus Adam peccante amissum esse liberum arbi-

quo enim quis devictus est, huic & servus addictus est. Petri certe Apostoli est ista sententia, quæ cum vera sit, qualis quæso potest servi addicti esse libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim servit, qui sui domini voluntatem libenter facit. Ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati servus est. Unde ad juste faciendum liber non erit, nisi a peccato liberatus esse justitiæ cœperit servus. Ipsa enim est vera libertas propter recti facti [1] lætitiam, simul & pia servitus propter præcepti obedientiam. Sed ad bene faciendum ista libertas unde erit homini addicto & vendito, nisi redimat cujus illa vox est, *Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis*? Quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quisquam de libero arbitrio in bono glorietur opere, qui nondum est liber ad operandum bene, nisi se vana superbia inflatus extollat? quam cohibet Apostolus dicens, *Gratia salvi facti estis per fidem*. * Et ne ipsam sibi saltem fidem sic

2. Petr. 2. 19.

2. Sent. d. 25. c. Istā libertatem

Joan. 8. 36.

Ephes. 2. 8.

CAPUT XXXI.

Fides & opera bona ex Dei dono.

arbitrium, ac emortuum velati gelidumve cadaver in posteros transiisse. Quod & vere diceremus quamvis nos lateret quo sensu S. ille Doctor periisse dixerit liberum hominis arbitrium. Verum nec illud ignoramus, Amissum dixit & heic & alibi s. Augustinus liberum arbitrium non quatenus naturalis est facultas ad ea quæ naturæ fines non excedunt ordinata per se: sed quod peccando gratiam amisit supernaturalem, cæleste illud Dei Donum, sine quo bonum supernaturalis ordinis, ducens nempe ad æternam beatamque vitam operari nec poterat, nec potest modo nisi gratia amissa ei reddatur. Hac ratione, eamque ob rem merito dictum est amissam esse liberum hominis arbitrium, seipsum occidisse. Pelagianum est dicere liberum hominis arbitrium nulla Dei gratia, nullo cælesti auxilio præventum adjutumque, valere ad bonum naturalem excedens rerum ordinem prosequendum, Hanc enim vim potestatemve a gratia Dei habebat, quam amisit seipsum dum peccando occidit. At accedente iterum Dei gratia ad vitam revocatur quodammodo, & illud quod præstare per se non valebat, mortuum enim jacebat, redivivum operatur. Hunc esse germanum Augustini sensum amissum dicentis liberum arbitrium ignorat nemo, qui ipsius evolvendis libris aliquam navaverit operam. Sane ille in suo libro ad Bonifacium primo, capite secundo refellens Juliani epistolam qua vitio ipsi vertebatur, quod doceret primi hominis peccato liberum periisse arbitrium, se ipsum vindicat suamque doctrinam hisce verbis: *Quis autem nostrum dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem periit per peccatum, sed illa quæ in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate justitiam; propter quod natura humana divina indiget gratia, dicente Domino* (Joan. 8. 36.) *si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis: utique liberi ad bene justeque vivendum. Nam liberum arbitrium usque adeo in peccatore non periit, ut per illud peccent, maxime omnes qui cum delectatione peccant, & amore peccati, hoc eis placet, quod eos libet. &c.* Locum s. Augustini hujus generis alterum invenies & in libro ejusdem secundo ad eumdem Bonifacium capite quinto. Quibus sane liquet quo sensu Augustinum accipere debeamus dicentem amissum esse, & periisse liberum hominis arbitrium. Ceterum ad bonum supernaturale agendum post Adæ peccatum requirit idem Augustinus Dei gratiam uberiorem validioremque præ illa, qua homini opus erat ad idem patrandum bonum in statu naturæ innocentis; quod liberum arbitrium peccando non solam necessariam ipsi gratiam amisit; sed obnoxium insuper se reddidit difficillimis salebrosissimisque ad bonum illius generis agendum impedimentis, ignorantiæ nimirum atque inordinatæ concupiscentiæ. At res isthæc non hujus, sed alterius esse videtur loci.

1. Al. *propter recte facti licentiam*. Al *propter recti faciendi licentiam*. Hic subjungunt Maurini Editores, *Legendum videtur propter recte facti libentiam*.

ſic arrogarent, ut non intelligerent divinitus eſſe donatam, ſi-
cut idem Apoſtolus alio loco dicit, ſe ut fidelis eſſet miſeri-
cordiam conſecutum; hic quoque adjunxit, atque ait, *Et hoc*
1. Cor. 7. 25. *non ex vobis, ſed Dei donum eſt, non ex operibus quæ fecimus; ne*
forte quis extollatur. Et ne putarentur fidelibus bona opera
Epheſ. 2. 10. defutura, rurſus adjecit, *Ipſius enim ſumus figmentum creati in*
Chriſto Jeſu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis
ambulemus. Tunc ergo efficimur vere liberi, cum Deus nos
fingit, id eſt, format & creat, non ut homines, quod jam
fecit, ſed ut boni homines ſimus, quod nunc gratia ſua facit:
Gal. 6. 15. ut ſimus in Chriſto Jeſu nova creatura, ſecundum quod dictum
Pſ. 50. 12. eſt, *Cor mundum crea in me Deus*. Neque enim cor ejus, quan-
tum pertinet ad naturam cordis humani, non jam creaverat
CAPUT XXXII. *Bona voluntas a Deo.* Deus. * Item ne quiſquam, & ſi non de operibus, de ipſo glo-
rietur libero arbitrio voluntatis, tamquam [1] ab ipſo incipiat
meritum, cui tamquam debitum reddatur præmium, bene o-
perandi ipſa libertas; audiat eundem gratiæ præconem dicen-
Philip. 2. 13. tem, *Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & operari pro*
bona voluntate. Et alio loco, *Igitur non volentis, neque curren-*
Rom. 9. 16. *tis, ſed miſerentis eſt Dei*. Cum procul dubio, ſi homo ejus æ-
tatis eſt ut ratione jam utatur, non poſſit credere, ſperare,
diligere, niſi velit, nec pervenire ad palmam ſupernæ voca-
Philip. 3. 14. tionis Dei, niſi voluntate cucurrerit. Quomodo ergo *non vo-*
Prov. 8. 35. ſec. LXX. *lentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*, niſi quia & ipſa
voluntas, ſicut ſcriptum eſt, *a Domino præparatur*? Alioquin ſi
propterea dictum eſt, *Non volentis, neque currentis, ſed miſe-*
rentis eſt Dei, quia ex utroque fit, id eſt, & voluntate hominis
2. Sent. d. 26. c. Voluntatem. & miſericordia Dei: ut ſic dictum accipiamus, *Non volentis,*
neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, tamquam diceretur,
Non ſufficit ſola voluntas hominis, ſi non ſit etiam miſericor-
dia Dei: Non ergo ſufficit & ſola miſericordia Dei, ſi non
ſit etiam voluntas hominis: ac per hoc ſi recte dictum eſt,
Non volentis hominis, ſed miſerentis eſt Dei, quia id voluntas ho-
minis ſola non implet; cur non & e contrario recte dicitur, Non
miſerentis eſt Dei, ſed volentis eſt hominis, quia id miſericordia
Dei ſola non implet? Porro ſi nullus dicere Chriſtianus audebit,
Non miſerentis eſt Dei, ſed volentis eſt hominis, ne Apoſto-
lo apertiſſime contradicat: reſtat ut propterea recte dictum
intel-

1. Hæc & quæ hoc in capite deinde ſequuntur vel maxime faciunt adverſus Semipelagianos.

intelligatur, *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*, ut totum Deo detur, qui hominis voluntatem bonam & præparat adjuvandam, et adjuvat præparatam. Præcedit enim bona voluntas hominis multa Dei dona, sed non omnia: quæ autem non præcedit ipsa misericordia, in eis est & ipsa. Nam utrumque legitur in sanctis eloquiis, & *Misericordia ejus præveniet me*; &, *Misericordia ejus subsequetur me*. Nolentem prævenit, ut velit; volentem subsequitur, ne frustra velit. Cur enim admonemur orare pro inimicis nostris, utique nolentibus pie vivere, [1] nisi ut Deus in illis operetur & velle? Itemque cur admonemur petere, ut accipiamus, nisi ut ab illo fiat quod volumus, a quo factum est ut velimus? Oramus ergo pro inimicis nostris, ut misericordia Dei præveniat eos, sicut prævenit & nos: oramus autem pro nobis, ut misericordia ejus subsequatur nos.

2. Sent. d. 26. c. Ipsa tamen. Psal. 58. 11. Psal. 22. 6. Matth. 5. 44. Matt. 7. 7.

10. Tenebatur itaque justa damnatione genus humanum, & omnes erant iræ filii. De qua ira scriptum est, *Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus: anni nostri sicut aranea meditabuntur*. De qua ira dicit etiam Job, *Homo enim natus ex muliere, brevis vitæ, & plenus iræ*. De qua ira dicit & Dominus Jesus, *Qui credit in Filium, habet vitam æternam; qui autem non credit in Filium, non habet vitam, sed ira Dei manet super eum*: non ait, veniet, sed *manet*. Cum hac quippe omnis homo nascitur. Propter quod dicit Apostolus, *Fuimus enim & nos natura filii iræ, sicut & ceteri*. In hac ira cum essent homines per originale peccatum, tanto gravius & perniciosius, quanto majora vel plura insuper addiderant, necessarius erat mediator, hoc est, reconciliator, qui hanc iram sacrificii singularis, cujus erant umbræ omnia sacrificia Legis & Prophetarum, oblatione placaret. Unde dicit Apostolus, *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati nunc* * *in sanguine ejus salvi erimus ab ira per ipsum*. Cum autem Deus irasci dicitur, non ejus significatur perturbatio, qualis est in animo irascentis hominis: sed ex humanis motibus translato vocabulo, vindicta ejus quæ nonnisi justa est, iræ nomen accepit. Quod ergo per mediatorem reconciliamur Deo, & accipimus Spiritum sanctum, ut ex inimicis efficiamur Filii Dei, *Quotquot enim Spiritu*

CAPUT XXXIII. *Homines natos omnes iræ filios extitisse reconciliatore Christo.*

*Psal. 89. 9. * Iob 14. 1. Ioan. 3. 36. Ephes. 2. 3. Rom. 5. 10. * Ibid. 9. Ira Dei quid. Rom. 8. 14.*

1. *Al. nisi Deus in illis operetur ut velint.*

* CAPUT XXXIV. *Christus mediator ineffabili Verbi incarnatione natus ex Maria.* *Joan.* 1.14.

Contra Apollinaristas. *Rom.* 3.20.

ritu Dei aguntur, hi Filii sunt Dei: hæc est gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. * De quo mediatore longum est, ut quanta dignum est, tanta dicantur, quamvis ab homine dici digne non possint. Quis enim hoc solum congruentibus explicet verbis, quod *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*, ut crederemus in Dei Patris omnipotentis unicum Filium natum de Spiritu sancto & Maria Virgine? Ita quippe Verbum caro factum est, a divinitate carne suscepta, non in carnem divinitate mutata. Carnem porro hic hominem debemus accipere, a parte totum significante locutione: sicut dictum est, *Quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro*, id est omnis homo. Nam nihil naturæ humanæ in illa susceptione fas est dicere defuisse; sed naturæ ab omni peccati nexu omni modo liberæ: non qualis de utroque sexu nascitur per concupiscentiam carnis cum obligatione delicti, cujus reatus regeneratione diluitur; sed qualem de Virgine nasci oportebat, quem fides matris, non libido conceperat: quo si vel nascente corrumperetur ejus integritas, non jam ille de Virgine nasceretur; eumque falso, quod absit, natum de Virgine Maria tota confiteretur Ecclesia; quæ imitans ejus matrem quotidie parit membra ejus, & virgo est. Lege, si placet, de Virginitate Sanctæ Mariæ meas litteras ad illustrem virum, quem cum honore ac dilectione nomino, Volusianum. * Proinde Christus Jesus Dei Filius, est & Deus & homo. Deus ante omnia sæcula, homo in nostro sæculo. Deus, quia Dei Verbum, *Deus* enim *erat Verbum*: homo autem, quia in unitatem personæ accessit Verbo anima rationalis & caro. Quocirca in quantum Deus est, ipse & Pater unum sunt: in quantum autem homo est, Pater major est illo. Cum enim esset unicus Dei Filius non gratia, sed natura, ut esset etiam plenus gratia, factus est & hominis Filius: idemque ipse utrumque ex utroque unus Christus. Quia *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est*, quod natura erat, id est, *esse æqualis Deo. Exinanivit* autem *se, accipiens formam servi*, non amittens, vel minuens formam Dei. Ac per hoc & minor est factus, & mansit æqualis, utrumque unus, sicut dictum est: sed aliud propter Verbum, aliud propter hominem: propter Verbum æqualis Patri, propter hominem minor. Unus Dei Filius, idemque hominis Filius; unus hominis Filius, idem-

Epist. 137. CAPUT XXXV. *Christus Deus simul & homo.* *Joan.* 1. 1. *Joa.* 10. 30. *Joa.* 14. 28. *Contra errorem qui Leporii & postea Nestorianorum fuit.* *Philip.* 2. 6. & 7.

idemque Dei Filius: non duo Filii Dei Deus & homo, sed unus Dei Filius: Deus sine initio, homo a certo initio, Dominus noster Jesus Christus.

CAPUT XXXVI. *Gratia commendata in homine Christo ad dignitatem Filii Dei nullis meritis evecto.*

11. Hic omnino granditer & evidenter Dei gratia commendatur. Quid enim natura humana in homine Christo meruit, ut in unitatem personæ unici Filii Dei singulariter esset assumta? Quæ bona voluntas, cujus boni propositi studium, quæ bona opera præcesserunt, quibus mereretur iste homo, una fieri persona cum Deo? Numquid antea fuit homo, & hoc ei singulare beneficium præstitum est, cum singulariter promereretur Deum? Nempe ex quo esse homo cœpit, non aliud cœpit esse homo quam Dei Filius: & hoc unicus, & propter Deum Verbum, quod illo suscepto caro factum est, utique Deus: ut quemadmodum est una persona quilibet homo, anima scilicet rationalis & caro, ita sit Christus una persona, Verbum & homo. Unde naturæ humanæ [1] tanta gloria, nullis præcedentibus meritis sine dubitatione gratuita, nisi quia magna hic & sola Dei gratia fideliter, & sobrie considerantibus evidenter ostenditur, ut intelligant homines per eamdem gratiam se justificari a peccatis, per quam factum est ut homo Christus nullum habere posset peccatum? Sic & ejus matrem Angelus salutavit, quando ei futurum adnuntiavit hunc partum: *Ave*, inquit, *gratia plena*. Et paulo post, *Invenisti*, ait, *gratiam apud Deum*. Et hæc quidem gratia plena, & invenisse apud Deum gratiam dicitur, ut Domini sui, immo omnium Domini mater esset. De ipso autem Christo Joannes Euangelista cum dixisset, *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis; & vidimus*, inquit, *gloriam ejus quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ, & veritatis*. Quod ait, *Verbum caro factum est*: hoc est, *plenum gratiæ*. Quod autem ait, *gloriam unigeniti a Patre*: hoc est, *plenum veritatis*. Veritas quippe ipsa, unigenitus Dei Filius, non gratia, sed natura, gratia suscepit hominem tanta unitate personæ, ut idem ipse esset etiam hominis Filius. * Idem namque Jesus Christus Filius Dei unigenitus, [2] id est unicus, Dominus noster, natus est de Spiritu sancto & virgine Maria. Et utique Spiritus sanctus Dei donum est, quod quidem & ipsum est æquale donanti: & ideo Deus est etiam Spiritus sanctus, Patre Filioque non minor.

3. Sent. d. 6. c. Et nc.

Luc. 1. 28. & 30.

CAPUT XXXVII. *Nativitas Christi eo quod est de Spiritu S. gratiam demonstrat*

1. Al. *tanta gratia*. 2. Al. *idem*.

Ex hoc ergo quod de Spiritu sancto est secundum hominem nativitas Christi, quid aliud quam ipsa gratia demonstratur? Cum enim Virgo quæsivisset ab Angelo, quomodo id fieret quod ei nuntiabat, quando quidem illa virum non cognosceret: respondit Angelus, *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus*
Luc. 1. 35. *Altissimi obumbrabit tibi; ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*. Et Joseph cum vellet eam dimittere, suspicatus adulteram, quam sciebat non de se gravidam, tale respon-
Matt. 1. 20. sum ab Angelo accepit: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*: id est, quod tu esse de alio viro suspicaris, de Spiritu sancto est.

CAPUT XXXVIII. Christus de Spiritu sancto non ut de patre natus, sed de Maria ut de matre. 3. Sent. d. 4. c. Sed non.

12. Numquid tamen ideo dicturi sumus patrem hominis Christi esse Spiritum sanctum, ut Deus Pater Verbum genuerit, Spiritus sanctus hominem, ex qua utraque substantia Christus unus esset, & Dei Patris Filius secundum Verbum, & Spiritus sancti Filius secundum hominem: quod eum Spiritus sanctus tamquam pater ejus de matre Virgine genuisset? Quis hoc dicere audebit? Nec opus est ostendere disputando quanta alia sequantur absurda, cum hoc ipsum jam ita sit absurdum, ut nullæ fideles aures id valeant sustinere. Proinde sicut confitemur, Dominus noster Jesus Christus, qui de Deo Deus, homo autem natus est de Spiritu sancto & virgine Maria, utraque substantia, divina scilicet atque humana, Filius est unicus Dei Patris omnipotentis, de quo procedit Spiritus sanctus. Quomodo ergo dicimus Christum natum de Spiritu sancto, si non eum genuit Spiritus sanctus? An quia fecit eum? Quoniam
Joan. 1. 3. Dominus noster Jesus Christus in quantum Deus est, *omnia per ipsum facta sunt*: in quantum autem homo est, & ipse fa-
Rom. 1. 3. 3. Sent. d. 4. c. 1. ctus est, sicut Apostolus dicit, *Factus est ex semine David secundum carnem*. Sed cum illam creaturam, quam Virgo concepit & peperit, quamvis ad solam personam Filii pertinentem, tota Trinitas fecerit, neque enim separabilia sunt opera Trinitatis, cur in ea facienda solus Spiritus sanctus nominatus est? An & quando unus trium in aliquo opere nominatur, universa operari Trinitas intelligitur? Ita vero est, & exem-
Ibid. cap. Sed non. plis doceri potest. Sed non est in hoc diutius immorandum.
In Symbolo. Illud enim movet quomodo dictum sit, *Natus de Spiritu sancto*, cum filius nullo modo sit Spiritus sancti. Neque enim quia mundum istum fecit Deus, dici eum fas est Dei filium,

aut

aut eum natum de Deo; sed factum, vel creatum, vel conditum, vel institutum ab illo, vel si quid hujusmodi recte possumus dicere. Hic ergo cum confiteamur natum de Spiritu sancto & virgine Maria, quomodo non sit filius Spiritus sancti, & sit filius virginis Mariæ, cum & de illo & de illa sit natus, explicare difficile est. Procul dubio quippe non sic de illo ut de patre, sic autem de illa ut de matre natus est. * Non igitur concedendum est quidquid de aliqua re nascitur, continuo ejusdem rei filium esse nuncupandum. Ut enim omittam aliter de homine nasci filium, aliter capillum, pediculum, lumbricum, quorum nihil est filius: ut ergo hæc omittam, quoniam tantæ rei deformiter comparantur; certe qui nascuntur ex aqua & Spiritu sancto, non aquæ filios eos rite dixerit quispiam: sed plane dicuntur filii Dei Patris, & matris Ecclesiæ. Sic ergo de Spiritu sancto natus est Filius Dei Patris, non Spiritus sancti. Nam & illud quod de capillo & de ceteris diximus, ad hoc tantum valet, ut admoneamur, non omne quod de aliquo nascitur, etiam filium ejus de quo nascitur posse dici. Sicut non omnes qui dicuntur alicujus filii, consequens est ut de illo etiam nati esse dicantur; sicut sunt qui adoptantur. Dicuntur etiam filii gehennæ, non ex illa nati, sed in illam præparati, sicut filii regni qui præparantur in Regnum. * Cum itaque de aliquo nascatur aliquid etiam non eo modo ut sit filius, nec rursus omnis qui dicitur filius, de illo sit natus, cujus dicitur filius; profecto modus iste, quo natus est Christus de Spiritu sancto non sicut filius, & de Maria virgine sicut filius, insinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipso exordio naturæ suæ quo esse cœpit, Verbo Deo copularetur in tantam personæ unitatem, ut idem ipse esset Filius Dei qui filius hominis, & filius hominis qui Filius Dei: ac si in naturæ humanæ susceptione fieret quodam modo ipsa gratia illi homini naturalis, [1] quæ nullum peccatum posset admittere. Quæ gratia propterea per Spiritum sanctum fuerat significanda, quia ipse proprie sic est Deus, ut dicatur etiam Dei donum. Unde sufficienter loqui (si tamen id fieri potest) valde prolixæ disputationis est.

CAPUT XXXIX. *Non quidquid ex aliquo nascitur, ejus filius dicendus.*

CAPUT XL. *Modus quo natus est Christus de Spiritu S. insinuat gratiam unionis hypostaticæ.*

Joan. 4. 10. Act. 8. 20.

1. Al. *qua*.

CAPUT XLI. *Christus sine peccato, sed peccatum factus.*

13. Nulla igitur voluptate carnalis concupiscentiæ seminatus sive conceptus, & ideo nullum peccatum originaliter trahens; Dei quoque gratia Verbo Patris unigenito, non gratia Filio, sed natura, in [1] unitate personæ modo mirabili, & ineffabili adjunctus atque concretus, & ideo nullum peccatum & ipse committens, tamen propter similitudinem carnis peccati, in qua venerat, dictus est & ipse peccatum, sacrificandus ad diluenda peccata. In vetere quippe lege peccata vocabantur sacrificia pro peccatis: quod vere iste factus est cujus umbræ erant illa. Hinc Apostolus cum dixisset, *Obsecramus pro Christo reconciliari Deo:* continuo subjunxit, atque ait, *Eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos simus justitia Dei in ipso.* Non ait, ut in quibusdam mendosis codicibus legitur, *Is qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit*; tamquam pro nobis Christus ipse peccaverit: sed ait, *Eum qui non noverat peccatum*, id est Christum, *pro nobis peccatum fecit* Deus, cui reconciliandi sumus, hoc est, sacrificium pro peccatis, per quod reconciliari valeremus. Ipse ergo peccatum, ut nos justitia; nec nostra, sed Dei; nec in nobis, sed in ipso; sicut ipse peccatum, non suum, sed nostrum; nec in se, sed in nobis constitutum, similitudine carnis peccati, in qua crucifixus est, demonstravit: ut quoniam peccatum ei non inerat, ita quodam modo peccato moreretur, dum moritur [2] carni, in qua erat similitudo peccati; & cum secundum vetustatem peccati numquam ipse vixisset, nostram ex morte veteri, qua in peccato mortui fueramus, reviviscentem vitam novam sua resurrectione signaret. * Ipsum est, quod in nobis celebratur, magnum baptismatis sacramentum, ut quicumque ad istam pertinent gratiam, moriantur peccato, sicut ipse peccato mortuus dicitur, quia mortuus est carni, hoc est, peccati similitudini: & vivant a lavacro renascendo, sicut ipse a sepulcro resurgendo, quamlibet corporis ætatem gerant. * A parvulo enim recens nato usque ad decrepitum senem, sicut nullus est prohibendus a baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo: sed parvuli tantum originali, majores autem etiam iis omnibus moriuntur peccatis, quæcumque male vivendo addiderunt ad illud quod nascendo traxerunt. * Sed ideo etiam ipsi peccato mori plerumque

Marginal notes: *Osee* 4. 8. — 2. *Cor.* 5. 20. — *Ibidem* 21. — *Rom.* 8. 3.

* CAPUT XLII. *Baptismus datur, ut moriamur & reviviscamus.*

* CAPUT XLIII. *In baptismo omnes in peccato mori, & parvulos, et majores.*

* CAPUT XLIV. *Figura ἐτερώσεις qua numerus accipitur pro numero.*

1. Al. *in unitatem.* 2. Al. *carne.*

rumque dicuntur, cum proculdubio non uni, sed multis peccatis omnibusque moriantur, quæcumque jam propria commiserunt vel cogitatione, vel locutione, vel opere; quia etiam per singularem numerum pluralis numerus significari solet: sicut ait ille. *Uterumque armato milite complent*; quamvis hoc multis militibus fecerint. Et in nostris litteris legitur, *Ora ergo ad Dominum, ut auferat a nobis serpentem*: non ait serpentes, quos patiebatur populus, ut hoc diceret; & innumerabilia talia. Cum vero & illud originale unum plurali numero significatur, quando dicimus in peccatorum remissionem baptizari parvulos, nec dicimus in remissionem peccati; illa est e contrario locutio, qua per pluralem significatur numerus singularis. Sicut in Euangelio. Herode mortuo dictum est, *Mortui sunt enim qui quærebant animam pueri*: non dictum est, *mortuus est*. Et in Exodo, *Fecerunt*, inquit, *sibi Deos aureos*: cum unum vitulum fecerint, de quo dixerunt, *Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti*: & hic pluralem ponentes pro singulari. * Quamvis & in illo peccato uno, quod per unum hominem intravit in mundum, & in omnes homines pertransiit, propter quod etiam parvuli baptizantur, possint intelligi plura peccata, si unum ipsum in sua quasi membra singula dividatur. Nam & superbia est illic, quia homo in sua potius esse, quam in Dei potestate dilexit; & sacrilegium, quia Deo non credidit; & homicidium, quia se præcipitavit in mortem; & fornicatio spiritalis, quia integritas mentis humanæ serpentina suasione corrupta est; & furtum, quia cibus prohibitus usurpatus est; & avaritia, quia plusquam illi sufficere debuit, appetivit: & si quid aliud in hoc uno admisso diligenti consideratione inveniri potest. * Parentum quoque peccatis parvulos obligari, non solum primorum hominum, [1] sed etiam suo-

Virgil. Æneid. 2.
Num. 21. 7. *sec.* LXX.

2. *Sent. d.* 33. *cap.* Et quod. *& c.* Alloquin.

Matth. 2. 20.

Exodi 32. 31.

* CAPUT XLV. *In primo hominis peccato plures peccati species.*
Rom 5. 12. 3. *Sent. d.* 33. *c.* Quod vero.
Gen. 3. 4.

CAPUT XLVI. *Peccatis parentum non tantùm primorum obligari filios probabile est.*

1. *Sed etiam suorum*. Animadvertamus hic oportet, Augustini opinionem fuisse, non certam sententiam, quam in præsenti exponit de peccatis filiorum Adam, hominum omnium, quæ in eorum transeunt quodammodo filios, illosque inficiant. Adversariorum morositate fortasse inductus est s. Augustinus ut rem illam admitteret ceu probabilem. Quod peccata posterorum Adam eorum filiis minime noceant, quodque id ab Augustino admitti sumerent, præfidenti animo deducere inde illi volebant, nec primorum peccata parentum eorum filiis nocuisse. Acerrimus strenuusque noxæ originalis defensor conceptis negat verbis se admittere quod illi sumebant tanquam ab se admissum: rem ipsam verò quamquam aperte non neget, neque contrarium illius ceu exploratum adfirmet, in illud tamen veluti probabile inclinasse videtur. Videsis Librum illius VI. contra Julianum Pelagianum capite XXV. & Librum III. Operis Imperfecti contra eumdem Julianum numeris L, LIV, & LVI. Ceterum eam Augustini opinionem in II. Sententiarum Libro, Distinct. XXXIII. rejecit Petrus Lombardus; rejicit atque refellit etiam sanctus Thomas Aquinates in eum Magistri Sententiarum locum.

suorum, de quibus ipsi nati sunt, non improbabiliter dicitur. *Deut. 5. 9.* Illa quippe divina sententia, *Reddam peccata patrum in filios*; tenet eos utique antequam per regenerationem ad Testamen- *Ezech. 18.* tum novum incipiant pertinere. Quod Testamentum prophetabatur, cum diceretur per Ezechielem, non accepturos filios peccata patrum suorum, nec ulterius futuram in Israël parabolam illam, *Patres manducaverunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt*. Ideo enim quisque renascitur, ut solvatur in eo quidquid peccati est cum quo nascitur. Nam peccata, quæ male agendo postea committuntur, possunt & pœnitendo sanari, sicut etiam post baptismum fieri videmus. Ac per hoc non est instituta regeneratio, nisi quia vitiosa est generatio; usque adeo ut etiam de legitimo matrimonio pro- *Psal. 50. 7.* creatus dicat, *In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea me in utero aluit*. Neque hic dixit, In iniquitate, vel peccato, cum & hoc recte dici posset: sed iniquitates & peccata dicere maluit. Quia & in illo uno, quod in omnes homines pertransiit, atque tam magnum est, ut eo mutaretur, & converteretur in necessitatem mortis humana natura, reperiuntur, sicut supra disserui, plura peccata; & alia parentum, quæ etsi non ita possunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios, nisi gratuita gratia, & misericordia divina subveniat, * Sed de peccatis aliorum parentum, quibus ab ipso Adam usque ad patrem suum progeneratoribus suis quisque succedit, non immerito disceptari potest: utrum omnium malis actibus, & multiplicatis delictis originalibus qui nascitur implicetur, ut tanto pejus quanto posterius quisque nascatur; an propterea Deus in tertiam & quartam generationem de peccatis parentum eorum posteris comminetur, quia iram suam quantum ad progeneratorum culpas non extendit ulterius moderatione miserationis suæ; ne illi quibus regenerationis gratia non confertur, nimia sarcina in ipsa sua æterna damnatione premerentur, si cogerentur ab initio generis humani omnium præcedentium parentum suorum originaliter peccata contrahere, & pœnas pro eis debitas pendere: an aliud aliquid de re tanta, Scripturis sanctis diligentius perscrutatis atque tractatis, valeat vel non valeat reperiri, temere adfirmare non audeo.

CAPUT XLVII. Quousque parentum peccata propagentur in filios non temere definiendum. Deut. 5. 9. 2. Sent. d. 33. c. De hoc.

14. Illud

14. Illud tamen unum peccatum, quod tam magnum in loco & habitu tantæ felicitatis admissum est, ut in uno homine originaliter, atque (ut ita dixerim) radicaliter totum genus humanum damnaretur, non solvitur ac diluitur nisi per unum mediatorem Dei & hominum hominem Christum Jesum, qui solus potuit ita nasci, ut ei non opus esset renasci. * Non enim renascebantur, qui baptismate Joannis baptizabantur, a quo & ipse baptizatus est: sed quodam præcursorio illius ministerio, qui dicebat, *Parate viam Domini*, huic uni, in quo solo renasci poterant, parabantur. Hujus enim baptismus est non in aqua tantum, sicut fuit Joannis, verum etiam in Spiritu sancto; ut de illo Spiritu regeneretur quisquis in Christum credit, de quo Christus generatus regeneratione non eguit. Unde vox illa Patris, quæ super baptizatum facta est, *Ego hodie genui te*: non unum illum temporis diem quo baptizatus est, sed immutabilis æternitatis ostendit, ut illum hominem ad Unigeniti personam pertinere monstraret. Ubi enim dies nec hesterni fine inchoatur, nec initio crastini terminatur, semper hodiernus est. In aqua ergo baptizari voluit a Ioanne, non ut ejus iniquitas ulla dilueretur, sed ut magna commendaretur humilitas. Ita quippe nihil in eo baptismus quod ablueret, sicut mors nihil quod puniret, invenit: ut diabolus veritate justitiæ, non violentia potestatis oppressus & victus, quoniam ipsum sine ullo peccati merito iniquissime occiderat, per ipsum justissime amitteret, quos peccati merito detinebat. Utrumque igitur ab illo, id est, & baptismus & mors, certæ dispensationis caussa, non miseranda necessitate, sed miserante potius voluntate susceptum est: ut unus peccatum tolleret mundi, sicut unus peccatum misit in mundum, hoc est, in universum genus humanum. * Nisi quod ille unus unum peccatum misit in mundum, iste vero unus non solum illud unum, sed cuncta simul abstulit, quæ addita invenit. Unde dicit Apostolus, *Non sicut per unum peccantem, ita est & donum: nam judicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in justificationem*. Quia utique illud unum quod originaliter trahitur, etiam si solum sit, obnoxios damnationi facit: gratia vero ex multis delictis justificat hominem, qui præter illud unum, quod communiter cum omnibus originaliter traxit, sua quoque propria mul-

CAPUT XLVIII. *Peccatum originale non aboletur nisi per Christum.* 2. Sent. d. 33. c. Hic quari solet.

CAPUT XLIX. *Baptismo Joannis nō fiebat regeneratio.* Matth. 3. 13. Luc. 3. 4. Marci 1.8. Psal. 2. 7. Hebr. 1. 5. & c. 5. 5.

Christus cur baptizari a Ioanne voluit.

CAPUT L. *Per Christum tolli non tantū originale peccatum, sed & cetera superaddita.* Rom. 5. 16.

ta

CAPUT LI. *A damnatione Adæ nemo liberatus nisi in Christo renatus.*

ta commisit. * Verumtamen quod paulo post dicit, *Sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita & per unius justitiam in omnes homines ad justificationem vitæ*: satis indicat, ex Adam neminem natum nisi damnatione detineri, & neminem nisi in Christo renatum a damnatione liberari.

CAPUT LII. *Baptismus mortis ac resurrectionis Christi similitudo in parvulis perinde ac in majoribus.*

* De qua per unum hominem pœna, & per unum hominem gratia cum locutus fuisset, quantum illi epistolæ suæ loco sufficere judicavit, deinde sacri batismatis in cruce Christi grande mysterium commendavit eo modo, ut intelligamus nihil aliud esse in Christo baptismum, nisi mortis Christi similitudinem; nihil aliud autem mortem Christi crucifixi, nisi remissionis peccati similitudinem: ut quemadmodum in illo vera mors facta est, sic in nobis vera remissio peccatorum; & quemadmodum in illo vera resurrectio, ita in nobis vera justificatio. Ait enim,

Rom. 6. 1. *Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet?*
Rom. 5. 20. Dixerat enim superius, *Ubi enim abundavit peccatum, superabundavit gratia*. Et ideo quæstionem sibi ipse proposuit, utrum propter abundantiam gratiæ consequendam in peccato sit per-
Rom. 6. 2. &c. manendum. Sed respondit, *Absit*. Atque subjecit, *Si mortui sumus peccato, quomodo vivemus in eo?* Deinde ut ostenderet non mortuos esse peccato, *An ignoratis*, inquit, *quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus?* Si ergo hinc ostendimur mortui esse peccato, quia in morte Christi baptizati sumus; profecto & parvuli, qui baptizantur in Christo, peccato moriuntur; quia in morte ipsius baptizantur. Nullo enim excepto dictum est, *Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus*. Et ideo dictum est, ut probaretur mortuos nos esse peccato. Cui autem peccato parvuli renascendo moriuntur, nisi quod nascendo traxerunt? Ac per hoc etiam ad ipsos pertinet quod
Rom. 6. 4. &c. sequitur, dicens, *Consepulti sumus ergo illi per baptismum in mortem, ut quemadmodum surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus: hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut evacuetur corpus peccati, ut ultra non serviamus peccato. Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam vivemus cum illo: scientes quia Christus resurgens a mortuis, jam non moritur, mors*

illi

illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo. Ita & vos existimate mortuos quidem vos esse peccato, vivere autem Deo in Christo Jesu. Hinc enim probare cœperat, non esse nobis permanendum in peccato, ut gratia abundet: & dixerat, *Si mortui sumus peccato, quomodo vivemus in eo?* Atque ut ostenderet, mortuos nos esse peccato, subjecerat, *An ignoratis, quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus?* Sic itaque totum locum istum clausit, ut cœpit. Mortem quippe Christi sic insinuavit, ut etiam ipsum mortuum diceret esse peccato. Cui peccato, [1] nisi carni, in qua erat non peccatum, sed similitudo peccati, & ideo nomine appellata est peccati? Baptizatis itaque in morte Christi, in qua non solum majores, verum etiam parvuli baptizantur, ait, *Sic & vos*, id est quemadmodum Christus, *sic & vos existimate vos mortuos esse peccato, vivere autem Deo in Christo Jesu.* Rom. 6. 11. * Quidquid igitur gestum est in cruce Christi, in sepultura, in resurrectione tertio die, in adscensione in cælum, in sede ad dexteram Patris; ita gestum est, ut his rebus non mystice tantum dictis, sed etiam gestis configuraretur vita Christiana, quæ hic geritur. Nam propter ejus crucem dictum est, *Qui autem Jesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus & concupiscentiis.* Gal. 5. 24. Propter sepulturam, *Consepulti sumus Christo per baptismum in mortem.* Rom. 6. 4. Propter resurrectionem, *Ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus.* Propter adscensionem in cælum, sedemque ad dexteram Patris, *Si autem resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens; quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Coloss. 3. 1. &c. * Jam vero quod de Christo confitemur futurum, quoniam de cælo venturus est vivos judicaturus ac mortuos, non pertinet ad vitam nostram quæ hic geritur; quia nec in rebus gestis ejus est, sed in fine sæculi gerendis. Ad hoc pertinet quod Apostolus secutus adjunxit, *Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos adparebitis cum illo in gloria.* Coloss. 3. 4. * Duobus autem modis accipi potest, quod vivos & mortuos judicabit: sive ut vivos intelligamus, quos hic nondum mortuos, sed adhuc in ista

CAPUT LIII. *Crux Christi, sepultura, resurrectio, &c. figura vitæ christianæ.*

CAPUT LIV. *Judicium ultimum pertinens ad res in fine seculi gerendas.*

CAPUT LV. *Judicare vivos & mortuos, duplici modo intellectum.*

1. Al. *nisi carnis.*

4. Sent. d. 43. c. His autem. ista carne viventes inventurus est ejus adventus; mortuos autem, qui de corpore, priusquam veniat, exierunt vel exituri sunt: sive vivos justos, mortuos autem injustos; quoniam justi quoque judicabuntur. Aliquando enim judicium Dei ponitur in malo, unde illud est, *Qui autem male egerunt, in resurrectionem judicii*: aliquando & in bono, secundum quod dictum est, *Deus in nomine tuo salvum me fac, & in virtute tua judica me*. Per judicium quippe Dei fit ipsa bonorum malorumque discretio, ut liberandi a malo, non perdendi cum malis, boni ad dexteram segregentur. Propter quod ille clamabat, *Judica me Deus*. Et quid dixerat velut exponens, *Et discerne*, inquit, *caussam meam de gente non sancta*.

Joa. 5. 29. Psal. 53. 3. Matt. 25. 33. Psal. 42. 1.

CAPUT LVI. *De Spiritu sancto & Ecclesia recto ordine dictum in Symbolo.*

15. Cum autem de Jesu Christo filio Dei unico Domino nostro, quod ad brevitatem Confessionis pertinet, dixerimus, adjungimus sic credere nos & in Spiritum sanctum, ut illa Trinitas compleatur, quæ Deus est: deinde sancta commemoratur Ecclesia. Unde datur intelligi rationalem creaturam ad Jerusalem liberam pertinentem, post commemorationem Creatoris, id est, summæ illius Trinitatis, fuisse subdendam. Quoniam quidquid de homine Christo dictum est, ad unitatem personæ Unigeniti pertinet. Rectus itaque Confessionis ordo poscebat, ut Trinitati subjungeretur Ecclesia, tamquam habitatori domus sua, & Deo templum suum, & conditori civitas sua. Quæ tota hic accipienda est, non solum ex parte qua peregrinatur in terris, a solis ortu usque ad occasum laudans nomen Domini, & post captivitatem vetustatis cantans canticum novum: verum etiam ex illa quæ in cælis est semper, ex quo condita est, cohæsit Deo, nec ullum malum sui casus experta est. Hæc in sanctis Angelis beata persistit, & suæ parti peregrinanti sicut oportet opitulatur: quia utraque una erit consortio æternitatis, & nunc una est vinculo caritatis, quæ tota instituta est ad colendum unum Deum. Unde nec tota, nec ulla pars ejus vult se coli pro Deo, nec cuiquam esse Deus pertinenti ad templum Dei, quod ædificatur ex diis quos facit non factus Deus. Ac per hoc Spiritus sanctus si creatura non Creator esset, profecto creatura rationalis esset; ipsa est enim summa creatura. Et ideo in * Regula fidei non poneretur ante Ecclesiam, quia & ipse ad Ecclesiam pertineret in illa ejus parte, quæ in Cælis est. Nec haberet

Gal. 4. 26. Ps. 112. 3. *Ecclesia cælestis terrenæ opitulatur.*

* Id est, in Symbolo.

haberet templum, sed etiam ipse templum esset. Templum autem habet, de quo dicit Apostolus, *Nescitis quia corpora vestra templum est Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo?* De quibus alio loco dicit, *Nescitis quia corpora vestra membra sunt Christi?* Quomodo ergo Deus non est, qui templum habet? aut minor Christo est, cujus membra templum habet? Neque enim aliud templum ejus, aliud templum Dei est, cum idem dicat Apostolus, *Nescitis quia templum Dei estis.* Quod ut probaret, adjecit, *Et spiritus Dei habitat in vobis.* Deus ergo habitat in templo suo, non solum Spiritus sanctus, sed etiam Pater & Filius, qui etiam de corpore suo, per quod factus est caput Ecclesiae, quae in hominibus est, *Ut sit ipse in omnibus primatum tenens*, ait, *Solvite templum hoc, & in triduo suscitabo illud.* Templum ergo Dei, hoc est totius summae Trinitatis, sancta est Ecclesia, scilicet universa in caelo & in terra. * Sed de illa, quae in caelo est, affirmare quid possumus, nisi quod nullus in ea malus est, nec quisquam deinceps inde cecidit aut casurus est, ex quo Deus *angelis peccantibus non pepercit*, sicut scribit apostolus Petrus, *sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in judicio, puniendos reservari.* * Quomodo autem se habeat beatissima illa & superna societas, quae ibi sint differentiae [1] praepositurarum, ut cum omnes tamquam generali nomine angeli nuncupentur, (sicut in epistola ad Hebraeos legimus, *Cui enim angelorum dixit aliquando, Sede a dextris meis?* hoc quippe modo significavit omnes universaliter angelos dici:) sint tamen illic archangeli: & utrum iidem archangeli appellentur virtutes; atque ita dictum sit, *Laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus*; ac si diceretur, Laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes archangeli ejus: & [2] quid inter se distent

1. Cor. 6. 19.
Ibid. 15.
1. Cor. 3. 16.
Col. 1. 18.
Joan. 2. 19.
* CAPUT LVII. *Stabilitas Ecclesiae caelestis.*
2. Petr. 2. 4.
* CAPUT LVIII. *Angelorum quae sint differentiae, & an angeli sint sidera, incertum.*
Hebr. 1. 13.
Psal. 148. 2.

1. Al. *personarum*. Al. *praepositorum*.

2. Quamquam se nescire fateatur hoc in loco Augustinus quid, aut qua ratione distent inter se Angeli; distare tamen, & distare quod diversis nominibus in divinis Scripturis illi donentur, nullus inficiatur: immo illud se firmissime credere, & indubitata fide tenere profitetur cap. 11. Libri adversus Priscillianistas & Origenistas. Ea ob diversa nomina varios in ordines tribuuntur Angeli a sanctis Ecclesiae Patribus qua graecis qua latinis, & quidem summa consensione ut ait Petavius de Angelis agens libro 11. cap. 1. num. 1. Rei illius vetustissimum documentum habemus s. Ignatii martyris in Epistola quae est ad Trallianos genuina num. v. & pag. 23. tom. 1I Patrum Apostolicorum juxta Editionem Amstelod. an. MDCCXXIV. Unde liquet eam Patrum sententiam ab ipsis Apostolorum temporibus fluxisse. Ea eadem rectissime deducitur tot esse debere a se invicem distinctos Angelorum ordines, quot in divinis Scripturis occurrant diversa illis indita nomina. Quam tamen consecutionem non agno-

Coloss. 1. 16.

V. lib. ad Orosium contra Priscillianistas cap. 11.

* CAPUT LIX. *Angelorum quibusfint ea quibus apparuerunt corpora difficile explicatur.*

distent quatuor illa vocabula, quibus universam ipsam cælestem societatem videtur Apostolus esse complexus, dicendo, *Sive sedes, sive dominationes, sive principatus, sive potestates*, dicant qui possunt, si tamen possunt probare quod dicunt, ego me ista ignorare confiteor. Sed ne illud quidem certum habeo, utrum ad eamdem societatem [2] pertineant sol & luna & cuncta sidera: quamvis nonnullis lucida corpora esse, non cum sensu vel intelligentia, videantur. * Itemque angeli quis explicet cum qualibus corporibus apparuerint hominibus, ut non solum cernerentur, verum etiam tangerentur; & rursus non solida corpulentia, sed spiritali potentia quasdam visiones, non oculis corporeis, sed spiritalibus, vel mentibus ingerant, vel dicant aliquid non ad aurem forinsecus, sed intus in animo hominis, etiam ipsi ibidem constituti: sicut scriptum

agnovere Patres nisi post evulgatos Hierarchiæ Cælestis libros, qui Areopagitæ Dionysio adscribebantur. Ante enim tempus illud de numero ordinum Angelorum variæ fuere nec satis firmæ illorum opiniones. Quare mirum esse debet nemini s. Augustinum quatuor solum in præsenti posuisse. Verum quum scriptor ille, quicumque fuerit, novem statuisset ordines eosdem respondentes nominibus in sacris Scripturis distinctis, omnes, qui deinde floruere Patres in illius, quemadmodum notum est, ivere sententiam. Quam sententiam nitide luculenterque explanavit s. Gregorius Magnus Homilia XXXIV. cujus locum licet vulgatissimum a re nostra alienum non crediderim, heic exscribere. Est igitur hujusmodi, *Novem Angelorum ordines diximus, quia videlicet esse, testante sacro eloquio, scimus Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Thronos, Cherubim atque Seraphim. Esse namque Angelos & Archangelos, pene omnes sacri eloquii pagina testantur. Cherubim vero, atque Seraphim sæpe, ut notum est, libri Prophetarum loquuntur. Quatuor quoque ordinum nomina Paulus Apostolus ad Ephesios* (cap. 1. 21.) *enumerat dicens, supra omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem, & Dominationem. Qui rursus ad Colossenses* (cap. 1. 16.) *scribens ait, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates. Dominationes vero, & Principatus, ac Potestates jam ad Ephesios loquens descripserat. Sed ea quoque Colossensibus dicturus, præmisit Thronos, de quibus nec dum fuerat Ephesiis locutus. Dum ergo illis quatuor, quæ ad Ephesios dixit, id est, Principatibus, Potestatibus, Virtutibus, atque Dominationibus, conjunguntur Throni, quinque sunt ordines, qui specialiter exprimuntur. Quibus dum Angeli, & Archangeli, Cherubim, atque Seraphim adjuncta sunt, proculdubio novem esse Angelorum ordines inveniuntur.*

2. Non pertinere alibi credidisse videtur Augustinus ipse. In eo, quem superiori adnotatione laudavimus ad Orosium libro adversus Priscillianistas & Origenistas cap. VIII. & sequentibus inde duobus aliis declarandum aggreditur divinis in libris non legi Solem, Lunam, ceteraque sidera esse animata. In libro 2. de Civitate Dei cap. XXIX. Platonicos arguit quod docuerint Solem & alia sidera animalia esse beatissima. In libro II. Retractat. cap. VII. reprehendit quod in XXV. contra Faustum scripserat Solem, Lunam, *ac cælestia corpora tolerare vanos adoratores suos, usque ad judicium Creatoris sui*; atque ait illud esse metaphorico sensu accipiendum. Videndum de hac re & caput 18. libri de duabus animabus, quem constat ante eos omnes quos in præsenti memoravimus, fuisse exaratum. Ceterum notum est, antiquitus, primis Ecclesiæ temporibus, nonnullos, quibus se se adjunxere & Scholasticorum sequioris ætatis aliqui, Platonis Philosophia imbutos, & ea divinæ Scripturæ loca, quibus cæli astra ad laudandum Deum, ad ejus vocem & mandata audienda non semel provocantur, perperam interpretantes, de insulsa illa fabula de animatis astris aut incertos hæsisse, aut veluti certam eam vendidisse. Qua in re primus certe habendus Origenes Adamantius, de quo videsis Danielem Huetium Origenianorum libro 2. Quæst. VIII. quæ est de Astris.

ptum est in Prophetarum libro, *Et dixit mihi angelus qui loquebatur in me*: non enim ait, qui loquebatur ad me, sed *in me*. Vel appareant & in somnis, & colloquantur more somniorum: habemus quippe in Euangelio, *Ecce angelus Domini apparuit illi in somnis, dicens*. His enim modis velut indicant se angeli contrectabilia corpora non habere: faciuntque difficillimam quæstionem, quomodo patres eis pedes laverint, quomodo Jacob cum angelo tam solida contrectatione luctatus sit [1]. Cum ista quæruntur, & ea sicut potest, quisque conjectat, non inutiliter exercentur ingenia, si adhibeatur disceptatio moderata, & absit error opinantium se scire, quod nesciunt. Quid enim opus est, ut hæc atque hujusmodi affirmentur, vel negentur, vel definiantur cum discrimine, quando sine crimine nesciuntur?

Zach. 1. 9.
Matth. 1. 20.
Gen. 18. 4. & 19. 2. Gen. 32. 24.

CAPUT LX. *Artes Satanæ trāsfigurantis se ut angelum lucis, utilius dignoscuntur.*

16. Magis opus est dijudicare atque dignoscere, cum se satanas transfigurat velut in angelum lucis, ne fallendo ad aliqua perniciosa seducat. Nam quando sensus corporis fallit, mentem vero non movet a vera rectaque sententia, qua quisque vitam fidelem gerit, nullum est in religione periculum: vel cum se bonum fingens, ea facit, sive dicit, quæ bonis angelis congruunt, etiam si credatur bonus, non est error Christianæ fidei periculosus aut morbidus. Cum vero per hæc aliena ad sua incipit ducere, tunc eum dignoscere, nec ire post eum, magna & necessaria vigilantia est. Sed quotus quisque hominum idoneus est omnes mortiferos ejus dolos evadere, nisi regat atque tueatur Deus? Et ipsa hujus rei difficultas ad hoc est utilis, ne sit spes sibi quisque, aut homo alter alteri, sed Deus suis omnibus. Id enim nobis potius expedire prorsus piorum ambigit nemo. * Hæc ergo, quæ in sanctis angelis & virtutibus Dei est Ecclesia, tunc nobis, sicuti est, innotescet, cum ei conjuncti fuerimus in finem, ad simul habendam beatitudinem sempiternam. Ista vero, quæ ab illa peregrinatur in terris, eo nobis notior est, quod in illa sumus, & quia hominum est, quod & nos sumus. Hæc

2. Cor. 11. 14.

* CAPUT LXI. *Ecclesia in angelis & in hominibus.*

1. En fortasse quas ob rationes s. Augustinus de Angelorum natura dubius & anceps perpetuo inveniatur suis in scriptis, nec uspiam diserte affirmare voluerit an corporis etiam aërei, aetherei, ab humano & sublunari distantis prorsus, Angeli expertes sint omnino; an aliquod alicujus generis habuerint: quod nimirum in divinis Scripturis occurrant, & quæ corpus insinuare videntur, & quæ excludere. Augustini de hac re loca collegit Petavius libro de Angelis primo, capite II. numeris IX. X & XI. Addere & illud possumus, s. Doctorem judicium cohibuisse suum de Angelorum natura, quod non una esset ea in re Patrum opinio; quod occasionem non invenerit opportunam composito de illa disserendi. Ceterum constat Ecclesiam in eam ivisse sententiam, quæ Angelos statuit incorporeos.

Rom. 8. 31. Christus pro angelis non est mortuus. Angelos quomodo spectat hominũ redemtio.

Hæc ſanguine Mediatoris nullum habentis peccatum, ab omni redemta eſt peccato, ejuſque vox eſt, *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Filio proprio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* Non enim pro angelis mortuus eſt Chriſtus. Sed ideo etiam pro angelis fit, quidquid hominum per ejus mortem redimitur, & liberatur a malo, quoniam cum eis quodam modo redit in gratiam, poſt inimicitias quas inter homines, & ſanctos angelos peccata fecerunt, & ex ipſa hominum redemtione ruinæ illius angelicæ detrimenta reparantur.

CAPUT LXII.

Quomodo in Christo instaurantur omnia, & pacificãtur. Ephes. 1. 10.

* Et utique noverunt angeli ſancti docti de Deo, cujus veritatis æterna contemplatione beati ſunt, quanti numeri ſupplementum de genere humano integritas illius civitatis exſpectet. Propter hoc ait Apoſtolus, *Inſtaurari omnia in Chriſto, quæ in Cælis ſunt, & quæ in terris, in ipſo.* Inſtaurantur quippe, quæ in cælis ſunt, cum id quod inde in angelis lapſum eſt, ex hominibus redditur: inſtaurantur autem quæ in terris ſunt, cum ipſi homines, qui prædeſtinati ſunt ad æternam vitam, a corruptionis vetuſtate renovantur. Ac ſic per illud ſingulare ſacrificium, in quo Mediator eſt immolatus, quod unum multæ in lege victimæ figurabant, pacificantur cæleſtia cum terreſtribus, & terreſtria cum cæleſtibus. Quoniam ſicut idem Apoſtolus dicit, *In ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſum, pacificans per ſanguinem crucis ejus, ſive quæ in terris ſunt, ſive quæ in Cælis.*

Col. 1. 19. & 20.

CAPUT LXIII.

Pax regni cælestis, quomodo præcellit omnẽ intellectũ. Philip. 4. 7. V. lib. 22. de Civ. Dei c. 29. 1. Cor. 13. 12. Luc. 20. 36.

* *Pax* iſta, *præcellit*, ſicut ſcriptum eſt, *omnem intellectum*; neque ſciri a nobis, niſi cum ad ea venerimus, poteſt. Quomodo enim pacificantur cæleſtia, niſi nobis, id eſt, concordando nobiſcum? Nam ibi ſemper eſt pax, & inter ſe univerſis intellectualibus creaturis, & cum ſuo Creatore. Quæ *pax præcellit*, ut dictum eſt, omnem intellectum; ſed utique noſtrum, non eorum, qui ſemper vident faciem Patris. Nos autem quantuſcumque ſit in nobis intellectus humanus, ex parte ſcimus, & videmus nunc per ſpeculum in ænigmate: cum vero æquales angelis Dei fuerimus, tunc, quemadmodum & ipſi, videbimus facie ad faciem; tantamque pacem habebimus erga eos, quantam & ipſi erga nos; quia tantum eos dilecturi ſumus, quantum ab eis diligimur. Itaque pax eorum nota nobis erit, quia & noſtra talis ac tanta erit, nec præcellet tunc intellectum noſtrum: Dei vero pax, quæ illic eſt erga eos, & noſtrum & illorum intel-

intellectum sine dubitatione præcellet. De ipso quippe beata est rationalis creatura, quæcumque beata est, non ipse de illa. Unde secundum hoc melius accipitur quod scriptum est, *Pax Dei quæ præcellit omnem intellectum*: ut in eo quod dixit *omnem*, nec ipse intellectus sanctorum angelorum esse possit exceptus, sed Dei solius: neque enim & ipsius intellectum pax ejus excellit.

CAPUT LXIV. *Remissio peccatorũ expressa in Symbolo. Luca 15. 24.*

17. Concordant autem nobiscum angeli etiam nunc, cum remittuntur nostra peccata. Ideo post commemorationem sanctæ Ecclesiæ in ordine Confessionis ponitur remissio peccatorum. Per hanc enim stat Ecclesia, quæ in terris est: per hanc non perit quod perierat & inventum est. Excepto quippe baptismatis munere, quod contra originale peccatum donatum est, ut quod generatione adtractum est, regeneratione detrahatur; & tamen activa quoque peccata, quæcumque corde, ore, & opere commissa invenerit, tollit: hac ergo excepta magna indulgentia, unde incipit hominis renovatio, in qua solvitur omnis reatus & ingeneratus & additus; ipsa etiam vita cetera jam ratione utentis ætatis, quantalibet præpolleat fecunditate justitiæ, sine peccatorum remissione non agitur. Quoniam filii Dei quamdiu mortaliter vivunt, cum morte confligunt. Et quamvis de illis sit veraciter dictum, *Quotquot Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei*: sic tamen Spiritu Dei excitantur, & tamquam filii Dei proficiunt ad Deum, ut etiam spiritu suo, maxime aggravante corruptibili corpore, tamquam filii hominum quibusdam humanis motibus deficiant ad se ipsos, & ideo peccent. Interest quidem quantum: neque enim quia peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Itaque sanctorum hominum vitam quamdiu in hac mortali vivitur, inveniri posse dicimus sine crimine: *Peccatum* autem *si dixerimus quia non habemus*, ut ait tantus Apostolus, *nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est*. * Sed neque de ipsis criminibus quamlibet magnis remittendis in sancta Ecclesia, Dei misericordia desperanda est agentibus pœnitentiam secundum modum sui cujusque peccati. In actione autem pœnitentiæ, ubi tale commissum est, ut is qui commisit a Christi etiam corpore separetur, non tam considerada est mensura temporis quam doloris. Cor enim contritum & humiliatum Deus non spernit. Verum quia plerumque

Rom. 8. 14.

Sap. 9. 15.

Sanctorum vita sine crimine, non sine peccato. 1. Ioa. 1. 8.

CAPUT LXV. *Crimina qualibet in Ecclesia remitti per pœnitentiã. 4. Sent. d. 20. cap. Si vero de illo. Psal 50. 19.*

rumque dolor alterius cordis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam per verba vel quæcumque alia signa procedit; *Psal. 37. 10.* cum sit coram illo cui dicitur, *Gemitus meus a te non est absconditus*: recte constituuntur ab iis, qui Ecclesiis [1] præsunt, tempora pœnitentiæ, ut fiat satis etiam Ecclesiæ, in qua *Extra Ecclesiā non remittuntur peccata.* remittuntur ipsa peccata: extra eam quippe non remittuntur. Ipsa namque proprie Spiritum sanctum pignus accepit, sine quo non remittuntur ulla peccata, ita ut quibus remittuntur *2. Cor. 1. 22.* consequantur vitam æternam. * Magis enim propter futurum judicium fit remissio peccatorum. In hac autem vita usque

** CAPUT LXVI. Remissio peccatorū fit propter judicium futurum.*

adeo valet quod scriptum est, *Grave jugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque ad diem sepulturæ in matrem omnium*: ut etiam parvulos videamus post lavacrum regenerationis diversorum malorum afflictione cruciari: ut *Eccl. 40. 1.* intelligamus, totum quod salutaribus agitur Sacramentis, magis ad spem venturorum bonorum, quam ad retentionem, vel adeptionem, præsentium pertinere. Multa etiam hic videntur ignosci & nullis suppliciis vindicari: sed eo- *Matth. 12. 36. Act. 10. 24.* rum pœnæ reservantur in posterum. Neque enim frustra ille proprie dicitur dies judicii, quando venturus est judex vivorum atque mortuorum. Sicut e contrario vindicantur hic aliqua, & tamen si remittuntur, profecto in futuro sæculo non nocebunt. Propterea de quibusdam temporalibus pœnis, quæ in hac vita peccantibus irrogantur, eis quorum peccata delentur, ne reserventur in finem, ait Apostolus, *1. Cor. 11. 31. & 32.* *Si enim nos ipsos judicaremus, a Domino non judicaremur: cum judicamur autem a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.*

CAPUT LXVII. Refelluntur qui putabant fideles omnes quantumlibet scelerate vixissent, salvandos per ignem.

18. Creduntur autem a quibusdam etiam ii, qui nomen Christi non relinquunt, & ejus lavacro in Ecclesia baptizantur, nec ab ea ullo schismate vel hæresi præciduntur, in quantislibet sceleribus vivant, quæ nec diluant pœnitendo, nec eleemosynis redimant, sed in eis usque ad hujus vitæ ultimum diem pertinacissime perseverent, [2] salvi futuri per ignem; licet

1. Al. *Ecclesia*:

2. Eam opinionem, quam Origenianismi a damnatorum quorumcumque pœnis æternitatem tollentis surculum esse non inepte aliquis diceret, refutaverat jam S. Augustinus in Libro de Fide & Operibus cap. xv, xvi, & aliis inde sequentibus, antequam se conferret ad exarandum præsentem Enchiridii librum. Refutavit & deinde in libro xxi. de Civitate Dei, capitibus potissimum xx, & xxi. Qui autem patroni illius extiterint, eamque docuerint, nullibi indicavit eorum perpetuo parcens nominibus. S. Hieronymum ab Augustino iisdem in locis perstringi sunt qui conjectando dicant: nec sua deest conjecturæ ratio. Inter veteres porro illos qui Origeniani pulveris maculam aliquam con-

licet pro magnitudine facinorum flagitiorumque diuturno, non tamen æterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, & tamen [1] catholici sunt, humana quadam benevolentia mihi falli videntur. Nam Scriptura divina aliud consulta respondet. Librum autem de hac quæstione conscripsi, cujus titulus est, *De Fide & operibus*: ubi secundum Scripturas sanctas, quantum Deo adjuvante potui, demonstravi, eam fidem salvos facere, quam satis evidenter expressit Paulus apostolus dicens, *In Christo enim Jesu neque circumcisio quidquam valet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur*. Si autem male & non bene operatur, procul dubio, secundum apostolum Jacobum, *mortua est in semetipsa*. Qui rursus ait, *Si fidem dicat se quis habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides salvare eum*? Porro autem si homo sceleratus propter fidem solam per ignem salvabitur, & sic est accipiendum quod ait beatus

Cap. 14. 15. & 16.

Gal. 5. 6.

Jacobi 2. 17.

Ibid 14.

contraxisse inveniuntur, unus sane est Hieronymus, qui Christianos & catholice in unione decedentes, peccatis licet inquinatos gravissimis scripsit ab inferni pœnis esse aliquando liberandos. Videatur ea de re locus extremus Commentariorum illius in Isaiam. Videatur & Dialogus ejusdem primus adversus Pelagianos, ubi quæ obscurius dicta priori in opere videri possent, facta utriusque loci comparatione fient apertiora. Atque simul demonstrabunt fortasse non satis pro veritate pugnare, qui Hieronymum illis in locis interpretari suscipiunt de purgatorio igne, non vero de infernali illo impiorum inexplebili, qui nullum habiturus est finem. Hieronymo longe melius suffragaretur animadvertendo ipsum inter paucos illos Patres, quibus Origenianismi aliquid adhæsisse constat, leviorem præ aliis contraxisse nævum. Non enim scripsit cum Gregorio Nysseno dæmones & damnatos omnes futuros tandem felices, quod purum putumque sapit Origenis sensum. Nec cum Nazianzeno altero Gregorio dixit hæreticos igne purgatos esse aliquando beandos. Nec cum Mediolanensi Ambrosio Diaboli æterna fore supplicia, hominum minime. Ad hæc excusatur Hieronymus, excusantur & illi quos mox memorabam, excusantur & si qui eadem in re sunt alii, quod eam opinionem de fine inferni supplicii nusquam habuerint veluti certam & exploratam; dubii immo suspensi hæsentesque de ea admodum fuere. Quod liquet tum ex ipsorum verbis, quibus eamdem declarant opinionem, incertitudinem animi dubitationemve denotantibus; tum quod alibi non semel sed frequenter æterna affirmaverint supplicia & dæmonibus, & impiis, & scelestibus hominibus. Ad pleniorem excusationem illud etiam accedere posset, eos Patres illis vixisse temporibus, quibus & Origenis nomen grande multis videbatur; & illius doctrina non satis liquata erat, non satis expensa, nec ab Ecclesia damnata. Qui ea quæ heic paucis attigimus ampliora sibi facere avet, inter theologos adire poterit vel unum Petavium extremis tribus capitibus libri III. de Angelis.

1. *Et tamen catholici sunt*, quia nimirum Ecclesia eorum nondum damnaverat opinionem. quæ jud cio illius proscripta haberi debet sexti circa dimidium seculi in Oecumenica quinta Synodo, quum Origenismus diro est devotus anathemate. Ceterum de illa opinione ab Ecclesia nondum damnata prætereundum hoc in loco minime est, quod s. Augustinus idem scripserat capite ultimo libri de Fide & Operibus, in quo tertio in loco eam expendendam susceperat. Ait, *Tertia quæstio est periculosissima, quia parum considerata, & non secundum divinum eloquium pertractata, tota illa opinio mihi videtur exorta, in qua promittitur scelestissime turpissimeque viventibus, etiamsi eo modo vivere perseverent, & tantummodo credant in Christum, ejusque Sacramenta percipiant, eos ad salutem vitamque æternam esse venturos: contra apertissimam Domini sententiam, qui desideranti vitam æternam respondit*, (Matth. 19. 17.) Si vis venire ad vitam, serva mandata: *& commemoravit quæ mandata, ubi ea scilicet peccata vitantur; quibus nescio quomodo salus æterna promittitur propter fidem sine operibus mortuam*.

1\. Cor. 3. 15. beatus Paulus, *Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem*: poterit ergo salvare sine operibus fides, & falsum erit quod dixit ejus coapostolus Jacobus. Falsum erit & illud quod idem ipse Paulus dixit, *Nolite*, iniquit, *errare*; *neque fornicatores*, 1.Cor.6.9. &c. *neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt*. Si enim etiam in istis perseverantes criminibus, tamen propter fidem Christi salvi erunt, quomodo in regno Dei non erunt? * Sed quia hæc apostolica manifestissima & apertissima testimonia falsa esse non possunt, illud quod obscure dictum est de iis, qui superædificant super fundamentum, quod est Christus, non aurum, argentum, lapides pretiosos, sed ligna, fœnum, stipulam (de his enim dictum est, quod per ignem salvi erunt, quoniam fundamenti merito non peribunt:) sic intelligendum est, ut his manifestis non inveniatur esse contrarium. Ligna quippe & fœnum & stipula non absurde accipi possunt rerum sæcularium, quamvis licite concessarum, tales cupiditates, ut amitti sine animi dolore non possint. Cum autem iste dolor urit, si Christus in corde fundamenti habet locum, id est, ut ei nihil anteponatur, & malit homo, qui tali dolore uritur, rebus, quas ita diligit, magis carere quam Christo; per ignem fit salvus. Si autem res hujusmodi temporales ac sæculares tempore tentationis maluerit tenere quam Christum; eum in fundamento non habuit: quia hæc priore loco habuit, cum in ædificio prius non sit aliquid fundamento. Ignis enim, de quo eo loco est locutus Apostolus, talis debet intelligi, ut ambo per eum transeant, id est, & qui ædificat super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos; & qui ædificat ligna, fœnum, & stipulam. Cum enim hoc dixisset, adjunxit, *Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. Si cujus opus permanserit, quod superædificavit, mercedem accipiet. Si cujus opus autem exustum fuerit, damnum patietur: ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem*. Non ergo unius eorum, sed utriusque opus ignis probabit. Est quidam ignis tentatio tribulationis, de quo aperte alio loco scriptum est, *Vasa figuli probat fornax, & homines justos tentatio tribulationis*. Iste ignis in hac interim vita facit, quod Apostolus dixit, si accidat [1] duobus

Marginal notes: * CAPUT LXVIII. Locus Apostoli de salvandis per ignem ut intelligendus. — 4. Sent. d. 21. c. Hic obiici. — Ignis quidam in hac vita, per quem salvantur ædificantes ligna. — 1. Cor. 3. 13. &c. — Eccl. 27. 6.

1\. al. accedat.

duobus fidelibus, uni scilicet cogitanti quæ Dei sunt, quomodo placeat Deo, hoc est, ædificanti super Christum [1] fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos; alteri autem cogitanti ea quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, id est, ædificanti super idem fundamentum ligna, fœnum, stipulam. Illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit quorum amissione crucietur: exuritur autem hujus, quoniam SINE DOLORE NON PEREUNT, quæ cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra conditione proposita, eis potius carere mallet quam Christo, nec timore amittendi talia deserit Christum, quamvis doleat cum amittit; *salvus est* quidem, *sic tamen quasi per ignem*: quia urit eum rerum dolor, quas dilexerat, amissarum; sed non subvertit neque consumit fundamenti stabilitate atque incorruptione munitum. * Tale aliquid etiam post hanc vitam fieri, incredibile non est, & utrum ita sit, quæri potest: & aut inveniri, aut latere, nonnullos fideles per ignem quemdam purgatorium, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusque salvari; non tamen tales de quibus dictum est, quod *regnum Dei non possidebunt*, nisi convenienter pœnitentibus eadem crimina remittantur. Convenienter autem dixi, ut steriles in eleemosynis non sint, quibus tantum tribuit Scriptura divina, ut earum tantummodo fructum se imputaturum prænuntiet Dominus dextris, & earum tantummodo sterilitatem sinistris, quando his dicturus est, *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum*: illis autem, *Ite in ignem æternum*.

* CAPUT LXIX. *Ignis etiã purgatorius quidam post hanc vitam.* 4. *Sent. d.* 21. *cap.* In illo. 1. *Cor.* 6. 10. *Matth.* 25. 34. & 41.

19. Sane cavendum est, ne quisquam existimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius est quippe vita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus; non ad hoc emendus quodam modo, ut ea semper liceat impune committere: *Nemini* enim *dedit laxamentum peccandi*: quamvis miserando deleat jam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur. * De quotidianis autem brevibus levibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana fidelium oratio satisfacit. Eorum est enim dicere, *Pater noster qui es in Cælis*, qui jam Patri tali regenerati sunt ex aqua & Spiritu. Delet omnino hæc Oratio minima & quo-

CAPUT LXX. *Crimina eleemosynis non redimi nisi vita mutetur.* *Eccl.* 15. 21.

* CAPUT LXXI. *Oratione Dominica expiari leviora peccata.*

1. al. *Christi fundamentum*.

4. Sent. d. 16. c. Quæ autem.

quotidiana peccata. Delet & illa, a quibus vita fidelium etiam scelerate gesta, sed pœnitendo in melius mutata discedit: si quemadmodum veraciter dicitur, *Dimitte nobis debita nostra*, quoniam non desunt quæ dimittantur; ita veraciter dicatur, *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: id est, si fiat quod dicitur; quia & ipsa eleemosyna est, veniam petenti homini ignoscere.

Matt. 6. 9. &c.

* CAPUT LXXII. *Eleemosynarum genera multa.* *Luc. 11. 41.*

* Ac per hoc ad omnia quæ utili misericordia fiunt, valet quod Dominus ait, *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis*. Non solum ergo qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo vestimentum, peregrinanti hospitium, fugienti latibulum, ægroto vel incluso visitationem, captivo redemtionem, debili subvectionem, cæco deductionem, tristi consolationem, non sano medelam, erranti viam, deliberanti consilium, & quod cuique necessarium est indigenti; verum etiam qui dat veniam peccanti, eleemosynam dat; & qui emendet verbere in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, & tamen peccatum ejus, quo ab illo læsus, aut offensus est, dimittit ex corde, vel orat ut ei dimittatur, non solum in eo quod dimittit atque orat, verum etiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat; quia misericordiam præstat.

* *Apprime in Donatistas 4. Sent. d. 15. c His respondere.*

* Multa enim bona præstantur invitis, quando eorum consulitur utilitati, non voluntati: quia ipsi sibi inveniuntur esse inimici, amici vero eorum potius illi quos inimicos putant; & reddunt errando mala pro bonis, cum reddere mala Christianus non debeat nec pro malis. Multa itaque genera sunt eleemosynarum, quæ cum facimus, adjuvamur ut dimittantur nostra peccata.

* CAPUT LXXIII. *Eleemosynæ genus maximum, parcere inimicis.*

* Sed ea nihil est majus, qua ex corde dimittimus, quod in nos quisque peccavit. MINUS ENIM MAGNUM EST erga eum esse benevolum, sive etiam beneficum, qui tibi mali nihil fecerit: illud multo grandius & magnificentissimæ bonitatis est, ut tuum quoque inimicum diligas, & ei qui tibi malum vult, & si potest facit, tu bonum semper velis, faciasque cum possis [1], audiens dicentem Deum, *Diligite inimicos vestros, bene facite eis qui vos oderunt, & orate pro eis, qui vos persequuntur*.

Matth. 5. 44.

Sed quoniam perfectorum sunt ista filiorum Dei, quo quidem se debet omnis fidelis extendere, & humanum animum ad hunc affectum, orando Deum, secumque agendo [2] luctandoque

1. al. *fasciasque quod possis*. 2. al. *lucrandoque*.

doque perducere: tamen quia hoc tam magnum bonum tantæ multitudinis non eſt, quantam credimus exaudiri, cum in oratione dicitur, *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*; procul dubio verba ſponſionis hujus implentur, ſi homo qui nondum ita profecit, [1] ut jam diligat inimicum, tamen quando rogatur ab homine qui peccavit in eum, ut ei dimittat, dimittit ex corde: quia etiam ſibi roganti utique vult dimitti, cum orat, & dicit, *ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*; id eſt, Sic dimitte debita noſtra rogantibus nobis, ſicut & nos dimittimus rogantibus debitoribus noſtris. * Jam vero qui eum, in quem peccavit, hominem rogat, ſi peccato ſuo movetur ut roget, non eſt adhuc deputandus inimicus, ut eum diligere ſit difficile, ſicut difficile erat quando inimicitias exercebat. Quiſquis autem roganti & peccati ſui pœnitenti non ex corde dimittit, nullo modo exiſtimet a Domino ſua peccata dimitti; quoniam mentiri veritas non poteſt. Quem vero lateat Euangelii auditorem ſive lectorem, quis dixerit, *Ego ſum veritas*? Qui cum docuiſſet orationem, hanc in ea poſitam ſententiam vehementer commendavit, dicens, *Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater veſter cæleſtis peccata veſtra. Si autem non demiſeritis hominibus, nec Pater veſter dimittet peccata veſtra.* Ad tam magnum tonitruum qui non expergiſcitur, non dormit, ſed mortuus eſt: & tamen potens eſt ille etiam mortuos ſuſcitare..

Matth.6. 12.

CAPUT LXXIV. *Peccata non dimittenti non dimittuntur a Deo*

Ioan.14.6.

Matth. 6. 14 & 15.

20. Sane qui ſceleratiſſime vivunt, nec curant talem vitam moreſque corrigere, & inter ipſa facinora & flagitia ſua eleemoſynas frequentare non ceſſant, fruſtra ideo ſibi blandiuntur, quoniam Dominus ait, *Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis*. Hoc enim quam late pateat, non intelligunt. Sed ut intelligant, adtendant quibus dixerit. Nempe in Euangelio ſic ſcriptum eſt, *Cum loqueretur rogavit illud quidam Phariſæus, ut pranderet apud ſe, & ingreſſus recubuit. Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere, quare non baptizatus eſſet ante prandium? Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Phariſæi, quod de foris eſt calicis & catini, mundatis; quod autem intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina, & iniquitate. Stulti, nonne qui fecit id quod deforis eſt, etiam id quod intus eſt fecit? Verum tamen quod ſupereſt, date eleemoſynam, & ecce omnia mun-*

CAPUT LXXV. *Eleemoſyna ſceleratos & infideles non mũdat niſi mutentur. Luc.11.41. 4. Sent. d. 15. c. His reſpondetl. Ibid. 37. &c.*

1. al. *ut etiam*.

munda sunt vobis. Itane hoc intellecturi sumus, ut Pharisæis non habentibus fidem Christi, etiam si non in eum crediderint, nec renati fuerint ex aqua & Spiritu, munda sint omnia, tantum si eleemosynas dederint, sicut isti eas dandas putant? Cum sint immundi omnes, quos non mundat fides Christi, de qua scriptum est, *Mundans fide corda eorum*: & dicat Apostolus, *Immundis autem & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum & mens & conscientia*. Quomodo ergo Pharisæis omnia munda essent, si eleemosynas darent, & fideles non essent? Aut quomodo fideles essent, si in Christum credere, atque in ejus renasci gratia noluissent? Et tamen verum est, quod audierunt, *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis*. Qui enim vult ordinate dare eleemosynam, a se ipso debet incipere, & eam sibi primum dare. Est enim eleemosyna opus misericordiæ; verissimeque dictum est, *Miserere animæ tuæ placens Deo*. Propter hoc renascimur, ut Deo placeamus, cui merito displicet quod nascendo contraximus. Hæc est prima eleemosyna, quam nobis dedimus, quoniam nos ipsos miseros per miserantis Dei misericordiam requisivimus, justum judicium ejus confitentes, quo miseri effecti sumus, de quo dicit Apostolus, *Judicium quidem ex uno in condemnationem*: & magnæ caritati ejus gratias agentes, de qua idem ipse dicit gratiæ prædicator, *Commendat autem suam dilectionem Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est*: ut & nos veraciter de nostra miseria judicantes, & Deum caritate, quam donavit ipse, diligentes, pie recteque vivamus. Quod judicium & caritatem Dei cum Pharisæi præterirent, decimabant tamen propter eleemosynas, quas faciebant, etiam quæque minutissima fructuum suorum: & ideo non dabant eleemosynas a se incipientes, secumque prius misericordiam facientes. Propter quem dilectionis ordinem dictum est, *Diliges proximum tuum, tamquam te ipsum*. Cum ergo increpasset eos, quod forinsecus se lavabant, intus autem rapina & iniquitate pleni erant, admonens quadam eleemosyna, quam sibi homo debet primitus dare, interiora mundari: *Verumtamen*, inquit, *quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis*. Deinde ut ostenderet, quid admonuisset, & quid ipsi facere non curarent, ne illum putarent eorum eleemosynas ignorare, *Sed væ vobis*, inquit, *Pharisæis*: tam-

Margin notes: *Act.* 15. 9. *Tit.* 1. 15. — CAPUT LXXVI. *Prima eleemosyna animæ suæ misereri & recte vivere.* — *Eccl.* 30. 24. — *Rom.* 5. 16. — *Ibidem* 8. — *Luca* 10. 27. — *Luc.* 11. 41.

tamquam diceret, Ego quidem commonui vos eleemoſynam dandam, per quam vobis munda ſint omnia; *Sed væ vobis, qui decimatis mentam & rutam, & omne olus*; has enim novi eleemoſynas veſtras, ne de illis me nunc vos admonuiſſe arbitremini: *& præteritis judicium & caritatem Dei*; qua eleemoſyna poſſetis ab omni inquinamento interiori mundari, ut vobis munda eſſent & corpora quæ lavatis: hoc eſt enim *omnia*, & interiora ſcilicet, & exteriora; ſicut alibi legitur, *Mundate quæ intus ſunt, & quæ foris ſunt munda erunt*. *Matth. 23. 26.* Sed ne iſtas eleemoſynas, quæ fiunt de fructibus terræ, reſpuiſſe videretur: *Hæc*, inquit, *oportuit facere*, id eſt, judicium & caritatem Dei, *& illa non omittere*, id eſt, eleemoſynas fructuum terrenorum. *Luc. 11. 42.*

CAPUT LXXVII. *Iniquitas deſerenda ut proſint eleemoſynæ.*

* Non ergo ſe fallant, qui per eleemoſynas quaſlibet largiſſima fructuum ſuorum vel cujuſcumque pecuniæ, impunitatem ſe emere exiſtimant in facinorum immanitate ac flagitiorum nequitia permanendi: non ſolum enim hæc faciunt, ſed ita diligunt, ut in eis ſemper optent, tantum ſi poſſint impune, verſari. *Qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam*: *Pſal. 10. 6.* & qui odit animam ſuam, non eſt in eam miſericors, ſed crudelis. Diligendo eam quippe ſecundum ſæculum, odit eam ſecundum Deum. Si ergo vellet ei dare eleemoſynam, per quam illi eſſent munda omnia, odiſſet eam ſecundum ſæculum, & diligeret ſecundum Deum. Nemo autem dat eleemoſynam qualemlibet, niſi unde det, ab illo accipiat, qui non eget: ideo dictum eſt, *Miſericordia ejus præveniet me*. *Pſal. 58. 11.*

CAPUT LXXVIII. *Peccata quædam ſunt, quæ humano judicio nõ eſſe putarentur.*

21. Quæ ſint autem levia, quæ gravia peccata, non humano, ſed divino ſunt penſanda judicio. Videmus enim quædam ab ipſis quoque Apoſtolis ignoſcendo ſuiſſe conceſſa: quale illud eſt quod venerabilis Paulus conjugibus ait, *Nolite fraudare invicem, niſi ex conſenſu ad tempus, ut vacetis orationi; & iterum ad idipſum* [1] *eſtote, ne vos tentet Satanas propter incontinentiam* [2] *veſtram*: *1. Cor. 7. 5.* quod putari poſſet non eſſe peccatum, miſceri ſcilicet conjugi non filiorum procreandorum cauſſa, quod bonum eſt nuptiale, ſed carnalis etiam voluptatis; ut fornicationis, ſive adulterii, ſive cujuſquam alterius immunditiæ

1. Notatum jam viris doctis, ad locum præſentem editos libros habere *ad ipſum revertimini*; ſed melioris notæ veterum membranas referre *ad idipſum*, (vel *ad ipſum*) *eſtote*: & eam dictionem ſequi conſuevisse s. Auguſtinum, quemadmodum rei documentum ſunt epiſtola 1-pſius 262, ſermo 351. num. 5. lib. 5. contra Fauſtum cap. 9. Eandem inſuper dictionem adhibuiſſe & Origenem homilia in Numeros xxiii. quaſi pro *συνέρχησθε* legerent olim majores noſtri *γίνεσθε*.

2. al. *intemperantiam*.

ditiæ mortiferum malum, quod turpe est etiam dicere, quo potest tentante satana libido pertrahere, incontinentium devitet infirmitas. Posset ergo, ut dixi, hoc putari non esse peccatum, nisi addidisset, *Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium*. Quis autem jam esse peccatum neget, cum dari veniam facientibus apostolica auctoritate [1], fateatur?

1.Cor.6.1. &c. Tale quiddam est, ubi dicit, *Audet quisquam vestrum adversus alterum negotium habens judicari apud iniquos, & non apud sanctos?* Et paulo post, *Secularia igitur judicia si habueritis*, inquit, *eos qui contemtibiles sunt in Ecclesia, hos collocate. Ad reverentiam vobis dico: sic non est inter vos quisquam sapiens, qui possit inter fratrem suum judicare; sed frater cum fratre judicatur, & hoc apud infideles*. Nam & hic posset putari judicium habere adversus alterum, non esse peccatum, sed tantummodo id extra Ecclesiam velle judicari, nisi secutus adjungeret, *Jam quidem omnino delictum est; quia judicia habetis vobiscum*. Et ne quisquam hoc ita excusaret, ut diceret justum se habere negotium, sed iniquitatem se pati, quam vellet a se judicum sententia removeri: continuo talibus cogitationibus vel excusationibus occurrit, atque ait, *Quare non* Matth. 5. 40. *magis iniquitatem patimini? quare non potius fraudamini?* ut ad illud redeatur, quod Dominus ait, *Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & judicio tecum contendere, dimitte illi & pallium*.

Luc.6.30. Et alio loco, *Qui abstulerit*, inquit, *tua, noli repetere*. Prohibuit itaque suos de sæcularibus rebus cum aliis hominibus 1.Cor.6.7. habere judicium: ex qua doctrina Apostolus dicit esse delictum. Tamen cum sinit in Ecclesia talia judicia finiri inter fratres fratribus judicantibus, extra Ecclesiam vero terribiliter vetat; manifestum est etiam hic quid secundum veniam concedatur infirmis. Propter hæc atque hujusmodi peccata, & alia, licet iis minora, quæ fiunt verborum & cogitationum offensionibus, apostolo Jacobo confitente ac dicente, *In mul-* Jacob.3.2. *tis enim offendimus omnes*: oportet ut quotidie crebroque oremus Dominum, atque dicamus, *Dimitte nobis debita nostra*: nec in eo quod sequitur mentiamur, *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*.

CAPUT LXXIX. *Quæ levia videntur esse interdum gravissima.*

* Sunt autem quædam, quæ levissima putarentur, nisi in Scripturis sanctis demonstrarentur opinione graviora. Quis enim dicentem fratri suo *Fatue*, reum gehennæ putaret,

1. al. *apostolica auctoritas*, sed in inferioris notæ membranis.

putaret, nisi Veritas diceret? Cui tamen vulneri subjecit continuo medicinam, præceptum fraternæ reconciliationis adjungens: mox quippe ait, *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te &c.* *Matth. 5. 22. & 23. &c.* Aut quis æstimaret quam magnum peccatum sit, dies observare & menses & annos & tempora, sicut observant, qui certis diebus sive mensibus sive annis volunt, vel nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum vanas doctrinas hominum fausta vel infausta existiment tempora; nisi hujus mali magnitudinem ex timore Apostoli pensaremus, qui talibus ait, *Timeo vos ne forte sine caussa laboraverim in vobis.* *Gal. 4. 11.*

CAPUT LXXX. *Peccata horrenda usu videntur levia.*

* Huc accedit, quod peccata, quamvis magna & horrenda, cum in consuetudinem venerint, aut parva, aut nulla esse creduntur; usque adeo ut non solum non occultanda, verum etiam prædicanda ac diffamanda videantur, quando, sicut scriptum est, *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur.* *Psal. 9. 24.* Talis in divinis libris iniquitas clamor vocatur. Sicut habes apud Isaiam prophetam de vinea mala, *Exspectavi*, inquit, *ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem, & non justitiam, sed clamorem.* *Isaia 5. 7.* Unde est & illud in Genesi, *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est.* *Gen. 18. 20.* Quia non solum jam apud eos non puniebantur illa flagitia, verum etiam publice veluti lege frequentabantur. Sic nostris temporibus ita multa mala, etsi non talia, in apertam consuetudinem jam venerunt, ut pro his non solum excommunicare aliquem laicum non audeamus, sed nec clericum degradare. Unde cum exponerem ante aliquot annos epistolam ad Galatas in eo ipso loco, ubi ait Apostolus, *Timeo vos, ne forte sine caussa laboraverim in vobis*; *Gal. 4. 11.* exclamare compulsus sum, „ [1] Væ peccatis hominum, quæ sola inusitata exhorrescimus: „ usitata vero, pro quibus abluendis Filii Dei sangis effusus „ est, quamvis tam magna sint, ut omnino claudi contra se „ faciant regnum Dei, sæpe videndo omnia tolerare, sæpe „ tolerando nonnulla etiam facere cogimur. Atque utinam, „ o Domine, non omnia, quæ non potuerimus prohibere, „ faciamus! „ Sed videro, utrum me immoderatus dolor incaute aliquid compulerit dicere.

1. Eum locum habes num. 35. Expositionis Epistolæ ad Galatas Tom. III. Parte II. Operum sancti Augustini recentioris Parisiensis Editionis.

CAPUT LXXXI. *Peccati caussæ duæ, ignorantia & infirmitas, quas nemo vincit nisi divinitus adjutus.*

22. Hoc nunc dicam, quod quidem & in aliis opusculorum meorum locis sæpe jam dixi. Duabus ex caussis peccamus, aut nondum videndo quid facere debeamus, aut non faciendo quod debere fieri jam videmus: quorum duorum illud ignorantiæ malum est, hoc infirmitatis. Contra quæ quidem pugnare nos convenit: sed profecto vincimur, nisi divinitus adjuvemur; ut non solum videamus quid faciendum sit, sed etiam accedente sanitate [1] delectatio justitiæ vincat in nobis earum rerum delectationes, quas vel habere cupiendo, vel amittere metuendo, scientes videntesque peccamus; jam non solum peccatores, quod eramus etiam cum per ignorantiam [2] peccabamus, verum etiam legis prævaricatores cum id non facimus quod faciendum, vel facimus quod non faciendum esse jam scimus. Quapropter non solum si peccavimus, ut ignoscat propter quod dicimus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*; verum etiam ne peccemus ut regat, propter quod dicimus, *Ne nos inferas in tentationem*; ille rogandus est, cui dicitur in Psalmo, *Dominus illuminatio mea, & salus mea*: ut illuminatio detrahat ignorantiam, & salus infirmitatem. * Nam & ipsa pœnitentia, quando digna caussa est secundum morem Ecclesiæ cur agatur, plerumque infirmitate non agitur: quia & pudor timor est displicendi, dum plus delectat hominum existimatio, quam justitia, qua se quisque humiliat pœnitendo. Unde non solum cum agitur pœnitentia, verum etiam ut agatur, Dei misericordia necessaria est. Alioquin non diceret Apostolus de quibusdam, *Ne forte det illis Deus pœnitentiam*. Et ut Petrus amare fleret, præmisit Euangelista, & ait, *Respexit eum Dominus*. * Qui vero in Ecclesia remitti peccata non credens, contemnit tantam divini muneris largitatem, & in hac obstinatione mentis diem claudit extremum, reus est illo irremissibili peccato in Spiritum sanctum, in quo Christus peccata dimittit. De qua quæstione difficili in quodam propter hoc solum conscripto libello [3] enucleatissime, quantum potui disputavi.

Matth. 6. 12. — *Psal. 26. 1.* — CAPUT LXXXII. *Pœnitentia Dei donum.* — *2. Tim. 2. 25.* — *Luc. 22. 61.* — CAPUT LXXXIII. *Peccatum in Spiritu sanctum.* — *Matth. 12. 32.*

CAPUT LXXXIV. *De carnis resurrectione.*

23. Jam vero de resurrectione carnis, non sicut quidam revixerunt, iterumque sunt mortui, sed in æternam vitam, sicut

1. al *accedente suavitate*.

2. Vide quæ de ignorantiæ peccatis diximus ad primam hujusce Operis Partem, pag. 231. adnot. 1.

3. Eum libellum esse credunt Sermonem LXXI. qui olim de verbis Domini erat 11. Confer quæ scripsimus Part. I. pag. 188, 189, & 190.

cut Christi ipsius caro resurrexit, quemadmodum possim breviter disputare, & omnibus quæstionibus, quæ de hac re moveri adsolent satisfacere, non invenio. Resurrecturam tamen carnem omnium, quicumque nati sunt hominum atque nascentur, & mortui sunt atque morientur, nullo modo dubitare debet Christianus. * Unde primo occurrit de abortivis fetibus quæstio, qui jam quidem nati sunt in uteris matrum, sed nondum ita ut jam possent renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus; de iis, qui jam formati sunt, tolerari potest utcumque quod dicitur: informes vero abortus quis non proclivius perire arbitretur, sicut semina quæ concepta non fuerint? Sed quis negare audeat, etsi adfirmare non audeat, id acturam resurrectionem, ut quidquid formæ defuit, impleatur? Atque ita non desit perfectio, quæ accessura erat tempore, quemadmodum non erunt vitia, quæ accesserant tempore: ut neque in eo quod aptum & congruum dies allaturi fuerant, natura fraudetur; neque in eo quod adversum atque contrarium dies adtulerant, natura turpetur; sed integretur, quod nondum erat integrum, sicut instaurabitur, quod fuerat vitiatum. * Ac per hoc scrupulosissime quidem inter doctissimos quæri ac disputari potest, quod utrum ab homine inveniri possit ignoro, quando incipiat homo in utero vivere, utrum sit quædam vita &[1] occulta, quæ nondum motibus viventis appareat. Nam negare vixisse puerperia, quæ propterea membratim exsecantur & ejiciuntur ex uteris prægantium; ne matres quoque, si mortua ibi relinquantur, occidant, impudentia nimia videtur. Ex quo autem incipit homo vivere, ex illo utique jam mori potest. Mortuus vero, ubicumque illi mors potuit evenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat mortuorum, reperire non possum. * Neque enim & monstra quæ nascuntur & vivunt, quamlibet cito moriantur, aut resurrectura negabuntur, ut ita[2] resurrectura credenda sunt, ac non potius correcta emendataque natura. Absit enim ut illum bimembrem, qui nuper natus est in Oriente, de quo & fratres fidelissimi, quod eum viderint retulerunt, & sanctæ memoriæ Hieronymus Presbyter scriptum reliquit[3]: absit, inquam, ut

CAPUT LXXXV. *Fetus abortivi an resurgent. V. lib. 22. de Civ. Dei c. 12. & 13. 4. Sent. d. 44. c. Illud.*

CAPUT LXXXVI. *Fetus in utero quando vivere incipiat.*

CAPUT LXXXVII. *Monstrosi fetus quomodo resurrecturi.*

1. al. omissa conjungendi vocula ait, *quadam vita occulta*.

2. al. *aut ita vitiata resurrectura &c.*

3. S Hieronymus in epistola ad Vitalem, *Num quia nostra*, inquit, *ætate duplex Lyddæ natus est homo, duorum capitum, quatuor manuum uno ventre & duobus pedibus, omnes homines ita nasci necesse est?* Confer lib. xvi. de Civitate Dei cap. viii.

unum hominem duplicem, ac non potius duos, quod futurum fuerat, si gemini nascerentur, resurrecturos existimemus. Ita cetera quæ singuli quique partus vel amplius vel minus aliquid habendo, vel quadam nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figuram resurrectione revocabuntur; ita ut singulæ animæ singula sua corpora obtineant, nullis cohærentibus etiam quæcumque cohærentia nata fuerant; sed seorsum sibi singulis sua membra gestantibus, quibus humani corporis completur integritas. * Non autem perit Deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro: sed in quemlibet pulverem cineremve solvatur, in quoslibet halitus aurasque diffugiat, in quamcumque aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcumque animalium, etiam hominum cibum cedat carnemque mutetur, illi animæ humanæ puncto temporis redit, quæ illam primitus, ut homo fieret, viveret, cresceret, animavit. * Ipsa itaque terrena materies, quæ discedente anima fit cadaver, non ita resurrectione reparabitur, ut ea quæ dilabuntur, & in alias atque alias aliarum rerum species formasque vertuntur, quamvis ad corpus redeant, unde dilapsa sunt, ad easdem quoque corporis partes ubi fuerunt, redire necesse sit. Alioquin si capillis redit quod tam crebra tonsura detraxit, si unguibus, quod totiens demsit exsectio; immoderata & indecens cogitantibus, & ideo resurrectionem carnis non credentibus occurrit informitas. Sed quemadmodum si statua cujuslibet solubilis metalli aut igne liquesceret, aut contereretur in pulverem, aut confunderetur in massam, & eam vellet artifex rursus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil interesset ad ejus integritatem, quæ particula materiæ cui membro statuæ redderetur, dum tamen totum, ex quo constituta fuerat, restituta resumeret: ita Deus mirabiliter atque ineffabiliter artifex, de toto, quo caro nostra constiterat, eam mirabili & ineffabili celeritate restituet: nec aliquid adtinebit ad ejus redintegrationem utrum capilli ad capillos redeant, & ungues ad ungues; an quidquid eorum perierat, mutetur in carnem, & in partes alias corporis revocetur, curante artificis providentia, ne quid indecens fiat. * Nec illud est consequens, ut ideo diversa sit statura reviviscentium singulorum, quia fuerat diversa viventium, aut macri cum eadem macie, aut pingues cum eadem

CAPUT LXXXVIII. Instauratio carnis quocumque modo perierit. 4. Sent. d. 44. c. Non enim.

CAPUT LXXXIX. Superflua quomodo redibunt ad corpus.

V. lib. 22. de Civ. Dei c. 19.

CAPUT XC. In statura & effigie corporis nihil erit indecorũ.

eadem pinguedine revivifcant. Sed fi hoc eft in confilio Creatoris, ut in effigie fua cujufque proprietas & difcernibilis fimilitudo fervetur, in ceteris autem corporis bonis æqualia cuncta reddantur; ita modificabitur illa in unoquoque materies, ut nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuerit, ille fuppleat, qui etiam de nihilo potuit, quod voluit, operari. Si autem in corporibus refurgentium rationabilis inæqualitas erit, ficut eft vocum, quibus cantus impletur; hoc fiet cuique de materie corporis fui, quod & hominem reddat [1] angelicis cœtibus, & nihil inconveniens eorum ingerat fenfibus. Indecorum quippe aliquid ibi non erit; fed quidquid futurum eft, hoc decebit; quia nec futurum eft, fi non decebit.

4. Sent. d. 44. c. Non enim.

CAPUT XCI.

Refurgent piorū corpora quoad fubftantiā carnis, fed fine omni vitio.

* Refurgent igitur fanctorum corpora fine ullo vitio, fine ulla deformitate, ficut fine ulla corruptione, onere, difficultate: in quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit. Propter quod & fpiritalia dicta funt, cum procul dubio corpora fint futura, non fpiritus. Sed ficut nunc corpus animale dicitur, quod tamen corpus, non anima eft: ita tunc fpiritale corpus erit, corpus tamen non fpiritus erit. Proinde quantum adtinet ad corruptionem, quæ nunc aggravat animam, & ad vitia, quibus caro adverfus fpiritum concupifcit, tunc non erit caro, fed corpus: quia & cæleftia corpora perhibentur. Propter quod dictum eft, *Caro & fanguis regnum Dei non poffidebunt*. Et tamquam exponens quid dixerit, *Neque corruptio*, inquit, *incorruptionem poffidebit*. Quod prius dixit, *Caro & fanguis*; hoc pofterius dixit, *corruptio*: & quod prius, *regnum Dei*; hoc pofterius, *incorruptionem*. Quantum autem adtinet ad fubftantiam, etiam tunc caro erit. Propter quod & poft refurrectionem corpus Chrifti, caro appellata eft. Sed ideo ait Apoftolus, *Seminatur corpus animale, refurget corpus fpiritale*: quoniam tanta erit tunc concordia carnis & fpiritus, vivificante fpiritu fine fuftentaculi alicujus indigentia fubditam carnem, ut nihil nobis repugnet ex nobis; fed ficut foris neminem, ita nec intus nos ipfos patiamur inimicos.

4. Sent. d. 44. c. Hoc autem.
1. Cor. 15. 44.
Sap. 9. 15.
Gal. 5. 17.
1. Cor. 15. 50.
Luc. 24. 39.
1. Cor. 15. 44.

CAPUT XCII.

Corpora damnatorum qualia refurgent.

* Quicumque vero ab illa perditionis maffa, quæ facta eft per hominem primum, non liberantur per unum Mediatorem Dei & hominum, refurgent quidem etiam ipfi unufquifque cum fua carne, fed ut cum diabolo & ejus angelis puniantur. Utrum fane

[1] al. reddat æqualem;

ſane ipſi cum vitiis & deformitatibus ſuorum corporum reſurgant, quæcumque in eis vitioſa & deformia membra geſtarunt, in requirendo laborare quid opus eſt? Neque enim fatigare nos debet incerta eorum habitudo vel pulcritudo, quorum erit certa & ſempiterna damnatio. Nec moveat, quomodo in eis erit corpus incorruptibile, ſi dolere poterit; aut quomodo corruptibile, ſi mori non poterit. Non eſt enim vera vita, niſi ubi feliciter vivitur; nec vera incorruptio, niſi ubi ſalus nullo dolore corrumpitur. Ubi autem infelix mori non finitur, ut ita dicam, mors ipſa non moritur; & ubi dolor perpetuus non interimit, ſed affligit, ipſa corruptio non finitur. Hæc in ſanctis Scripturis *ſecunda mors* dicitur.

V. lib. 21. de Civ. Dei cap. 5.

Apoc. 2. 11. & 20. 6. 14.

CAPUT XCIII.

Quorum damnatorum futura ſit mitiſſima pœna.

2. Sent. d. 33. cap. Alioquin.

* Nec prima tamen, qua ſuum corpus anima relinquere cogitur, nec ſecunda, qua pœnale corpus anima [1] relinquere non permittitur, homini accidiſſet, ſi nemo peccaſſet. Mitiſſima ſane omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum, quod originale traxerunt, nullum inſuper addiderunt: & in ceteris qui addiderunt, tanto quiſque tolerabiliorem ibi habebit damnationem, quanto hic minorem habuit iniquitatem.

CAPUT XCIV.

In vita æterna ſancti plenius cognoſcent quid eis contulerit gratia.

Pſ. 100. 1.

Contra Pelagianos.

CAPUT XCV.

Tunc revelabitur occulta judicia Dei in hominũ prædeſtinatione.

Matth. 11. 21.

24. Remanentibus itaque angelis & hominibus reprobis in æterna pœna, tunc ſancti ſcient plenius, quid boni ejus contulerit gratia. Tunc rebus ipſis evidentius apparebit quod in Pſalmo ſcriptum eſt, *Miſericordiam & judicium cantabo tibi, Domine*: quia niſi per indebitam miſericordiam nemo liberatur, & niſi per debitum judicium nemo damnatur. * Tunc non latebit quod nunc latet, cum de duobus parvulis unus eſſet aſſumendus per miſericordiam, alius per judicium relinquendus, in quo, is qui aſſumeretur, agnoſceret quid ſibi per judicium deberetur, niſi miſericordia ſubveniret; cur ille potius quam iſte fuerit aſſumtus, cum cauſſa una eſſet ambobus: cur apud quoſdam non factæ ſint virtutes, quæ ſi factæ fuiſſent, egiſſent illi homines pœnitentiam, & factæ ſint apud eos, qui non fuerant credituri. Apertiſſime namque Dominus dicit, *Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egiſſent*. Nec utique Deus injuſte noluit ſalvos fieri, cum poſſent ſalvi eſſe, ſi vellet [2]. Tunc in clariſ-

1. al. *animam.*
2. *Si vellet*, al. *ſi vellent*: Unius litterulæ diſcrimine concertatione diſſeritur utra duarum illarum dictionum ſit S. Auguſtini germanus fetus.

Voluntas Dei efficacissima.

clarissima sapientiæ luce videbitur, quod nunc piorum fides habet antequam manifesta cognitione videatur, quam certa, immutabilis, efficacissima sit voluntas Dei; quam multa possit & non velit, nihil autem velit, quod non possit: quamque sit verum quod in Psalmo canitur, *Deus autem noster in cælo sursum, in cælo & in terra omnia quæcumque voluit fecit*. Quod utique non est verum si aliqua voluit, & non fecit, & quod est indignius, ideo non fecit, quoniam ne fieret quod volebat omnipotens¹, voluntas hominis impedivit. Non ergo fit aliquid, nisi omnipotens fieri velit, ² vel sinendo ut fiat, vel ipse faciendo.

Ps. 113. 19.
1. Sent. d. 46. c. Nunc videre restat.
1. Sent. d. 45. c. Permissio.

CAPUT XCVI.

Deus facit bene etiam sinendo fieri male.
1. Sent. d. 46. c. Qui enim.

* Nec dubitandum est Deum facere bene, etiam sinendo fieri quæcumque fiunt male. Non enim hoc nisi justo judicio sinit: & profecto bonum est omne quod justum est. Quamvis ergo ea quæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sint bona: tamen ut non solum bona, sed etiam sint & mala, bonum est.ª Namnisi esset hoc bonum, ut essent & mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotente bono: cui procul dubio quam facile est quod vult facere, tam facile est, quod non vult esse non sinere. Hoc nisi credamus, periclitatur ipsum nostræ Confessionis initium, qua nos in Deum Patrem omnipotentem credere confitemur. Neque enim ob aliud veraciter vocatur omnipotens, nisi quoniam quidquid vult potest, nec voluntate cujuspiam creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus.

1. Sent. d. 41. cap. Ex quibusdam.

CAPUT XCVII.

Voluntas Dei salvare volentis an impediatur humana voluntate.
1. Tim. 2. 4.
1. Sent. d. 46. cap. 2. & 3.

* Quamobrem videndum est quemadmodum sit de Deo dictum, quia & hoc verissime Apostolus dixit, *Qui omnes homines vult salvos fieri*. Cum enim non omnes, sed multo plures non fiunt salvi, videtur utique non fieri quod Deus vult fieri, humana scilicet voluntate impediente

fectus. Veteres membranæ utrique suffragari videntur parti. In Parisiensi recentiori editione ad locum præsentem animadvertitur editos libros omnes uno excepto Arnaldino habere *si vellent*. Editis illis adduntur & manu exarati Codices decem eamdem præ se ferentes dictionem. Contra vero sigillatim indicantur inediti Codices alii viginti quinque numero, habentes *si vellet*. Si postremum hoc retineatur, non illud prius, sequetur S. Augustini doctrina Deum multa facere posse quæ non vult facere, & non facit revera. At id & Augustinum docuisse constat, & theologi docent cum Petro Lombardo in primo Sententiarum libro dist. 42. 43. cap. *Hic autem*. Quibus adde, si lubet, & quæ collegit Petavius lib. v. Theologicorum Dogmatum de Deo c. v1. Hæc profecto declarant recte potuisse Hipponensem Antistitem scribere *si vellet*. At potuit fortasse & scripsisse *si vellent*: & id apud theologos verum germanumque habet sensum. Quis enim neget quemlibet hominem Dei auxilio supernaturali fultum propriam adsequi posse æternam salutem si velit? Non est igitur cur multum laboremus quæritando an præsenti in loco scripserit Augustinus *si vellet*, an potius *si vellent*.

2. Nota *vel sinendo ut fiat*. Omnipotentissima ergo voluntate sua sinit, permittit Deus aliqua fieri, aliqua contingere, quæ ipse non facit, sed ut fiant sinit. Sinit ut fiant quæcumque sunt mala in ordine morum.

a. Bonum est esse & mala animadvertant qui Manichæismum nimia & noxia ingenii subtilitate rimari suscipiunt.

pediente voluntatem Dei. Quando enim quæritur caussa, cur non omnes salvi fiant, responderi solet, quia hoc ipsi nolunt. Quod quidem dici de parvulis non potest, quorum nondum est velle, seu nolle. Nam quod infantili motu faciunt, si eorum voluntati judicaretur esse tribuendum, quando baptizantur, cum resistunt quantum possunt, etiam nolentes eos salvos fieri diceremus. Sed apertius Dominus in Euangelio compel- *Matt. 23. 37.* lans impiam civitatem, *Quotiens*, inquit, *volui colligere filios tuos, sicut gallina pullos suos & noluisti*? tamquam Dei voluntas superata sit hominum voluntate, & infirmissimis nolendo impedientibus non potuerit facere potentissimus quod volebat. Et ubi est illa omnipotentia, qua in cælo & in terra omnia quæcumque voluit Dominus fecit, si colligere filios Jerusalem voluit, & non fecit? An potius illa quidem filios suos ab ipso colligi noluit, sed ea quoque nolente, filios ejus collegit ipse *Psal. 113. 11.* quos voluit? quia *in cælo & in terra*, non quædam voluit & fecit, quædam vero voluit & non fecit, sed *omnia quæcumque voluit fecit*.

CAPUT XCVIII. *Deus etsi potest convertere quos voluerit, non tamen inique facit, cum alios convertit, alios non convertit.*

25. Quis porro tam impie desipiat, ut dicat Deum malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere? Sed cum facit, per misericordiam facit: cum autem non facit, per judicium non facit, Quoniam *cujus vult miseretur, & quem vult obdurat*. *Rom. 9. 18.* Quod ut [1] diceret Apostolus gratiam commendabat: ad cujus commendationem de illis in Rebeccæ utero geminis fuerat jam locutus, quibus *nondum natis, nec aliquid agentibus boni seu mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia & major serviet minori*. *Ibid. 11. &c.* *Gen. 25. 23.* Propter quod adhibuit alterum propheticum testimonium, ubi scriptum est, *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*. *Malach. 1. 2.* Sentiens autem quemadmodum posset hoc, quod dictum est, permovere eos, qui penetrare intelligendo non possunt hanc altitudinem gratiæ, *Quid ergo dicemus*, ait? *Numquid iniquitas apud Deum? Absit*. *Rom. 9. 14.* Iniquum enim videtur, ut sine ullis bonorum malorumve operum meritis, unum Deus diligat, oderit alterum. Qua in re si futura opera vel bona hujus, vel mala illius, quæ Deus utique præsciebat, vellet intel-

1. *Sent. d. 26. c. Nunc videre.*

1. al. *Quod cum diceret*.

intelligi, nequaquam diceret, *non ex operibus*: sed diceret, [1] ex futuris operibus? eoque modo istam solveret quæstionem; immo nullam, quam solvi opus esset, faceret quæstionem. Nunc vero cum respondisset, *Absit*, id est, Absit ut sit iniquitas apud Deum; mox ut probaret nulla hoc iniquitate Dei fieri, inquit, *Moysi enim dicit, Miserebor cujus misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero*. Quis enim nisi insipiens Deum iniquum putet, sive judicium pœnale ingerat digno, sive misericordiam præstet indigno? Denique infert, & dicit, *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*. Ambo itaque gemini natura filii iræ nascebantur, nullis quidem operibus propriis, sed originaliter ex Adam vinculo damnationis obstricti. Sed qui dixit, *Miserebor cujus misertus ero*, Iacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esau autem odio habuit per judicium debitum. Quod cum deberetur ambobus, in altero alter agnovit non de suis distantibus meritis sibi esse gloriandum, quod in eadem caussa idem supplicium non incurrit; sed de divinæ gratiæ largitate: quia *non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*. Altissimo quippe ac saluberrimo sacramento universa facies, atque (ut ita dixerim) vultus sanctarum Scripturarum, bene intuentes id admonere invenitur, *ut qui gloriatur, in Domino glorietur*.

Ibid. 15. Exodi 33. 19.

Rom. 9. 16. Ephes. 2. 3.

Originale vinculum damnationis.

CAPUT XCIX. *Ut magna bonitate miseretur Deus, ita nulla iniquitate obdurat.*

Cum autem Dei misericordiam commendasset in eo quod ait, *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*: deinde ut etiam judicium commendaret (quoniam in quo non fit misericordia, non iniquitas fit, sed judicium; non est quippe iniquitas apud Deum:) continuo subjunxit, atque ait, *Dicit enim Scriptura Pharaoni, quia ad hoc te excitavi, ut ostendam in te potentiam* [2] *meam, & ut adnuntietur nomen meum in universa terra*. Quibus dictis ad utrumque concludens, id est, & ad misericordiam & ad judicium, *Ergo*, inquit, *cujus vult miseretur, & quem vult obdurat*. Miseretur scilicet magna bonitate, obdurat nulla iniquitate; ut nec liberatus de suis meritis glorietur, nec damnatus nisi de suis meritis conqueratur. Sola enim gratia redemtos discernit a perditis, quos in unam perditionis concreverat massam ab origine ducta caussa communis. Hoc autem qui eo modo audit, ut dicat,

Rom. 9. 17. Exodi 9. 16.

Rom. 9. 18.

1. Eos ille perstringit Pelagianizantes, de quibus agit S. Prosper num. 5. Epistolæ ad S. Augustinum datæ, quæ præmissa legitur libro ipsius de Prædestinatione Sanctorum.

2. al. *fortitudinem meam*.

Ibid. 19. *Quid adhuc conqueritur? nam voluntati ejus quis resistit?* tamquam propterea malus non videatur esse culpandus, quia Deus *cujus vult miseretur, & quem vult obdurat*: absit ut pudeat nos hoc respondere, quod respondisse videmus Apostolum, *O homo* *Ibid. 20. & 21.* *tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?* Hoco loco enim quidam stulti putant Apostolum in responsione defecisse, & inopia reddendæ rationis repressisse contradictoris audaciam. Sed magnum habet pondus quod dictum est, *O homo tu quis es?* &[1] in talibus quæstionibus ad suæ capacitatis considerationem revocat hominem, verbo quidem brevi, sed reipsa magna est redditio rationis. Si enim[2] hæc non capit, quis est qui respondeat Deo? Si autem capit, magis non invenit quid respondeat. *Apostatica radix.* Videt enim, si capit, universum genus humanum tam justo judicio divino in apostatica radice damnatum, ut etiam si nullus inde liberaretur, nemo recte posset Dei vituperare justitiam; & qui liberantur, sic oportuisse liberari, ut ex pluribus non liberatis, atque in damnatione justissima derelictis, ostenderetur, quid meruisset universa conspersio, & quo etiam istos debitum judicium Dei duceret, nisi eis indebita miseri- *Rom. 3. 19. 1. Cor. 1. 31.* cordia subveniret: ut volentium de suis meritis gloriari, *Omne os obstruatur; Et qui gloriatur in Domino glorietur.*

CAPUT C. Nihil fieri præter voluntatem Dei, etiam dum fit contra ejus voluntatem.

26. Hæc sunt *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus*: & tam sapienter exquisita, ut cum angelica, & humana creatura peccasset; id est, non quod ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam per eamdem creaturæ voluntatem, qua factum est, quod Creator noluit, impleret ipse quod voluit: bene utens & malis, tamquam summe bonus, ad eorum damnationem, quos juste prædestinavit ad pœnam, & ad eo- *Ps. 110. 2. 1. Sent. d. 47. c. 1. V lib 14. de Civ. Dei c. 27.* rum salutem quos benigne prædestinavit ad gratiam. Qantum enim ad ipsos adtinet, quod Deus noluit, fecerunt: quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id efficere valuerunt. Hoc quippe ipso quod contra voluntatem fecerunt ejus, de ipsis facta est voluntas ejus. Propterea namque *magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus*: ut miro & ineffabili modo non fiat præter ejus voluntatem, quod etiam contra

1. al. *& ut in talibus ..... revocaret hominem.* 2. al. *Si enim homo hæc non capit.*

tra ejus fit voluntatem. Quia non fieret, si non fineret: nec utique nolens finit, sed volens: nec fineret bonus fieri male, nisi omnipotens & de malo facere posset bene.

CAPUT CI. Voluntas Dei bona per bonas aque & malas voluntates hominum semper impletur. 1. Sent. d. 48. c. 1.

* Aliquando autem bona voluntate homo vult aliquid, quod Deus non vult, etiam ipse bona multo amplius multoque certius voluntate: nam illius mala voluntas esse numquam potest. Tamquam si bonus filius patrem velit vivere, quem Deus bona voluntate vult mori. Et rursus fieri potest, ut hoc velit homo voluntate mala, quod Deus vult bona: velut si malus filius velit mori patrem, velit hoc etiam Deus. Nempe ille vult quod non vult Deus, iste vero id vult quod vult & Deus: & tamen bonæ Dei voluntati pietas illius potius consonat, quamvis aliud volentis, quam hujus idem volentis impietas. Tantum interest quid velle homini, quid Deo congruat, & ad quem finem suam quisque referat voluntatem, ut aut probetur aut improbetur. Nam Deus quasdam voluntates suas, utique bonas, implet per malorum hominum voluntates malas: sicut per Judæos malevolos bona voluntate Patris pro nobis Christus occisus est: quod tantum bonum factum est, ut apostolus Petrus quando id fieri nolebat, satanas ab ipso qui occidi venerat diceretur. Quam bonæ apparebant voluntates piorum fidelium, qui nolebant apostolum Paulum Jerusalem pergere, ne ibi pateretur mala, quæ Agabus propheta prædixerat! & tamen Deus hæc illum pati volebat pro annuntianda fide Christi, exercens martyrem Christi. Neque istam bonam voluntatem suam implevit per Christianorum voluntates bonas, sed per Judæorum malas: & ad eum potius pertinebant qui nolebant quod volebat, quam illi per quos volentes factum est quod volebat; quia idipsum quidem, sed ipse per eos bona, illi autem mala voluntate fecerunt.

1. Sent. d. 48. c. Sed ad hoc.

Matth. 16. 23.

1. Sent. d. 48. cap. Si vero.

Act. 21. 11.

CAPUT CII. Voluntas Dei invicta semper, et numquã mala, sive misereatur sive obduret. 1. Sent. d. 47. c. Verum ut.

* Sed quantælibet sint voluntates vel angelorum vel hominum, vel bonorum vel malorum, vel illud quod Deus, vel aliud volentes quam Deus; omnipotentis voluntas semper invicta est, quæ mala esse numquam potest; quia [1] etiam cum mala irrogat, justa est, & profecto quæ justa est, mala non est. Deus igitur omnipotens sive per misericordiam cujus vult misereatur, sive per judicium quem vult obduret, nec inique aliquid facit, nec nisi volens quidquam facit, & omnia quæcumque vult facit.

1. al. *quæ etiam*.

CAPUT CIII. *Excutitur dictum Apostoli 1. Tim. 2. 4.* Qui vult omnes homines salvos fieri. *1. Sent. d. 46 c* Nunc videre restat. *V. lib. de corrept. & gratia c. 14. Ioan. 1. 9.*

27. Ac per hoc cum audimus & in sacris litteris legimus, quod velit omnes homines salvos fieri, quamvis certum sit nobis non omnes homines salvos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissimæ Dei voluntati aliquid derogare; sed ita intelligere quod scriptum est, *Qui omnes homines vult salvos fieri*: tamquam diceretur, nullum hominem fieri salvum, nisi quem fieri ipse voluerit: non quod nullus sit hominum, nisi quem salvum fieri velit; sed quod nullus fiat, nisi quem velit; & ideo sit rogandus ut velit, quia necesse est fieri si voluerit. De orando quippe Deo agebat Apostolus, ut hoc diceret. Sic enim intelligimus & quod in Euangelio scriptum est, *Qui illuminat omnem hominem*; non quia nullus est hominum qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Aut certe sic dictum est, *Qui omnes homines vult salvos fieri*; non quod nullus hominum esset quem salvum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos, quos dicit acturos fuisse pœnitentiam si fecisset; sed ut *omnes homines* omne genus humanum [1] intelligamus per quascumque differentias distributum, reges, privatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, integri corporis, debiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, divites, pauperes, mediocres, mares, feminas, infantes, pueros, adolescentes, juvenes, seniores, senes; in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in professionibus omnibus, in voluntatum & conscientiarum varietate innumerabili constitutos, & si quid aliud differentiarum est in hominibus. Quid est enim eorum unde non Deus per Unigenitum suum Dominum nostrum per omnes gentes salvos fieri homines velit, & ideo faciat [2], quia omnipotens velle inaniter non potest quodcumque voluerit? Præceperat enim Apostolus, ut oraretur *pro omnibus* [3] *hominibus*, & specialiter addiderat *pro regibus, & iis qui in sublimitate sunt constituti*, qui putari poterant, fastu & superbia sæculari a fidei Christianæ humilitate abhorrere. Proinde dicens, *Hoc enim bonum est coram Salvatore nostro Deo*, id est, ut etiam pro talibus oretur: statim ut desperationem tolleret, addidit, *Qui omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire*. Hoc quippe Deus bonum judicavit, ut orationibus humilium dignaretur salutem

1. Tim. 2. 1. &c.

lutem

1. al. *hominum*.
2. al. *fiat*.
3. al. *pro singulis*, Sed MSS. magno consensu habent *pro omnibus* juxta Apostoli locum quem in præsenti expendit S. Augustinus.

lutem præstare sublimium: quod utique jam videmus impletum. Isto locutionis modo & Dominus est usus in Euangelio, ubi ait Pharisæis, *Decimatis mentam & rutam & omne olus*. Neque enim Pharisæi & quæcumque aliena & omnium per omnes terras alienigenarum omnia olera decimabant. Sicut ergo hic *omne olus*, omne olerum genus; ita & illic *omnes homines*, omne hominum genus intelligere possumus: & quocumque alio modo intelligi potest, dum tamen credere non cogamur aliquid omnipotentem Deum voluisse fieri, factumque non esse: qui sine ullis ambiguitatibus, *Si in cælo & in terra*, sicut eum [1] Veritas cantat, *omnia quæcumque voluit, fecit*, profecto facere noluit quodcumque non fecit [2].

Lucæ 11. 42.

Psal. 113. 11.

28. Qua-

1. al. omissa vocula *eum* ait, *sicut veritas cantat*.

2. Celebre apud theologos Caput hocce Enchiridii est, quo, sicut præcedentibus in aliquibus fecerat, absolutam quam vocant, atque omnipotentem Dei voluntatem maxime commendans Augustinus, s. Paulum affirmantem Deum velle omnes homines salvos fieri, de aliquibus tantum accipit. Idem præstat & cap XIV. libri de Correptione & Gratia camdem Apostoli sententiam exponens de solis prædestinatis. Eadem de re disserit & cum Juliano Pelagiano capite VIII. libri adversus ipsum quarti. Nec tamen putare debemus Hipponensium Antistitem credidisse Deum omnino non velle ut omnes homines salvi fiant, ad hoc enim eos condidit. Ea sane Augustini mens non fuit: sermone porro suo eam respiciebat absolutissimam Dei voluntatem, qua quodcumque vult operatur, & operatur aut omnipotentia qua ipse pollet, id quod vult dum facit; aut permittendo, sinendo ut creaturæ, quas ipse libertate arbitrii donavit, quod volunt faciant. Eamdem voluntatem theologi ss. Patrum vestigia legentes appellant *consequentem*; qua nemine contradicente Deus non vult omnes homines salvos fieri; vult tamen ea voluntate sincerissima, quæ *antecedens* ab iisdem theologis dicitur; quæque declarat quid per se proprie velit Deus, neque ad illud attendit quod vult creatura libera. Distinctionis hujus qua voluntas altera *antecedens* vocatur, *consequens* altera, usum animadvertit in Platone de Legibus agente Hierocles ille philosophus Platonicus suo in opere περὶ προνοίας septem libris distincto, cujus excerpta nobis reservavit Photius in Cod. CCL. Eadem distinctione utitur inter Ecclesiæ Patres s. Joannes Chrysostomus adhibendo voces primæ & secundæ voluntatis; prima est illa *antecedens*, secunda *consequens*. Percurrantur Homiliæ illius, prima in Epistolam s. Pauli ad Ephesios; tertia in illam ad Romanos; & duodevigesima in illam ad Hebræos. Porro distinguendi scopum ita illic declarat in primo de memoratis locis, ἔστι γὰρ καὶ ἄλλο θέλημα. οἷον θέλημα πρῶτον, τὸ μὴ ἀπολέσθαι ἡμαρτηκότας. Hanc igitur voluntatem quam *primam* vocat Chrysostomus, quaque ait Deum nolle ut peccatores pereant, eodem in loco appellat *beneplacitum*, εὐδοκίαν, *voluntatem vehementem*, τὸ σφοδρὸν θέλημα, *voluntatem firmam*, τὸ πίεσμα, *voluntatem cum cupiditate conjunctam*, τὸ μετ' ἐπιθυμίας θέλημα. Eam vero voluntatem, quam *secundam* dicit, θέλημα δεύτερον, esse definit τὸ γενομένους κακοὺς ἀπολέσθαι, qua vult Deus, ut, qui mali facti sunt, pereant, quos quidem non necessitate compulsus pœna afficit, οὐ γὰρ δὴ ἀνάγκῃ αὐτοὺς κολάζει, sed ipsorummet voluntate. Rem deinde suam confirmat Chrysostomus exemplo s. Pauli cupientis Corinthios omnes cælibem sequi vitæ rationem, & præcipientis deinde eosdem nubere ac gignendis filiis operam dare. Quam *primam* voluntatem dixit, quamque *secundam* Joannes Chrysostomus, *antecedentem* & *consequentem* appellavisse Joannem Damascenum ille solum ignorat qui theologiæ instituta nec a limine salutavit. Illam *antecedentem* eam esse dixit num. XXXIII. Dialogi contra Manichæos, qua quis a seipso aliquid vult, προηγούμενον μέν ἐστι θέλημα, ὅπερ τις ἐφ' ἑαυτοῦ θέλει. *consequentem* vero ἑπόμενον δὲ, *id quod ex eorum quæ fiunt causa proficiscitur*, ὅπερ ἐκ τῆς τῶν γινομένων αἰτίας. Et in capite XXIX. libri II. de Fide Orthodoxa apertius camdem ape-

CAPUT CIV. Qua fuerit voluntas Dei erga Adamum, quem peccaturum præsciebat.

28. Quapropter etiam primum hominem Deus in ea salute, in qua conditus erat, custodire voluisset, eumque opportuno tempore post genitos filios sine interpositione mortis ad meliora perducere, ubi jam non solum peccatum non committere, sed nec voluntatem posset habere peccandi, si ad permanendum sine peccato, sicut factus erat, perpetuam voluntatem habiturum esse præscisset. Quia vero eum male usurum libero arbitrio, hoc est, peccaturum esse præsciebat, ad hoc potius præparavit voluntatem suam, ut bene ipse faceret etiam de male faciente, ac sic hominis voluntate mala non evacuaretur, sed nihilominus impleretur omnipotentis bona.

CAPUT CV. Voluntas hominis ad bonum & malum aliter libera in primo statu, aliter in ultimo. 2. Sent. d. 7. c. Boni vero. & d. 25. cap. Angeli.

* Sic enim oportebat prius hominem fieri, ut & bene velle posset, & male; nec gratis, si bene; nec impune, si male: postea vero sic erit, ut male velle non possit; nec ideo libero carebit arbitrio. Multo quippe liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit servire peccato. Neque enim culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati esse sic volumus, ut esse miseri non solum nolimus, sed nequaquam prorsus velle possimus. Sicut ergo anima nostra etiam nunc nolle infelicitatem, ita nolle iniquitatem semper habitura est. Sed ordo prætermittendus non fuit, in quo Deus voluit ostendere, quam bonum sit animal rationale, quod etiam non

aperiens duplicis illius voluntatis notionem; quum præmisisset inspiciendum esse quomodo Deus προηγουμένως velit omnes salvos fieri & regni sui compotes esse, utpote qui bonus est: peccantes vero puniri velit, quia justus est; concludit subjungens, Λέγεται οὖν, τὸ μὲν πρῶτον, προηγούμενον θέλημα, ἢ εὐδοκία, ἐξ αὐτοῦ ὄν: *dicitur ergo illa prima voluntas antecedens & beneplacitum*, *cujus ipse* (Deus videlicet) *caussa sit*: τὸ δὲ δεύτερον, ἑπόμενον θέλημα, ἢ παραχώρησις, ἐξ ἡμετέρας αἰτίας. *secunda autem, consequens voluntas & permissio, ex nostra caussa ortum habens*. Doctrina paucis hactenus indicata si bene a nobis introspiciatur, deprehendimus in voluntate *secunda* sive *consequenti* permissionis notionem. A Damasceno aperte illa vocatur permissio παραχώρησις: voluntas profecto Dei & permittendo liberis creaturis propriæ libertatis exercitium impletur. At Augustinus, ut ad ipsum tandem revertamur, tum præsenti in loco, tum in aliis huic affinibus, de ea agit Dei voluntate, quæ & permittendo impletur. Quod ipsemet paullo superius sub finem capitis xcv. consceptissime fatetur. Agit igitur de voluntate illa, quam Chrysostomus *secundam* appellat, *consequentem* Damascenus. Ordinata igitur & recta sermonis ratio exigebat, ut Paulum scribentem Deum velle omnes homines salvos fieri, acciperet de aliquibus tantum, de solis prædestinatis; non de omnibus prorsus; quia non omnes salvantur. Et illud dum adstruit nullus negat, non inficiatur, & altero sub adspectu contueri nos posse & divinam contemplari voluntatem: immo disarte ponit & præsenti in capite xcv. & capite xiv. libri de Correptione & Gratia. In libro autem de Spiritu & Littera cap. xxxiii. dum affirmat Deum velle omnes homines salvos fieri, & *primam*, sive *antecedentem* agnoscit voluntatem, & voluntatis *secundæ atque consequentis*, qua Deus non vult omnes homines salvos fieri, quia ultimum illos libero quo donavit arbitrio, spoliare non vult, rationem aperit. En pauca ejus loci celebratissimi verba: *vult autem Deus omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire; non sic tamen, ut eis adimat liberum arbitrium, quo vel bene, vel male utentes justissime judicentur*. Verum ea de re satis.

[1] non peccare possit; quamvis sit melius quod peccare non possit: sicut minor fuit immortalitas; sed tamen fuit, in qua posset etiam non mori, quamvis major futura sit, in qua non possit mori.

CAPUT CVI. *Libero arbitrio gratia necessaria in primo & secundo statu.*

* Illam [2] natura humana perdidit per liberum arbitrium, hanc est acceptura per gratiam, quam fuerat, si non peccasset, acceptura per meritum: quamvis sine gratia nec tunc ullum meritum esse potuisset. Quia etsi peccatum in solo libero arbitrio erat constitutum, non tamen justitiæ retinendæ sufficiebat liberum arbitrium, nisi participatione immutabilis boni divinum adjutorium præberetur. Sicut enim mori est in hominis potestate cum velit, nemo est enim qui non seipsum, ut nihil aliud dicam, vel non vescendo possit occidere; ad vitam vero tenendam voluntas non satis est, si adjutoria sive alimentorum sive quorumcumque tutaminum desint: sic homo in paradiso ad se occidendum relinquendo justitiam idoneus erat per voluntatem, ut autem ab eo teneretur vita justitiæ, parum erat velle, nisi ille qui eum fecerat, adjuvaret. Sed post illam ruinam major est misericordia Dei, quando & ipsum [3] arbitrium liberandum est a servitute, cui dominatur cum morte peccatum. Nec omnino per se ipsum, sed per solam Dei gratiam, quæ in fide Christi posita est, liberatur: ut voluntas ipsa, sicut scriptum est, a Domino præparetur, qua cetera Dei munera capiantur, per quæ veniatur ad munus æternum.

2. Sent. d. 26. c. Et si.

Prov. 8. 35. sec. LXX.

CAPUT CVII. *Vita æterna merces & tamen gratia.*

* Unde & ipsam vitam æternam, quæ certe [4] merces est operum bonorum, gratiam Dei appellat Apostolus, *Stipendium enim,* inquit, *peccati mors, gratia autem Dei vita æterna in Christo Jesu Domino nostro.* Stipendium pro opere militiæ debitum redditur, non donatur: ideo dixit, *Stipendium peccati mors*; ut mortem peccato non immerito illatam, sed debitam demonstraret. Gratia vero nisi gratis est, gratia non est. Intelligendum est igitur etiam ipsa hominis bona merita esse Dei munera; quibus cum vita æterna redditur, quid nisi gratia pro gratia redditur? Sic ergo factus est homo rectus, ut & manere in ea rectitudine posset non sine adjutorio divino, & suo fieri perversus arbitrio. Utrumlibet horum elegisset, Dei voluntas fieret, aut etiam ab illo, aut

Rom. 6. 23

Joan. 1. 16.

2. Sent. d. 24. c. 1. *Voluntas Dei de homine peccante impleta.*

1. al. *quod etiam peccare possit* expuncta negandi vocula *non*.

2. *Illam immortalitatem in qua poterat non mori natura humana, perdidit per liberum arbitrium: hanc vero in qua non poterit mori, acceptura est per gratiam.* Ita locum exponit Petrus Lombardus in 2. Sent. d. 29. cap. 1.

3. al. *ipsum liberum arbitrium.*

4. al. *certa merces.*

aut certe de illo. Proinde quia suam maluit facere quam Dei, de illo facta est voluntas Dei, qui ex eadem massa perditionis, quæ de illius stirpe profluxit, facit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam: in honorem per misericordiam; in contumeliam per judicium: ut nemo glorietur in homine, ac per hoc, nec in se. * Nam neque per ipsum liberaremur unum Mediatorem Dei & hominum Jesum Christum, nisi esset & Deus. Sed cum factus est Adam, homo scilicet rectus, Mediatore non opus erat. Cum vero genus humanum peccata longe separaverunt a Deo, per Mediatorem, qui solus sine peccato natus est, vixit, occisus est, reconciliari nos oportebat Deo usque ad carnis resurrectionem in vitam æternam: ut humana superbia per humilitatem Dei argueretur, ac sanaretur, & demonstraretur homini quam longe a Deo recesserat, cum per incarnatum Deum revocaretur, & exemplum obedientiæ per hominem Deum contumaci homini præberetur; & Unigenito suscipiente formam servi, quæ nihil ante meruerat, fons gratiæ panderetur; & carnis etiam resurrectio redemtis promissa in ipso Redemtore præmonstraretur, & per eamdem naturam, quam se decepisse lætabatur, diabolus vinceretur; nec tamen homo gloriaretur, ne iterum superbia nasceretur: & si quid aliud de tanto Mediatoris sacramento a proficientibus videri & dici potest, aut tantum videri, etiam si dici non potest.

Rom. 9. 21.

CAPUT CVIII. *Ex Deo salus nostra, ita ut nec per Christũ liberaremur, si non esset Deus. 1. Tim. 2. 5.*

29. Tempus autem quod inter hominis mortem & ultimam resurrectionem interpositum est animas [1] abditis receptaculis continet, sicut unaquæque digna est vel requie, vel ærumna, pro eo quod sortita est in carne cum [2] viveret. * Neque negandum est, defunctorum animas pietate suorum viventium

CAPUT CIX. *Animarũ receptacula ante resurrectionẽ 4. Sent. d. 45. c. 1.*

CAPUT CX. *Sacrificiũ altaris, & eleemosynæ pro defunctis, quatenus & quibusnam prosint. 4. Sent. d. 45. c. Neque.*

1. al. *aut in paradisi receptaculis continet, aut in locis quibuscumque abditis.*

2. Animas justorum quibus nil superest luendum post exactam mortalem hanc vitam, statim in cælis inter beatos recipi, deinque donari visione illa, quam intuitivam theologi dicunt, Ecclesiam perpetuo tenuisse demonstrant veteris liturgiæ monumenta in Gelasii atque Gregorii Magni Sacramentariis adhuc superstitibus. Illudque se definise professa est in Florentino Oecumenico Concilio, ubi in *definitione sanctæ Oecumenicæ Synodi*, apud Labbeum Concil. edit. Parisien. an. 1671. pag. 515. Tom. XIII. ajunt, *Definimus .... illorumque animas qui post baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, ... purgatæ sunt, in cælum mox recipi, & intueri clare ipsum Deum trinum & unum, sicuti est, pro meritorum tamen diversitate alium alio perfectius*. In Tridentino etiam Sess. XXV. in Decreto de invocatione Sanctorum, ajentibus Patribus, *illos vero qui negant Sanctos æterna felicitate in cælo fruentes invocandos esse ...... impie sentire*. Ignorat nemo aliter opi-

tium relevari, cum pro illis sacrificium Mediatoris offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt. Sed eis hæc prosunt, qui cum viverent, ut hæc sibi postea possent prodesse, meruerunt. Est enim quidam vivendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortem; nec tam malus, ut non ei prosint ista post mortem: est vero talis in bono, ut ista non requirat, & est rursus talis in malo, ut nec his valeat, cum ex hac vita transierit, adjuvari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam relevari quispiam vel gravari. Nemo se autem speret, quod hic neglexerit, cum obierit, apud Deum promereri. Non igitur ista, quæ pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sunt adversa sententiæ, qua dictum est, *Omnes enim adstabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, sive bonum sive malum*. Quia etiam hoc meritum sibi quisque, dum in corpore viveret, comparavit, ut ei possint ista prodesse. Non enim omnibus prosunt: & quare non omnibus prosunt, nisi propter differentiam vitæ, quam quisque gessit in corpore? Cum ergo sacrificia sive altaris sive quarumcumque eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt; pro non valde malis propitiationes sunt; pro valde malis etiam si nulla sunt adjumenta mortuorum, qualescumque vivorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc pro-

Rom. 14. 10. 2. Cor. 5. 10.

opinatos esse aliquando nonnullos. Joannis XXII. ætate ingenti animorum æstu est ea de re disputatum. Primis Ecclesiæ temporibus inventi sunt inter Patres, illos præsertim, qui Papiæ narrationibus ducti Millenariorum cogitabant futurum aliquando regnum, qui *receptacula* nescio quæ confinxere, quibus dicebant detinendas esse justorum animas usque ad regni illius initium. Ea rejecta Millenarismi fabula, mansere tamen eorum in opinione illius veluti reliquiæ quædam *receptacula*, quæ & vocabant subinde, quod maxime animadvertatur velim, Abrahæ Sinum, Cælum, Paradisum; eaque statuere justorum usque ad mundi exitum, & extremum judicii diem, domicilium. Triplicem illi distinguebant animarum post mortem statum, beatorum, cujus initium futurum esset post absolutum extremum universale judicium; impiorum apud inferos in tormentis; & medium quemdam memoratis in receptaculis. Huic opinioni adhæsisse aliquando Augustinum tum præsens locus, tum alia ejusdem non pauca; quorum plurima collegit Petavius suis in Dogmatibus theologicis de Deo lib. VII. cap. XIV. num. IX. suadere facile possent. Verum non adeo adhæsisse ut certam exploratamque illam haberet vel ipsemet satis aperuit cum in lib. I. Retract. cap. XIV. num. 2. hæc scripsit, *Quinam sint illi beatissimi, qui jam sunt in possessione quo ducit hæc via, magna quæstio est. Et Angeli quidem sancti, quod ibi sint, nulla quæstio est. Sed de sanctis hominibus jam defunctis, utrum ipsi saltem dicendi sint jam in illa possessione consistere, merito quæritur. Jam enim corpore quidem corruptibili, quo anima aggravatur, exuti sunt, sed adhuc expectant etiam ipsi redemtionem corporis sui, & caro eorum requiescit in spe, nondum in futura incorruptione clarescit. Sed utrum ad contemplandam cordis oculis veritatem, sicut dictum est, facie ad faciem, nihil ex hoc minus habeant, non hic locus est disputando inquirere.*

sunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat [1] ipsa damnatio. * Post resurrectionem vero facto universo completoque judicio, suos fines habebunt civitates duæ; una scilicet Christi, altera diaboli; una bonorum, altera malorum; utraque tamen, & angelorum & hominum. Istis voluntas, illis facultas non poterit ulla esse peccandi, vel ulla conditio moriendi; istis in æterna vita vere feliciterque viventibus, illis infeliciter in æterna morte sine moriendi potestate [2] durantibus, quoniam utrique sine fine. Sed in beatitudine isti alius alio præstabilius, in miseria vero illi alius alio tolerabilius permanebunt. * Frustra itaque nonnulli, immo quamplurimi, æternam damnatorum pœnam & cruciatus sine intermissione perpetuos humano miserantur affectu, atque ita futurum esse non credunt; non quidem Scripturis divinis adversando, sed pro suo motu dura quæque molliendo, & in leniorem flectendo sententiam, quæ putant in eis [3] terribilius esse dicta, quam verius. *Non enim obliviscetur*, inquiunt, *misereri Deus, aut continebit in ira sua miserationes suas*. Hoc quidem in Psalmo legitur sancto: sed de his sine ullo scrupulo intelligitur, qui vasa misericordiæ nuncupantur, quia & ipsi non pro meritis suis, sed Deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant pertinere, non ideo necesse est ut damnationem opinentur posse finiri eorum, de quibus dictum est, *Et ibunt isti in supplicium æternum*: ne isto modo putetur habitura finem quandoque felicitas etiam illorum, de quibus e contrario dictum est, *Justi autem in vitam æternam*. Sed pœnas damnatorum certis temporum intervallis existiment, [4] si hoc

CAPUT CXI. *Duæ civitates post judiciū in æterna vel beatitudine vel miseria.* 2. Sent. d. 50. c. 1.

CAPUT CXII. *Pœnā damnatorum æternā fore.* 4. Sent. d. 46. cap. 1. Et 21. de Civit. Dei cap. 18. & 24.

Psal. 76. 10.

Matth. 25. 46.

1. al. *sit* pro *fiat*. al. omittit verbum *fiat*. Tolerabiliorem fieri sacrificiis & eleemosynis piorum hominum *damnationem* defunctorum baptizatorum docet hoc in loco Augustinus, & ex sermonis illius integro contextu manifestum fieri videtur *damnationis* voce ipsum intellexisse temporariam illam punitionem, quam Purgatorii nomine donamus. Unde credimus a vero deflexisse theologos illos, qui hunc Augustini locum accepere de æterna impiorum damnatione, quos inter de veteribus invenimus Petrum Lombardum in 4. Sent. dist. 45. cap. *Neque*. De recentioribus vero Petavium lib. III. de Angelis cap. VIII. num. XVI.

2. al. *necessitate* non *potestate*.

3. al. *magis terribiliter*.

4. *si hoc eis placet*. Animadverte Augustinum ibi opinionem de mitigatione pœnæ damnatorum, non ut suam proponere, neque eam ipsum probare. Quare falluntur qui ex præsenti capite concludere vellent extremis verbis superioris capitis ex, Augustinum docuisse altaris sacrificia & eleemosynas æternum damnatis ad respirationem & levamen aliquod prodesse. Illis reprobis prodesse & solatio esse qui in Ecclesia decessere, quamquam s. Augustini opinio non fuerit, fuit tamen aliquorum, de quibus vide Petavium in postremis duobus numeris cap. VIII. lib. III. de Angelis. Vide & quæ adnotata leguntur ad superius caput CX. in Parisien. Editione. Augustini ætate illa eadem opinio permittebatur quod ex præsenti illius loco

hoc eis placet, aliquatenus [1] mitigari. Etiam sic quippe intelligi potest manere in illis ira Dei, hoc est, ipsa damnatio: (hæc enim vocatur ira Dei, non divini animi perturbatio:) ut in ira sua, hoc est, manente ira sua, non tamen contineat miserationes suas; non æterno supplicio finem dando; sed levamen adhibendo vel interponendo cruciatibus. Quia nec Psalmus ait, ad finiendam iram suam, vel post iram suam; sed, *in ira sua*. Quæ si sola esset quanta ibi minima cogitari potest; perire a regno Dei, exsulare a civitate Dei, alienari a vita Dei, carere tam magna multitudine dulcedinis Dei, quam abscondit timentibus se, perfecit autem sperantibus in se, tam grandis est pœna, ut ei nulla possint tormenta, quæ novimus comparari, si illa sit æterna, ista autem sint quamlibet multis sæculis longa. * Manebit ergo sine fine mors illa perpetua damnatorum, id est, alienatio a vita Dei, & omnibus erit ipsa communis, quælibet [2] homines de varietate pœnarum, de dolorum relevatione vel intermissione pro suis humanis motibus suspicentur: sicut manebit communiter omnium vita æterna sanctorum, qualibet honorum [3] distantia concorditer fulgeant.

Psal. 30. 20.

CAPUT CXIII. *Mors impiorum, ut vita piorũ perpetua.*

CAPUT CXIV. *Exposita Fide, agit de Spe, quæ huc pertinent contineri Oratione Dominica.*

30. Ex ista Fidei confessione, quæ breviter Symbolo continetur, & carnaliter cogitata lac parvulorum est, spiritaliter autem considerata atque tractata cibus est fortium, nascitur Spes bona fidelium, cui Caritas sancta comitatur. Sed de iis omnibus, quæ fideliter sunt credenda, ea tantum ad spem pertinent, quæ oratione Dominica continentur. *Maledictus* enim *omnis*, sicut divina testantur eloquia, *qui spem ponit in homine*, ac per hoc & in se ipso qui spem ponit, hujus maledicti vinculo innectitur. Ideo non nisi a Domino Deo petere debemus, quidquid speramus nos vel bene operaturos, vel pro [4] bonis operibus adepturos. * Proinde apud euangelistam Matthæum septem petitiones continere Dominica videtur oratio: quarum tribus æterna poscuntur, reliquis quatuor, temporalia, quæ tamen propter æterna consequenda sunt necessaria. Nam quod dicimus, *Sanctificetur nomen tuum, Adveniat regnum tuum, Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra*, (quod non absur-

Ierem. 17. 5.

Spem in se ipso ponens maledictus

CAPUT CXV. *Orationis Dominicæ apud Matthæum petitiones septem.*

Matth. 6. 9. &c.

eo certissime apparet: permittebatur & XII. Ecclesiæ seculo dum Petrus Lombardus suos edebat sententiarum libros. Dissimulare tamen hodie non debemus eamdem esse a communi Ecclesiæ sensu alienam: neque enim catholici pro damnatis orare consuevimus.

1. al. *Aliquantum*. al. *aliquantulum*.
2. al *quamlibet*.
3. al. *bonorum*.
4. al. omittit *pro*.

de quidam intellexerunt, in spiritu & corpore) omnino sine fine retinenda sunt : & hic inchoata [1], quantumcumque proficimus, augentur in nobis; perfecta vero, quod in alia vita sperandum est, semper possidebuntur. Quod vero dicimus, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, Et ne nos inferas in tentationem, Sed libera nos a malo*, quis non videat ad præsentis vitæ indigentiam pertinere? In illa itaque vita æterna, ubi nos semper speramus futuros, & nominis Dei sanctificatio, & regnum ejus, & voluntas ejus in nostro spiritu & corpore perfecte atque immortaliter permanebunt. Panis vero quotidianus ideo dictus est, quia hic est necessarius, quantus animæ carnique tribuendus est, sive spiritaliter, sive carnaliter, sive utroque intelligatur modo. Hic est etiam quam poscimus remissio, ubi est commissio peccatorum; hic tentationes, quæ nos ad peccandum vel alliciunt, vel impellunt; hic denique malum unde cupimus liberari: illic autem nihil istorum est.

CAPUT CXVI. *Petitiones tantū quinque apud Lucā, qui cum Matthæo conciliatur. Luc. 11. 2.*

* Euangelista vero Lucas in oratione Dominica petitiones non septem, sed quinque complexus est: nec ab isto utique discrepavit, sed quomodo istæ septem sint intelligendæ, ipsa sua brevitate commonuit. Nomen quippe Dei sanctificatur in spiritu, Dei autem regnum in carnis resurrectione venturum est. Ostendens ergo Lucas tertiam petitionem duarum superiorum esse quodammodo repetitionem, magis eam prætermittendo facit intelligi. Deinde tres alias adjungit, de pane quotidiano, de remissione peccatorum, de tentatione vitanda. At vero quod ille in ultimo posuit, *Sed libera nos a malo*; iste non posuit, ut intelligeremus ad illud superius, quod de tentatione dictum est, pertinere. Ideo quippe ait, *Sed libera*; non ait, Et libera, tamquam unam petitionem esse demonstrans: [2] (Noli hoc, sed hoc:) ut sciat unusquisque in eo se liberari a malo, quod non infertur in tentationem.

** Matthæus.*

CAPUT CXVII. *De caritate, quæ cū Fide ac Spe adesse debet. 1. Cor. 13. 13.*

31. Jam Porro Caritas, quam duabus istis, id est, Fide ac Spe majorem dixit Apostolus, quanto in quocumque major est, tanto melior est in quo est. Cum enim quæritur, utrum quisque sit homo bonus, non quæritur quid credat, aut speret, sed quid amet. Nam qui recte amat, procul dubio recte credit & sperat: qui vero non amat, inaniter credit, etiam

1. al. *& hic inchoantur, quantumque proficimus.* 2. al. *Non hoc.*

etiamsi sint vera quæ credit; inaniter sperat, etiamsi ad veram felicitatem doceantur pertinere quæ sperat: nisi & hoc credat ac speret, quod sibi petenti donari possit ut amet. Quamvis enim sperare sine amore non possit, fieri tamen potest ut id non amet, sine quo ad id quod sperat non potest pervenire. Tamquam si speret vitam æternam ([1] quam quis non amat?) & non amet justitiam, sine qua nemo ad illam pervenit. Ipsa est autem fides Christi, quam commendat Apostolus, quæ per dilectionem operatur, & quod in dilectione nondum habet, petit ut accipiat, quærit ut inveniat, pulsat ut aperiatur ei. Fides namque impetrat quod lex imperat. Nam sine Dei dono, id est, sine Spiritu sancto, per quem diffunditur caritas in cordibus nostris, jubere lex poterit, non juvare, & prævaricatorem insuper facere, qui de ignorantia se excusare non possit. Regnat[2] enim carnalis cupiditas, ubi non est Dei caritas. * Sed cum in altissimis ignorantiæ tenebris nulla resistente ratione secundum carnem vivitur, hæc sunt prima[3] hominis. Deinde cum per legem cognitio fuerit facta peccati, si nondum divinus adjuvat Spritus, secundum legem volens vivere vincitur, & sciens peccat, peccatoque subditus servit, *A quo enim quis devictus est, huic & servus addictus est*: id agente scientia mandati, ut peccatum operetur in homine omnem concupiscentiam, cumulo prævaricationis adjecto, atque ita quod scriptum est impleatur, *Lex subintravit, ut abundaret delictum*. Hæc sunt secunda[4] hominis. Si autem respexerit Deus, ut ad implenda, quæ mandat, ipse adjuvare credatur, & agi homo cœperit Dei Spiritu, concupiscitur adversus carnem fortiore robore caritatis: ut quamvis adhuc sit, quod homini repugnet ex homine, nondum tota infirmitate sanata, ex fide tamen justus vivat, justeque vivat, in quantum non cedit malæ concupiscentiæ, vincente delectatione[5] justitiæ. Hæc sunt tertia[6] bonæ spei hominis; in quibus si pia perseverantia quisque proficiat, postrema pax restat, quæ post hanc vitam in requie spiritus, deinde

Gal. 5. 6.

Matth. 7. 7.

2. *Sent. d.* 26. *c. Etsi.*
Rom. 5. 5.

CAPUT CXVIII.
Status vel ætates hominis quatuor, ante Legem, sub Lege, sub gratia, & in pace.

2. *Petri* 2. 19.

Rom. 5. 20.

Gal. 5. 17.

Rom. 1. 17.

1. al. *quamvis non habeat, & non amet justitiam*. al. *quamvis non amet justitiam*.

2. *Regnat enim carnalis cupiditas*. Regnat quidem, non ita tamen ut omnis actio hominis injusti, aut habitu caritatis destituti, peccatum sit; id enim nec Augustinum docuisse & esse ab Ecclesia damnatum, ignorat nemo. Regnat habitus in modum hominem ad malum inclinantis nulla tamen libero arbitrio illata necessitate.

3. al. *prima opera*.

4. al. *secunda opera*.

5. al. *dilectione*.

6. al. *tertia opera*.

deinde in resurrectione etiam carnis implebitur. Harum quatuor differentiarum prima est ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace plena atque perfecta. Sic est & Dei populus ordinatus per temporum intervalla, sicut Deo placuit, qui in mensura & numero & pondere cuncta disponit. Nam fuit primitus ante legem; secundo sub lege, quæ data est per Moysen; deinde sub gratia, quæ revelata est per primum Mediatoris adventum. Quæ quidem gratia nec antea defuit, quibus eam oportuit impertiri, quamvis pro temporis dispensatione velata & occulta. Neque enim antiquorum quicumque justorum præter Christi fidem salutem potuit invenire, [1] aut vero nisi & illis cognitus fuisset, potuisset nobis per eorum ministerium alias apertius, alias occultius prophetari. * In quacumque autem quatuor istarum velut ætatum singulum quemque hominem gratia regenerationis invenerit, ibi ei remittuntur præterita universa peccata; & reatus ille nascendo contractus, renascendo dissolvitur. Tamque multum valet, quod *Spiritus ubi vult spirat*, ut quidam secundam [2] illam servitutem sub lege non noverint, sed cum mandato incipiant adjutorium habere divinum. * Ante quam possit autem homo capax esse mandati, secundum carnem vivat necesse est: sed si jam Sacramento regenerationis imbutus est, nihil ei oberit, si tunc ex hac vita migraverit. Quia *ideo Christus mortuus est & resurrexit, ut & vivorum & mortuorum dominetur*; nec tenebit regnum mortis eum, pro quo mortuus est ille liber in mortuis.

Sap. 11. 21.
1. 17.
CAPUT CXIX. *Regeneratio peccata abolet universa in quavis ætate.*
Joan. 3. 8.
Servitus sub lege nonnullis inexperta.
CAPUT CXX. *Regenerati morientes ante usum rationis nõ pereunt.*
Rom. 14. 9.
Psal. 87. 6.

32. Omnia igitur præcepta divina referuntur ad Caritatem, de qua dicit Apostolus, *Finis autem præcepti est Caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta*. Omnis itaque præcepti finis est Caritas, id est, ad Caritatem refertur omne præceptum. Quod vero ita fit vel timore pœnæ, vel aliqua intentione carnali, ut non referatur ad illam Caritatem, quam diffundit Spiritus sanctus in cordibus nostris, nondum fit quemadmodum fieri oportet, quamvis fieri videatur. Caritas quippe ista Dei est & proximi: & utique *in his duobus præceptis tota Lex pendet & Prophetæ*. Adde Euangelium, adde Apostolos:

CAPUT CXXI. *Caritas finis omniũ præceptorũ*
2. *Sent. d.* 38. *c.* 1.
1. *Tim.* 1. 5.
3. *Sent. d.* 36. *c.* Cum duo sint.
Rom. 5. 5.
Matth. 22. 40.

1. al. *At vero nisi & illis cognitus fuisset, non potuisset nobis*.
2. al. *Secundum illam servitutem sub lege esse non noverit*. Verius *secundam*, absque verbo *esse*. Namque secundam hanc appellat servitutem sub lege, quam præcessit servitus sub peccato.

ſtolos: non enim aliunde vox iſta eſt, *Finis præcepti eſt Caritas*: &, *Deus Caritas eſt*. Quæcumque ergo mandat Deus, ex quibus unum eſt, *Non mœchaberis*: & quæcumque non jubentur, ſed ſpiritali conſilio monentur [1], ex quibus unum eſt, *Bonum eſt homini mulierem non tangere*: tunc recte fiunt, cum referuntur ad diligendum Deum, & proximum propter Deum, & in hoc ſæculo, & in futuro; nunc Deum per fidem, tunc per ſpeciem, & ipſum proximum nunc per fidem. Non enim ſcimus mortales corda mortalium, tunc autem *Illuminabit Dominus abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordis; & laus erit unicuique a Deo*: quia id laudabitur, & diligetur a proximo in proximo, quod ne lateat, ab ipſo illuminabitur Deo. Minuitur autem cupiditas Caritate creſcente, donec veniat hic ad tantam magnitudinem, qua major eſſe non poſſit, *Majorem enim Caritatem nemo habet, quam ut animam ſuam quis ponat pro amicis ſuis*. Ibi autem quis explicet quanta Caritas erit, ubi cupiditas, quam vel coërcendo ſuperet, nulla erit? Quoniam [2] ſumma ſanitas erit, quando contentio mortis nulla erit.

1.Tim.1.5. 1.Joan.4.16. Matth.5.27. 1.Cor.7.1.

1.Cor.4.5.

Joan.15.13.

33. Sed ſit aliquando hujus voluminis finis, quod ipſe videris utrum *Enchiridion* vel appellare debeas, vel habere. Ego tamen cum ſpernenda tua in Chriſto ſtudia non putarem, bona de te credens in adjutorio noſtri Redemtoris ac ſperans, teque in ejus membris plurimum diligens, librum ad te, ſicut valui, utinam tam commodum, quam prolixum, de Fide, Spe, & Caritate conſcripſi.

CAPUT CXXII. *Libri conclusio.*

1. al. *voventur*. 2. al. *quam ſumma*. al. *quando ſumma*.

EXPLICIT

INSTITUTIONUM THEOLOGICARUM
PARS SECUNDA